83

Eut 19
m 119

Ihs

non ego que cecinit Smirneus prelia vates
non anchisiadis versu celebrata latino
gesta canam; soceri generique horrentia bella
nec mea sanguineo tingentur penna rubore
sed tibi Joannes referent mea carmina laudem
nostra thalia tuam nomen cantabit honore
non te promeritis decorabit suscipe nostra
~~ingenij~~ hebetis ingenij munuscula, parva licet sint
adde operi vires. at quis succedere chro
laude tua poterit? namque te laudibus amplis
ductis ore sacro ditavit. maxima preco
facta suo vulgans digno sermone recenset.
nemo e femineo sexu ortus maior est te

omnis vite iesu ...

NICOLAVS GORGON ZOLA P

Alcētius Minutianus Lectori. S.
Has Iuuēalis Satyras diligētius perlege: in quibus Alexādri patris opera nihil incōcinnū auribus tuis obstrepet: qualia multa te offendēt in proxima quorundam editōe: qui cōtenti cōmercato a docto uiro elogio: nihil mius prestiterūt: q̄ quod in frōte operis pollicentur. Immo que eorum īscitia est: quicquid a docto uiro cōstruitur: mācipes: ⁊ quos sue officine prefecerunt: destruunt: ⁊ subuertūt adeo rectius uel quas minime norunt artes: curarent: q̄ rem litterariam tractent. Uale.

Interpres est Britanicus
Addita sunt annotamenta.
Angeli politiani
Philippi Beroaldi
Baptiste Egnatii.

Hic liber est hieronymi de ... emptusque fuit in urbe Sancti clementis constitit ... argenteis ... si quis invenerit suo reddat domino anno a xpo nato millesimo quingentesimo quinquagesimo primo pridie nonas decembres

hieronymus de ...

¶ Ioannes Britannicus Brixianus Salutem plurimam dicit Senatui populoq; Brixiano.

COnſideranti mihi Ampliſſimi patres Brixani: homines (ut placet Stoicis) hominum cauſa eſſe generatos: ut ipſi inter ſe alius prodeſſe poſſit aliis: in mentem ueniebat eum demum illiberali cenſendum eſſe ingenio: qui omnia quę aut diceret: aut faceret: aut deniq; cogitaret: nō ad aliquam aliorum utilitatem: ſed ad ſuum duntaxat commodum referret. Nec immerito. Nam (quod & Plato ſenſit) illud ſemper nobis ſtatutum eſſe debet: nos non ſolum nobis: ſed patriæ & amicis natos eſſe: ut non magis noſtra q̄ aliorum commoda querenda ſint. Quare. P. ampliſſimi quum in toto ætatis meæ tractu omnia temporum momenta ad percipiendam doctrinam contulerim: uiſuſq; ſim clæmentia dei noſtri eo perueniſſe: ut ex his ſtudiis aliquem omnino rettulerī fructū: putaui opæ pcium me facturū eſſe ſi eum nō ſolum ad meam: ſed ad communem omnium in litteris uerſantium utilitatem & beneficentiā cōferrem. Sed quum multa in hac re litteraria extarent: q̄ nō magis delectabilia q̄ fructuoſa eſſe uiderentur: in qbuſq; nō ſine aliqua laude uerſari poſſem: exiſtimaui eum mihi poetā interpretandum cuius doctrina ex oī fere parte ad noſtram inſtitutionē eſſet accōmodata. Iuue. igitur ſatyras etſi temporibus noſtris a nōnullis aliis egregie litteratis cōmentatoribus uel cum magna ipſorum laude enarratæ fuerāt aggreſſi ſumus: ꝙ oīo aiaduerteremus in toto opē multa ab iis ſiue incuria quadā: ſiue cōſulta opera preterita eſſe: ꝙ que ipſi forte intelligerent: eadem & cæteris pſpicua arbitrarentur: multaq; etiā lōge aliter expoſita q̄ ſenſus auctoris expoſceret. hocq; eo libentius fecimus ꝙ Iuuenalem eum eſſe nouimus poetam: qui ueluti flagello atq; enſe peccantium uitia perſequens ſaluberrimo carminis ſui ſtilo docet a ſemita turpidinum declinandum: honeſtatemq; apprehendendam: ita ut in ſcholis (quando adoleſcentes poetice inſtituendi ſint) nihil fere utilius fructuoſiuſue legi queat. Ii. n. mihi tum demum probatiſſimi uidentur auctores: quorum doctrina non tam ad uoluptatem q̄ ad inſtitutionem noſtram refertur. Confido autem in toto opere preter fortaſſe tria aut quatuor ad ſummū lōca: q̄ aut ingenii mei imbecillitate: aut morū ignoratione ueterum non intellecta altioribus ingeniis enodanda relinquo: nihil prorſus relictum quod a me non ſit optime dilucidatum: multaq; etiā longe rectius explicata q̄ ab omnibus aliis qui ante me in poetam ſcripſere. Quod autem lucubrationes meas uobis Ampl pa. dicādas eſſe cenſuerim: illud me maxime impulit: quod meminerā ſuperioribus annis quum in achilleida Statii & Satyras perſii commentarios edidiſſem: uobiſque nuncupauiſſem: alteros ita uobis placitos fuiſſe: ut me non mediocris ſolum laus & gratulatio ueſtra ſecuta ſit: ſed inſuper ampliſſimum mihi munus publico totius ſenatus cōſulto decretum fuerit. Qua una liberalitate ita me uobis prorſus deuinxiſtis: ut ſtatuerim ſiquid unquam in his ſtudiis laude dignum perficerem: id totum uobis tradere atque dicaī. Et cur non facerem? quum hæc noſtra ciuitas bonarum ſemper artium ſtudiis delectata ſit in dieſq; uehæmenter delectetur? Quot enim ex hac ciuitate (ut a cultu diuino exordiar) ſanctiſſimi epiſcopi atque etiam cardinales? Quot uerbi diuini ſaluberrimi (ut dicunt) prædicatores? Quot iuriſconſulti uel ueteribus legum conditoribus comparandi? Quot phyſici preclariſſimi? Quot in omni genere doctrinæ cōſumatiſſimi uiri prodiere? Sed qd probatiſſimos ciuitatis mores celebrem: quum ipſe Plinius iunior fateatur ipſam multum antiquæ uerecundiæ & frugalitatis retinere ac ſeruare? Labores igitur noſtros Ampl. pa. quos forte maiori uoluntate q̄ facultate perfecimus uobis afferimus obſecrantes: ut quando nihil ſit tam bene factum quod non uellicare malignitas poſſit: eos ī tutelam ueſtram ita recipiatis ut omnibus perſpicuum ſit Britannicum omniaq; eius opera uobis eſſe commendatiſſima. Quod ſi a uobis (ut cōfidimus) fiet: ſtudium profecto noſtrum ad grauiora maxime excitabitur. Vobis autem domini noſtri Ieſu Chriſti clementia incolumitatem perpetuam & ſalutem æternam largiatur.

¶ Valete.

Tela: faces: laqueos: horrorem: fulmina: morſus:
Verbera: clamores: murmura: dicta: ſales:
Qui iuuenalis auet pernoſcere funditus: immo
Affectus: animum: pectora: cor: genium:
Hunc legat: interpres non eſt: ſed carminis autor
Egregii uatis: uita ſed egregia.
Carmina non generat: ſed gignit aperta: ſerenat
Senſa nec exponens lucida: ſed generat.
Increpat: inuehitur: caſtigat: corrigit: urget.
Cogit: ſollicitat: ducit: agit: ſtimulat.
Proſa canit uatis concentu dulciter huius.
Concentus proſa ſoluitur & loquitur.
Deniq; ſunt unus. ſub uate Britannicus ipſe eſt
Collectus numeris clauſus & exiguis:
Sub ſe collectus uates extenſus in illo eſt.
Qui legit hunc igitur cautus utrunq; legit.

Angeli Politiani Annotamenta super Iuuenalem.

Ex capite.vii.centurię primę.

Pathicos homines Iuuenalem innuere : qui digito scalpant uno caput. Idemq; de Calui poetæ uersiculis.

¶ Qui digito scalpũt uno caput.sane mollem uirum ex eo significari apud Iuuenalem in satyra nona nemini dubium.sed & Pompeium sic a Clodio notatum Plutarchus indicat in uita Pompei:ut illud interim omittam : quod in libello quoq; eo notam hanc Pompei attigit : cui titulus est.quo pacto fiat:ut inimici quoq; prosint. Qui & Ammianus Marcellinus historiæ lib.xvii.Pompei obtrectatores ait etiam hoc in eo ludibrium:& irritum obseruasse : q; genuino quodam more caput digito uno scalpebat.Cęterum non tam mollis ex tuis nerbis: q̃ plane pathicus:& draucus aliquis designatur. Quod genus homies in Satyra uniuersa Iuuenalis insectatur:alioqui languidus oppugnator:& lenũcidus:uel potius(ut ita dixerim)ficulneus poeta sit iste: si iam quasi in molles feratur:hactenus in pathicos inuectus. alludit enim sicuti mihi uidetur ad calui poetę uersiculos iu Pompeium : de quis ita est apud Senecam in libris oratorum & rhetorum: carmina quoq; inquit eius:quãuis iocosa sint plena sunt ingentis animi:dicit de Pompeio.Digito caput uno scalpit: quo credas hũc sibi uelle uirum.hucusq; Seneca de caluo. Quare quum poeta Iuuenalis indicare conaretur confluere Romam pathicos omnes:hoc est eos:qui sibi uirum uellent: festiue id innuit ex particula calui uersiculorum: tum quidem(ut est uerisimile notissimorum)per quam consequentia noscitaretur. Deq; his item supradictis calui uersiculis sentire portium latronem declamatione quadam apud eundem Senecam arbitror qui ita dicat in Cn. Pompeium terra mariq; uictorem fuit:qui carmen componeret(ut ait)digito caput scalpentem.fuit aliquis:qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. Hęc porcius latro. Quoniam autem liber hic senecę : quem adducimus rarissimus adhuc inuentu: propterea quasi nouum dignati sumus hunc locum nostris commentationibus:nequis exposita nimis forsitan & proculcata : uelutiq; in medio iacentia putet retulisse.

De baptis:& cotytto apud Iuue.& Horatium ex Capite.x.eiusdem.

¶ Cecropiam soliti baptæ lassare cotyton. Baptas antiquam comœdiam poetę Eupolidis cẽ innui suspicamur:quod ueterum excellẽs authoritas persuasit. Etenim de ea sic platonius græcus autor:ubi de comœdiarum differentiis agit ισ μεν γουν τον ευπολιν επι τω διδαξαι τουσ βαπτασ αποπνιγεντα εισ την θαλατταν υπ εκεινων εισ ουσ καθηκε τουσ βαπτασ. Scimus.n.inquit eupolim quoniam baptas fabulam docuerit ab iis ipsis in mare sumersum : contra quos baptas emiserat. Lucianus quoq; in ea oratõe:quæ inscribitur ad ineruditũ: multos emptitantem libros in hãc ferme sñiam. Dic mihi inquit ẽt ne eschinis orõnem aduersus Timarchum legis:an uero illa omnia scis:& nosti singula. Aristophanem uero & eupolim subisti:baptas integram fabulam perlegisti:tum nihil ex his pertinere ad te putasti:neq; ea quã agnosceres erubuisti.sed & Hephestion in Enchiridio de accatalectis agẽs duos citat uersiculos ex eupolidis baptis. Suidas nõnulla quoq; adfert:quod aũt comœdiæ argumentum quæ materia: per ipsa:quæ nunc extãt uestigia sagaciter indagabitur. Athenienses igitur ea tẽpestate sacra quædam religionesq; peregrinas:nouosq; deos asciuerant : quibus nocturnę peruigilationes essent institutæ : magnorum dein flagitiorum causa : sicuti Romę bacchanalia. Sed inter sacra cętera fuere etiam quę dicerentur Cotythia. Contra hęc nocturna cotythia eupolim scripsisse baptas putamus:sed & alios comicos:interque eos Aristophanem quoque uidemus totum hoc genus peruigiliorum & peregrinatis exagitasse: sic ut Iuuenalis: quę romę fierent contra ritum cerimoniarum non dissimilia dicat his: quę baptę athenis in noctur

nis cotyttiis patrarent. Quare cotytto legendum non cocyton &c. Si quis uero largius deſi derat hæc:ipſam adeat politiani miſcellaneam.

Ex centuria prima eiuſdem capite.xviii.

Vnde ſit ut malim fraterculus eſſe gigantum.

¶ Verſum poetæ Iuuenalis hunc ex Satyra quarta quicūq; hactenus interpretati ſunt herēt in ſalebra quantum uideo: nec enarrare illi quidem mihi: ſed riſum captare anilibus fabula mentis:uel deriſum potius uidetur. Et.n.nullo quantum intelligam ſenſu ſunt quæ hi: nos uero ita. Fraterculus gigantis ſignificare hominem uidetur:nullis maioribus ortum ignoto genere obſcuroq;:quoniam cuius ignorabantur parentes:eum uulgo appellare ueteres terræ filium conſueuiſſent. Ex quo perſius. Præſto eſt mihi manius heres Progenies terræ &c. Vides igitur uel unius authoritate perſii terræ filium dici: cuius neſcirentur parentes. Sed de hoc ſatis ſuperq; latius in eodem capite plura enarrantur.

Ex centuria prima eiuſdem capite.xxi.

Quid ſit minerual:aut minerual e munus:ex eoq; ſniæ Iuuenalis:& Varronis expoſitę.

Quiſquis adhuc uno partum colit aſſe mineruam:hoc ex decima Iuuenalis Satyra.nihil eo abſurdius:quod domitius exponens hunc locum dixit. Cæterum minerual e munus quod & minerual dicitur innuiſſe Iuuenalis uideri poteſt mercedulam magiſterii.ſ.a ſcholaſticis dari ſolitam:potiſſimumq; arbitror ante quinquatria:per quos dies pueri uacabant: unde Oratius in extrema epiſtola.

Ac potius puer ut feſtis quinquatribus olim
Exiguo:gratoq; fruaris tempore raptim

Sicuti ſaturnalibus:& calendis:itē mos hūit:quare de quinquatribus etiā ouidius agēs dixit.

Nec uos turba feri cenſu fraudata magiſtri
Spernite:diſcipulos attrahet illa nouos

De minerual i munere Diuus Hierony. meminit in epiſtolā ſcribēs pauli ad epheſios: quod & in canonicis decretis legitur.necnon uarro in tertio rer̄ ruſticar̄ huius meminit.apud quē Axius diſcipulum ſe uelle recipi dixit.ipſe ſibi minerual ꝑmitti poſtulat quaſi magiſtro. Cœnam autem iocoſe minerual appellauit.quia magiſterii merces. Nę forte igitur poetæ ſenſus hic erit:eum quoq;:qui ſemel pręceptori minerual porrexit quod per aſſem deſignatur.hoc eſt qui paucis diebus rhetori aut grāmatico operam dedit:aptare totis quinquatribus:quę feſta erāt mineruę ingeniorum pręſidis.

Ex centuria prima eiuſdem capite.xxxiii.

Crambe quid ſit apud Iuuenalem ſuperq; ea prouerbium gręcum.

¶ Omiſſis ſuper hoc carmine domitii cōmentis mihi quod uidetur breuiter expōam. Gręcū igitur hoc (arbitror) prouerbium Iuuenalis expreſſit. δισ κραμβη θανατοσ quo ſignificat bis poſita crambe mors eſt: crambe autem braſſicę genus ut faſtidium uidelicet repetitę ſępius controuerſię denotaret:cum uulgo quoq; recalefacta braſſica iam in prouerbium faſtidii conceſſerit:maluit autem gręcum uſurpare uocabulum quam latinum:uel quia tritius id gręcis quam latinis prouerbium uel ſane quia ſpēs etiam eſt quędam braſſice proprie appellata Crambe tenuioribus (aut ut plinius foliis:denſiſſimiſq; & amarior:ſed efficaciſſima. Ipſius uero prouerbii gręci mentionem Suidas facit: poni etiam in conuiuiis Crambem docet quod ſit ebrietati contraria quemadmodum in libro de re ruſtica teſtatur Cato.

Ex Centuria prima eiuſdem Capite.XXXVIII.

Super Laconicas & pityliſmate:In undecima ſatyra Iuuenalis.

¶Non pitysmate: sed pitylismate legendum credimus: ut inscitia librariorum syllabam de medio dempserit: quod haud mirum est in tantis tenebris. Pitylisma uero intelligimus exercitationem de qua galenus in secundo υγιεινον. quãuis apud eum sit uerbum potius pitylizin: q̃ nomẽ pitylisma. cæterum recte pitylisma fit: inde etiam usitatissima proportione galeni uerba omitto: si quis ea: & ulterius circa hoc scire desiderat Integrum caput eiusdem perlegat: nã plura in eo scitu digna continentur:

Ex Centuria prima eiusdem Capite. xlyi.

Cacoethes apud Iuuenalem tetrasyllabon: non cacethos. & condita pyxide yde: non incõdita legendum: simul enarratus apud Martianum locus: haud arbitror Indiligenter.

¶In septima Iuuenalis poetæ Satyra sic scriptum: tenet insanabile multos scribendum cacethos: & ægro in corde senescit: uocabulum autem quod ẽ cacethos: neq; a græcis uspiam usurpatur: neq; a latinis: sed neq; ratio carminis admittit: quare cacoethes legẽdum suspicamur: ut sit quod apud græcos τοκακοηθες, eo nãq; uerbo frequentissimo usitatissimoq; mala consuetudo significatur: quod item In uetustissimo codice langobardis exarato litteris reperimus cuius mihi potestatem legendi fecit franciscus Gadius florentinus. Sed & ille uersus ita in codẽ. Turgida nec prodest condita pyxide lyde: quod alibi perperam sic est. In pyxide condita lyde: ut anum intelligas lyden huiusmodi medicamenta uendentem crassam (ut inquit plautus) doliarem: quod & Capella fortasse spectans & facetissime super ebrio Silẽo ludens ita inquit. Ac dum mouere gressum cupit auocante lyde &c.

Ex Centuria prima eiusdem Capite. lxxxv.

Cuiusmodi apud Iuuenalem cereris ludi accipiantur.

¶Iuuenalis in Satyra quartadecima sic ait. Ergo omnia floræ & cereris licet: & Cybeles aulæa relinquas. Nemo ex his poetæ huius interpretibus super ludis cereris quippiã locutus. Ludi igitur cereris: quorum hic est memoria cerealia dicti: quibus equorum cursus in circo celebrantur primusq; eos. C. mẽmius Aedilis curulis fecit. Cornelius Tacitus de Nerone principe loquens Tandem inquit statuere circensium ludorum diem: qui Cereri celebratur: exequi destinata: quia Cæsar rarus egressu: domoq;: aut hortis clausus: ad ludicra circi uentitabat. & paulo post. Vtque circẽsium cerealium ludicrum pluribus equitum cursibus celebraretur. Ouidius in quarto Fastorum.

Circus erit pompa celeber: numeroq; deorum
Primaq; uentosis palma petatur equis.
Hic cereri ludi: non est opus indica causa.

¶Dion quoq; historiæ græcus scriptor in libro secũdo: & quadragesimo de his plura narrat: Sed de his satis superque.

Ex philippi Beroaldi annotamentis.

¶Apud Iuuenalem in Satyra: quis nescit uolusi uersus est. qui tanquã facilis ab interpretibus præteriri solet: attamen archanus sensus elicitur ex prisca Rom. Cõsuetudine. uerba poetæ sunt hæc. uel terra clauditur infans: & minor igne rogi. enim uero nemo est: qui existimet huic loco ullum sensum ocultiorem subesse: namque unica Plinii sententia hunc locum declarari obseruauimus. qui scribit in septimo nat. hist. morem gentium non esse hominem priusquã genito dente cremari: ex quibus uerbis hoc satyrici poetæ dictum interpretatur: quod natura iubente geminus: cum infans humatur: qui nũdum genito dente cremari non meruit: & ob hoc minor igne rogi eleganter nuncupatur: quia. s. nundum peruenit ad id ætatis: que rogali flamma Comburi possit. Ideoque minor igne rogi est. &c. reliqua.

Ex eiusdem annotamentis.

¶ Illud in prima satyra criminibus debent hortos. nō id scilicet quod uulgo dici solet: sed hoc homines qui per uirtutem diuites efficiuntur: dant eas diuitias uirtuti: qui uero per uitia & flagitia fiunt opulenti illi criminibus dabant illas opulentias: si quis latius desiderat ipsa annotamenta adeat.

Ex eiusdem annotamentis.

¶ Apud eundem in satyra. Et spes & ratio uersus hic est qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen. Cuius hanc arbitror esse sententiam: ut dicat poeta. Causidicos magna sonare: quum a debitore: qui acrior est creditore conducuntur: qui quidem debitor uenit ad debitum dubiosum diluendum cum codice. s. accepti & expensi: & ita nomen hoc in loco pro debito accipitur. Sicuti apud oratium. Cautos nominibus certis expendere nummos. & alibi. Nomina sectatur modo sumpta ueste uirili sub patribus duris tyronum. Nomina dicuntur tituli debitorum: præsertim in his debitis: in quibus hominum nomina scripta sunt: quibus pecuniæ cō modatæ sunt. & ita nomina debita appellantur.

Ex eiusdem annotamentis.

¶ Apud eundem uersus est hic cunctis in ore. Translatus subito ad marsos mensamq; sabellam: quem uersum ex aperto obscurum comentatores efficiunt: cum poetæ sensus simplex sit: qui ad hunc maxime modum enarrandus est. Romæ pudet homines cœnare fictilibus qui si repente ad marsos: aut ad sabellos transferantur minime hoc sibi esse turpe existimabunt: quoniam Romæ delicatius: apud sabellos frugalius uiuitur: atq; rusticius: & ita uulgo dicimus: nos pudet uti uasis fictilibus in urbe: quibus si ruri uteremur: nulli turpitudini & obprobrio essemus obnoxii.

Ex eiusdem annotamentis.

¶ Illud quoq; annotandum est: quod ab eodem dictum est perquam docte ocultumue teges ut curia martis harenis: significat enim quasi transeuntes morem areopagitarum: qui taciturni iudicia peragebant. Id quod obseruauimus ex Macr. lectione cuius uerba hæc sunt. Nam sicut apud athenas Areopagitæ tacentes iudicant: ita inter epulas oportet supersileri: ad hoc alludens Iuuenalis dixit: archanum esse oculendum & tegendum: sicuti cū silentio oculuntur: & teguntur iudicia areopagitarum.

Ex racemationibus Baptistæ egnatii.

¶ Apud Iuuenalem satyra prima hic uersus. sic recte interpretari debet cōtra omnium interpretum opiniones. Nam in. P. uictoris libello qui de urbis regionibus quattuordecim inscribitur: sic legendum est. In regione quarta antrum uulcani: quemadmodum & in regione secunda cyclopis: & octaua Caci. quo factum est: ut ego per lucum martis & uulcani antrum auditoria intelligam: in quæ se recitaturi conferrent. locum uero fuisse in urbe lucum martis dictum docet uarro de ling. lati. Sed hoc sat superq; sit ex racemationibus egnatii: Si uberius de hoc desideras: ipsas euolue:

Annotationes quædam Ioannis Britannici In asinum Apullei & Syluas Statii.

FVerat mihi in animo Dominice bonomie & Gabriel Cimine multa quæ apud uarios autores in pri
misque asinum Apuleii: Sermones & epistolas Oratii: Syluas Statii: & Plauti comœdias uel mendo
sa: uel parum curiose a cōmentatoribus explicata legebantur colligere ac publicare: ut una cum com
mentariis Iuuenalis ad cōmunem stodiosorū utilitatem imprimerentur. Verū instātibus impressori
bus: quorū studium non minus plerunq; ad suum quā ad aliorū cōmodum festinat coactus sum impresentia ma-
iori huius laboris parte supersedere: Nec aliud mihi licuit quam paucula quedam apud Apuleium & Papinium
annotare: que litteratis omnino placitura confidimus. Reliqua alias quum plus ocii dabitur prosequemur. Princi
pium igitur sumemus ab exordio Apulei de asino aureo; ubi queri a multis solet Epigrāma ne sit: Et legendū At
ego an ut ego. Quare ut utrunque discutiamus: nemini uel mediocriter erudito dubium est principium factū esse
de Epigrāmate ex Iambico trimetro quod octo constat carminibus: sic.

Vt ego tibi sermone iste milesio
Varias fabellas conseram atque aures tuas
Beniuolas lepidulo susurro permulceam:
Modo si papyrum ægyptiam tu argutia
Nilotici calami inscriptam non spreueris
Inspicere figuras hominum in alias imagines
Conuersas: & in se rursum nexu mutuo
Refectas: ut mireris hoc exordior.

Legendumque esse ut ego: non At ego: Vt sit sensus & ordo: Exordior figuras hominum conuersas in alias ima
gines: ut Apuleius conuersus fuit in asinum: & rursum in se refectas mutuo nexu. Nam & in se ipsum ex asino re-
formatus est & refectus: mutuo nexu hoc est alterna ligatione: ut modo in aliam transeant imaginem: modo in
pristinam redeant: ut mireris. i. ita conuersas in alias imagines & rursum in se refectas ut mireris ut possis mirari. q.
d. mirum tibi uideri possit ita conuerti & rursum in se reformari. Exordior autem hæc ut ego tibi sermōe isto mi-
lesio uarias fabellas conseram: sicque rationem affert quare exordiatur has figuras mutatas ut. s. opus componat
ex uariis fabellis & proinde eum delectet: ut omnīo legendum sit: ut non at. Modo si papyrum: hoc est si modo
papyrum ægyptiam non spreueris inspicere: illud addo fortunasque superfluum esse atque ideo tollendum: nam
nec uersus dictionem patitur: nec fortunæ hominum in alias mutantur imagines sed tantum figuræ. ¶ Illud præ
terea legitur in primo Modico securius in quo duo emendanda esse contendimus: falluntur. n. qui legūt mordico
securius quum oīo modico securius legendum sit: ut sit aduerbiū. i. paulo incautius & imprudentius tanq̄ q nihil
timerem: q. n. nihil timent in mandendis cibis secure comedunt: ut sit sensus & ordo. Ego minimo minus interii
dū gestio contruncare modico securius offulā grandiorem polentæ caseatæ in conuiuas æmulos: emēdate etiam
legendum est inter conuiuas non in conuiuas. ¶ In eodem q̄ri solet an legi debeat conuectore illo tuo: quū reue
ra conuector is appelletur qui eodem uel uehiculo uel naui uehatur: & hic socrates quem conuectorem appellat
non naui uectus sit: sed pedibus iter cum eo fecerit: quare illic indubitato legendum est conuentore a cōuenien
do hoc est simul ueniendo sicut aduentorem alibi appellat q aduenit: quem ēt uernaculo sermone Auentorē ap-
pellamus quasi q crebro ad officinas nostras adueniat. ¶ Apud eundem in primo legitur: Plane qđ est mihi sum
me principium ego diligenter pensitatis uerbis arbitror legendum p̄cipuū ut sit sensus & ordo. Fōtis emitto istis
nūmulis fœnum & ordeum equo q me strenue uexit qđ est mihi summe p̄cipuū: hoc est quod mihi maximæ est
curæ. ¶ Item in secundo legitur: Quid quum frequēti sobole spiritus cumulat uerticem: ubi q̄ritur spiritus ne an
aliter legendum sit quare non ignorandum ab Apuleio capillum spiritum in capite capi pro capillo in spiram &
reuolutionem multiplicem collecto & cumulato quemadmodū uidimus in Nūmismate Diuæ faustinæ cui in ca
pite capillus duplici ordine in gyrum ductus cumulatur a spira deducto uocabulo media producta sicuti a Tur-
re turritus: a crine crinitus: Est autem spira ut exposuimus apud Iuue. collectio funis in orbem: unde & anguem
dicimus collectum in spiram hoc est gyrum & reuolutionem. Et circulum illum eminentem in basi colūnæ. ¶ In
eodem in tertio legitur: Specta deniq; quam paruis q̄q; futilibus tanta res procuretur herculis: ubi nos corrigimus
herbulis: ut sit sensus Specta q̄ paruis q̄ futilibus herbulis tanta res procuretur. seqtur enim Anethi modicum cum
lauri foliis īmissum. ¶ Apud eundem in tertio sic legitur. An inqt uulpinaris amasio? neq; sponte asciā cruribus
meis illidere compellis? Siginer meum (ipsa) lupulis conseruo Thessalis? ubi mendas duas esse tollendas dicimus
ut legatur an inqt uulpinaris non Ain. Item non Signiner neq; saginer: sed sic agnum meum: ut sit sensus an uul
pinaris amasio neq; compellis ascia crura mea ledere sic agnum meum conseruo lupulis thessalis: hoc est sic ama-
torem meum trado meretricibus thessalis? ut recte metaphoricos dixerit lupulis quia agnum nominauerit ama-
torem. ¶ Apud eundem in tertio sic scribitur: Respicio pilæ mediæ q̄ stabuli trabes sustinebat: In ipso uere medi
tulio Hipponæ deæ simulachrum residens ædiculæ: corrigo in ipso fete meditulio. ¶ Apud eundē in quarto ubi
de cupidine loqtur scriptum est sic. Qui malis suis moribus contempta disciplina publica flāmis & sagittis arma-
rum per alienas domus nocte discurrens: ubi q̄ri solet: qd tria illa uerba significent contempta disciplina publica.
Quare ut locus oībus sit perspicuus: ita nos intelligimus cupidinem nocte per domos alienas discurrere & adul
teria multa cōmittere contempta disciplina publica. i. contemptis legibus: quibus cauetur ne tempore noctis cum
armis discurratur: neue adulteria & id genus flagitia cōmittantur. ¶ Apud eundem in quinto sic legitur: Sed prius
inquit senties moriar q̄ tuo isto dulcissimo connubio caream ubi nos legendum esse centies contendimus & nō
senties ut sit sensus: Ego me centies prius neci tradidero: quam tuo isto connubio caream: ut sit quasi prouerbiale
dictum. Nam sic dicere solemus: Prius milies moriar quam tibi iniuriam faciam. ¶ Apud eundem in sexto ubi
mentio fit de curru donato a Vulcano ueneri sic legitur: Lunæ tenuantis detrimento conspicuum & ipsius auri
damno preciosum: ubi pro lunæ tenuantis limæ legendum esse dicimus. Nam Apuleus ostensurus est currum
illum duplici ratione in precio fuisse: & ipso artificio & materiæ abundantia: ait ergo currum conspicuum esse

detrimento limæ tenuantis hoc est detritu & politione pulcherrimum:pciosum autem damno ipsius auri:hoc est iactura magna auri:quasi in quo multum auri fuerit & ueluti magnū dānū. ¶ Apud eundem in.vii.sic scriptum est. Prætereunte me orato fueram aggressus:ubi nos pro ptereunte me pretereuntē & p orato/orico : ut dicat Hemus se aggressum fuisse procuratorē principis ptereuntē orico :hoc est ptereuntem & transeuntem iuxta oricū:Nam oricum ciuitas est Macedoniæ q̄ totam Hemus se uastasse pdicat.Et hæc uera est lectio. ¶ Apud eundem in.vii.legitur.Sed plane concinatum solutum & solitarium ob indiciæ premiū occupasse:ubi mendum esse dicimus ut legendū sit concitatum & non concinnatum.Nā deierauit se occupasse:hoc est apphēdisse asinum & solutum & solitariū concitatū ad fugam ut premiū indiciæ hoc est indicii consequeretur. ¶ Apud eundem in.viii.legitur in profundū Romā cupidinis sese paulatim nescius precipitauit corrigo in profundam ruinam cupidinis:modica enī litteraꝝ mutatione cōmissum est mendū. ¶ Apud eundē in.viii.scriptū est.Arreptū seruulū eius qui causam tāti sceleris luxuriæ suæ pstiterat ubi duo ita corrigimus ut tollat̃ eius:& p luxuriæ uxori legat̃:ut sit sensus & ordo.Dominus eoꝝ arreptū seruū q cām tāti sceleris pstiterat uxori suæ ut se suspēderet in puteūq; se cū infantulo demitteret alligauit arbori ficulneæ. ¶ Apud eūdē i.viii.scriptū est:& ilico me tumida pte deligatū tradidit philebo : ubi nos corrigimus & ilico metonice sparteo deligatū tradidit:ondit.n.asinus se statim nouo domino traditū fuisse deligatum capistro sparteo:Nam Tomex restem & funiculum significat Victruuius in.vii.ait asseres tonice religandos ab eodē tomices ex sparto hispanico cōmendantur: qd̃ uocabulū deduci uidetur a græco αϖοτ στομιγγος i.a sparto. ¶ Apud eūdē in.ix.legit̃:Asellus iners & nihilominus morbo detestabili caducus:ubi aliq alioquin litterati falso exponunt morbū comitialem dici & morbū caducum.quare putaui illud sciendum morbum illum quo non modo hoīes & uaria animantia uexantur comitialē dici non caducū.Quū caducus is dicat̃ q cadat : morbus enī nō cadit sed hō unde dicimus & poma caduca q; cadant & bona fortunæ caduca: sed non morbum caducum. ¶ Apud eundē in.ix.legitur magnas & postremas domino illi fundorū clades annuncians:corrigimus sic magnas & postremas domino illi filiorū clades annuncians.Nā tres liberi eius occisi fuerant. ¶ Apud eundē in.x.legit̃ dedi non uenenū sed sonniferꝝ mandragoræ illum.Quid si legatur mandragoræ succū? ¶ Apud eundē in.x.legitur sed bene q; utrinque secus sermone prolato:iactare mediū queritur corrigimus:Sed bene:q; utrinque secus sermone prolato:facto remediū queritur. ¶ Apud eundē in.x.legitur.atque hæc oīa perfacile obediebā nos corrigimus obibam:ut sit sensus:hæc oīa facile faciebā exequebar. ¶ Apud eundē in eodē:legitur citato & intorto genere: gesticulatione alacri demonstrabat:lego ego citato & intorto itinere & non genere. ¶ Apud eundē in.xi.sic scriptū est.Sopor circūfusus oppressit:necdum satis consperā. Quid si legatur consopierā.i.nondum cœperam dormire. ¶ Apud papinium in prima sylua legitur:Nec ferro aut ære laborat sub genio: lego sed genio:ut sit cōmendatio ipsius Domitiani qui ut deus magno esset oneri ipsi terræ:ut sit sensus:Humus non ferri aut æris pondere tantum premebatur:quātū pondere genii hoc est ipsius Domitiani. ¶ Apud eundē in Epithalamio Stellæ legitur & pieriis uocalē fontibus undam:Qui locus quia siccis ut aiunt pedibus preteritur a cōmentatoribus:uisum est lectorē monendum:poetam intelligere ab ipsis musis non solum ignem:sed & aquam in nuptiis adhibitā: hocque ex ueteri ritu quo illud custodiebat̃ ut ignis & aq̄ adhiberent̃:qa hæc duæ rex humanam uitā maxime continent:unde Valerius flaccus i ulti.li.Ignē pollux undāque iugalē ptulit. ¶ Apud eūdē i tiburtino uopisci legitur:an emissas p cuncta cubilia nymphas nos corrigimus Lymphas ut intelligamus describi lymphas calidas que per parietes cubiculoꝝ mittebantur ad calefaciēda cubilia.De qua re ita Seneca ad luciliū.Quid loquar suspēsuras balneoꝝ & impssos parietibus tubos p quos circūfunderetur calor : quo ima simul & summa fouētur æqualiter. ¶ Apd̃ eundem in Soteriis Rutulii gallici:legunt̃ hæc carmina.Tunc deus:alpini q iuxta culmīa dorsi Signat appollineos sancto cognomine lucos Respicit(heu tāti pridē securus alumni:Progressusque morans)hinc mecum epidaurea proles. Hinc alti gaudens datur aggredienda facultas Ingentē recreare uiꝝ tentemus adorti.Quorū sensus quū aliquantulum obscuritatis habeat uisus est mihi ad cōmunem studiosorum utilitatem illustrandus.Sensus est ergo talis. Apollo qui iuxta uercellas ad radices alpium colebatur:unde uercellæ apollineæ sunt nominatæ a Martiale : sentiens rutilium gallicum egrotare ad eū uenit uocato secum filio suo æsculapio:quē ad pstandā ei ualitudinē mira hortatur arte.Est autem ordo.Tunc deus q signat lucos apollineos sancto cognomine iuxta culmina alpini dorsi respicit.subaudi Gallicū ægrotantē:aut qd̃ magis placet æsculapium & ait hinc mecū epidaurea ples hinc inquā subaudi uēit alti gaudens corrigo altis gaudēs:ut eum sic laudando ad officiū excitet.q.d.qui rebus tantum magnis gaudes nec nisi uiris primariis aut quod non displicet grauibus morbis opitularis.Datur aggredienda facultas offertur inqt res capienda & digna uiribus tuis quum sit Rutilius uir magnæ auctoritatis Tentemus inquit adorti recreare ingentē uirū reliqua illa.Heu tanti pridem:dicuntur per parēthesim a poeta quasi qui doleat Apollinē tanti alumni fuisse tam imemorem.Totaque hæc oratio est Apollinis usq; ad illud ca men dixerat inueniunt positos &c.Securus negligens & parum curans alummnum suum rutilium:progressusque morans hoc est tardans pro gressus ad medendum. ¶ Apud eundem in eisdem soteriis legitur hunc igitur(si digna loquor)rapiamus iniquo nate Ioui:ubi per iouem iniquum intelligimus plutonē:qui iniquus est quum tales studeat habere animas.Iouem autem appellari Plutonem docet Ausonius sic:aut iouis Elisi qui catamitus eris.Sic etiam iunonem dicimus proserpinam.Papinius in secundo libro de glaucia. Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno. ¶ Apud eundem in eodem legitur:Neu filis flamma caminos ureret : corrigo uilis flamma. ¶ Apud eundē de pietate abascātii in priscillam leguntur carmina decimotertio illic. Sera quidem tanto:quorum sensus quum a commentatoribus silentio pretereatur & aliqua tamen egeat interpretatione uisus est mihi explicandus.Sensus est:ergo scio quidem tardam esse meam consolationem : quum annus iam preterierit ex quo abascātius amisit uxorem.Sed tunc inquit in recenti dolore solamen erat flere miserias amici & cum eo dolere.Quod si uoluissem in ipso primo uulnere quum amisit nxorem cōsolari cum nullo quidem modo potuissem:imo inquit ne cantus qdem Orphei uel

musarum ualerent mulcere tantum dolorem: Sicque pietatem abascantii cōmendat. ❡ Item eodem legitur: Sic plena maligno afflantur iumēta noto. sic alta senescit imbre seges nimio: lego uineta & non iumēta. ❡ Apud eūdē in epicedio in patrē legit': Tuus ut mihi uultibus ignis irrubuit: Cuius loci sensus est tres inqt mēses preterere post quam uultus meus rogo tuo calefactus rubuit. i. ex quo mortuus es & cinerem uidi tuū oculis meis humētibus quū interea nihil pdolore potui scribere. ❡ Apud eūdē in eodē legūtur: qnq; illa carmina cur magis incessat superos: quorum sensum ita explicamus. Poeta oñdit nō minore se affici dolore amisso patre q̄ aut mr̄ quæ amisit filium: aut uxor quæ iuuenē maritum: legūturq; cum interrogatione cur magis incessat superos. i. de diis cōquerat' & cōuitio afficiat: q̄ ego? Liceat. i. si liceat: si non retineatur. ❡ In eodē sic legit': Et phrygiū silicē. In quo interptes aiunt poetam intelligere de Hecuba q̄ cōuersa fuerit in lapidē: sed quū hoc nullis auctoritatibus possit sustētari arbitror intelligēdum de Niobe q̄ ut notum ē cōuersa fuit in lapidē sipylū: fuit. n. ex sipylo urbe Meoniæ q̄ phrigiæ contermina est. ❡ In eodē legit': Saltusq; ingressa uiriles nō formidata temeraria calcidæ sappho: lego leucade non calcide referturq; ad historiā. Nā ad tēplū acciacū qd' in sinu ambratio est petra prupta esse ferebat': unde q̄ se dimitterēt in mare: amoris flāma leuarētur: id egisse Sappho scribit Strabo ex menādri auctoritate: iō temeraria q; se ex leucade deiecerit. ❡ Apd eūdē in epicedio i filiū legit': Mēs flumine tāto inferior: cuius loci sensus est: Mens inqt mea inferior tanto flumine. i. q̄ tāto infringit' fletu & superatur ac per hoc inferior: nihil repperit dignum qd' cantet. ❡ In eodē sic legit': infantē lingua Simū salibusque pteruū: corrigo nimiū. ❡ Apud eūdē in epicedio in glauciam melioris legitur. Quū tibi quas uestes q̄ non gestamina mitis festinabat herus. Ego uero corrigo. Quas tibi ñ uestes quē non gestamina mitis Festinabat herus? ❡ Iam in eodē legitur. Hūc quāquam hectoreos cineres troiamque perosus Turribus e phrygiis eēt missurus ulysses corrigo flesset. ❡ Itē in eodē legit'. desertas exutus opes: placet magis ut legat' desertas exosus opes. ❡ Apud eūdem in epicedio pileti ursi legit'. Qualis bellis iam cassidæ uisa Parthenopeus erat: corrigo missa: ut sit qualis erat Parthenopeus in bellis casside missa pro demissa: hoc est deposita. ❡ Apud eundem de lachrymis etrusci scriptū est. Et inferna regimen timet æacon urna lego rigidū p regimen. ❡ Apud eundē de coma Earini legitur. Haud ullo concussum uulnere torpens de sexu trāsire iubet corrigo. Haud ullo concussum uulnere corpus. ❡ Apud eundē ad claudiā uxorē legitur: cui mite solū trans equora uectæ Ipse dioneæ monstrauit apollo colūbæ: lego dionea colūba non dioneæ colūbæ: ut sit augurio colūbæ. Cōstat enī parthenopē secutā esse auguriū colūbæ cū ex calcide delata est in Italiā: unde. n. iiii. li. ad Iuliū Menecratē Tu ductor populi longe migrantis apollo: Cuius adhuc uolucrē leua ceruice sedentē respiciēs blāde fœlix eumelis adorat. ❡ Apud eundē in consulatu Domitiani. Mecū altera secula condes. Et tibi longeui reuocabitur ara parētis: corrigo ara terēti: ut dicat ipm̄ Domitianū uicturum tādiu ut uisurus sit alteros ludos sæculares qui centesimo & decimo quoque anno celebrabant' in cāpo martio: in eo loco q̄ terētus dictus est ubi ara fuit diti & proserpinæ consecrata: de quibus Valerius li. ii. & festus Pōpeius. ❡ Apud eundē in epulo Domitiani legitur. Non centū insigne colūnis sed quātæ superos cælūque atlante remisso Sustētar' qant: super hoc uicina tonātis regia: ubi duo corrigimus: ut legamus Quantæ supos non quā te. Et stupet ubi scriptū ē sup. ❡ Apud Plautū in captiuis legitur. Nā hoc pene iniquū e comico coragio Conari subitontos agere tragœdiā: ubi cōmētatores male locū itelligētes alii exponunt desubitontes unā esse dictionē eāque ueterē: alii alia multa delirarmēta astruunt: nos uero corrigimus conari desubito nos ut duæ sint dictiones desubito aduerbiū: & nos pronomē: ut sit sensus. Hoc pene iniquum ē nos conari desubito agere tragœdiā e comico coragio hoc est statim ex stilo comico transire ad tragicū: desubito ergo legēdum ē & nos: ut fiat distinctio dēpta lr̄a. t. Nec mirum aut una tm̄ lr̄e interpositione: aut imutatione: aut adēptione pclara hominum ingenia plærūque defatigari. Quam multi. n. transuersi ferūtur apud amphytrionē in fine comediæ illic. Hæc sola sarcā gestat mearum familiariū: ubi nos in cōmētariis Iuuenalis super eo Sarcophago contētus erit docuimus legēdum esse. Hæc sola sana mihi restat mearum familiariū. Occurrebant pterea multa alia apud ipm̄ auctorē q̄ ut mēdosa castigaturus fuerā. Verum quū Pylades noster quē græce latineque apprime doctū agnoscimus id oneris suscepit: ut oēs eius comœdias solertissima diligētia recēseat oēsque uersus ad pristinā pedū legē reducat ac ueluti totum autorē in aliā iā imaginē conuersum reformet multisque adhibitis tū nouis: tū ueteribus exēplaribus iā plusquā tria milia mendorum ex eo sustulerit: cū noua ētiā & mirabili cōmentatione: oīa mihi silentio ptereūda duxi quū ipse oībus cumulatissime sit satisfacturus.

Ad Lectorem.

❡ Lector quū forte in manus absolutos cōmentarios sumpsissemus: eosque trāscursim legeremus offendimus non nullos ab ipresscribns cōmissos errores: sed minutos tamen: inter quos illi sunt. ❡ In prio cōmentario ubi mētio fit de uictoria ut colit' pax atq; fides uictoria uirtus scriptū est mutilato sensu. Eā. n. filia. Tu uero scribe. Eā enī filiā fabulant' arcades fuisse pallantis q̄ fuit lycaonis. ❡ Et super eo pensilibus plumis. Nec illud obstandū: corrige obstabit. ❡ In secūdo ubi de mollicie sacerdotū Mineruæ: scriptū est: Malū & delicatorum corrige Molliū. ❡ In tertio scriptum est: Hæc tibi quæ torta uenerunt condita mēta: Tu distingue & corrige condita meta: ubi metam tortā uasculum intelligit quo condita coctana mittebantur. ❡ In sexto ubi de serpente argentea fit mentio: scriptum est mutilato & abscisso sensu. Dextra parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis: pars uero leua ceruicis. Tu adde: Rapacis lupi capite finitur: easque formas animalium draco cōnectit uolumine suo capite redeunte ad Dei dexteram: qua conspicitur monstrum: de quo dracone nunc poeta uidetur intelligere: eūdem etiam serpētem in imagine Isidis extitisse docet Valerius flaccus lib. iiii. argonauticon. Aspide cuncta comas & ouanti persona sistro. ❡ In. xi. scriptum est: Sonet enim arce potētiorum aduersus rapinas: Tu corrige solent. ❡ In. xiii. illic: Sed censes te nunc delitias ponēdum extra conuiuia corrige cōmunia. ❡ Item alibi pannum inuenies positum p pānus. ❡ Item in. xi. scriptum est tirynthis oppidum: tu corrige Tiryns.

TABVLA

B

C

D

E

F

V

X

Z

FINIS.

S Atyra carmen est:ut Diomedi placet:apud romanos maledicum:ad hominum uitia carpenda:comoediae priscae charactere compositum:a qua in hoc tm̄ differt:ꝙ illa iābicis & uersibus eiusmōi constat:& personis introductis nouae fere comoediae par est:& uitia hominum cum denominatione cōtinet personarum. Haec autem.i.Satyra in hexametros assurgit:libertate simplex:Neq; enim personas aperte nominat. Priscae comoediae princeps & inuentor fuit Susarion megarēsis Ttripodiscius Philini filius qui quum prauae mulieri coniunctus esset:abeunte muliere in pompa Dionysiorum theatrum īgressus quatuor cecinit carmina iambica:que sola ex omnibus eius scriptis extant. Audite populus Susarion haec dicit filius Philini Megarensis tripodiscius:malum sunt mulieres:sed tamen o populares non adest inuenire domum sine malo.Sic enim prima comoedia scoma habebat apertum.Licuit itaque aperte sic uituperare usq; ad tempora Eupolidis:unde Oratius Eupolis atq; cratinus aristophanesq; poetae:Atq; alii quorum comoedia prisca uirorum:Siquis erat dignus describi ꝙ malus aut fur:Quod moechus foret:aut sicarius; aut alioquin Famosus multa cum libertate notabant:Sed quum poetae abuti licentius stilo:& passim laedere ex libidine coepissent plures bonos:ne quisquam in alterum crimen infamiae poneret lata lege per Alcibiadem siluerūt:Ex prisca igitur comoedia que maiore lasciuit licentia Satyra:que auctore Quintiliano tota nostra est manauit.In qua primus insignem adeptus laudem ē Lucilius:qui quosdam ut scribit Fabius ita deditos sibi amatores:habuit:ut eum omnibus poetis preferre non dubitaret:quamuis Oratius(non sine tamen suspitione aemulationis)eum in sermonibus suis lutulentum fluere diceret:& aliquid esse quod tollere possis.Secundus post hunc Oratius qui etiam Lucilio multo tersior ac purus magis habetur:& ad notādos mores magis precipuus.Tertius Persius annumeratur qui iudice Fabio multū & uerae gloriae quamuis uno libro meruit.Quartus uero Iuuenalis habetur qui & uenustatae carminis & satyrae dignitate seruata ita cōmendatur ut si aliis omnino preponendus non sit certe uel eis par habendus.Satyram nomen accepisse a uariis causis scribunt Diomedes grāmaticus Porphyrio & Acron: idest a satyra lance que referta uariis multisq; primitiis in sacra inferebatur & a copia & saturitate rei satyra uocabatur:Siue a lege satyra que uno rogatu multa simul comprehendit ꝙ scilicet & satyra multa poemata comprehendantur:cuius satyrae legis Lucilius meminit in primo per satyram aedilem factum qui legibus ulnat & Salustius in iugurtha.Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionē accipitur.Siue a satyris ꝙ similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeq; dicuntur:que uelut a satyris diis syluestribus proferuntur & fiunt hocq; uerisimilius. Nam ī comoedia prisca que in uitia hominum apertius ut dictum est inuehitur:salibusq; & iocis absoluitur:satyri introducti sunt dii syluestres & procaces iocularia & lasciuia inter se iactantes.Hi sunt(ut autor est pollux)satyrus canus:satytus impubis:satyrus adolescens.Sylenus pater:Atq; in genus persone fictae: a satyris igitur introductis satyra nominata ē:qđ nomen haec que tota ut diximus nostra est & ab illa antiquiore defluxit:accepit seruauitq;:Hoc poematis genere Iuuenalis sexdecim scripsit satyras.

VITA IVVENALIS.

IVnius iuuenalis quibus parentibus natus fuerit pro comperto non habetur. Ex aqno oppido uolscorum oriundum fuisse docet ipse in fine tertiae satyrae. Et quotiens te Roma tuo refici properantē reddet aquino. Temporibus Traiani satyras suas scripsisse nemo nisi parum peritus diffitetur. Nec audiendi sunt qui existimarunt eum regnante Domitiano floruisse:quum is poeta scribente iam defunctus fuisset:quod abunde satis ipse multis in locis indicat ut illic in secūda satyra. Qualis erat nuper tragico pollutus adulter. Nam quum ait erat nuper: planissime ostendit eum mortuum fuisse: preterea in tam apertam eius reprehensionem uiuentis non insurrexisset.Et alibi in eadem satyra: Quum tot abortiuis foecundam iulia uuluam solueret & patruo similes effunderet offas:ubi intrepide demonstrat ab eo uiolatam fuisse fratris filiam: quod neutiquam fecisset si tunc temporis uixisset. Et alibi decessisse apertissime docet: Quum iam semi animū laceraret Flauius orbem Vltimus & toto seruiret Roma Neroni.Et alibi sed olim Prodigio par est in nobilitate senectus.Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum.Quibus omnibus satis constat post mortē Domitiani poetam scripsisse:qua uero aetate:quoq; loco mortuus fuerit: quum certi nihil habeatur aliis inquirendū relinqmus. Nec aliis assentimur qui eum a Paride histrione & delitiolo Domitiani in exilium actum fuisse autumant & ibi mortuum:deq; eo intellexisse sydonium Apollinarem quū ait. Nec qui consimili deinde casu ¡Ad uulgi tenuē strepentis auram irati fuit histrionis exul. Neq; enim fieri potuit ut a paride in exilium missus fuerit quum satyras suas(ut diximus)scripserit sub Traiano & paris gratia & autoritate tātum ualuerit apud Domitianum: unde quum sydonius nec Iuuenalem:nec alium quēquam nominauerit:de quouis alio intelligere potuit.

SEMPER Temporibus Iuuenalis magna in urbe poe͛tarꝫ copia uigebat: q fere cotidie aliquid recitabant. Ad hos audiendos rogabantur & noti & amici. Vnde scribit tranquillus: Augustum recitantes benigne & patienter audiuisse: nec tantum carmina & historias: sed & orationes & dialogos Gra. ac. Hic sponsum uocat: hic auditum scripta relictis oībus officiis. Hoc tñ multis molestum oīno erat: unde est illud Plinii. Magnum prouentum poetarꝫ annus hic attulit: toto mense Aprili nullus fere dies fuit: quo nō recitaret aliquis. Iuuat me: ꝙ uigent studia: proferunt se ingenia hoīum & ostentāt: tametsi ad audiendum pigre coitur. plærique in stationibus sedent: tempusque audiendo fabulas conterunt: ac subinde sibi nūciari iubent: an iam recitator intrauerit? an dixerit prefatōem? an ex magna parte euoluerit librum. Et paulo inferius. Nunc ociosissimus quisque multo ante rogatus: & idētidem admonitus: aut non uenit: aut si uenit: queritˀ se diem: quia non perdiderit: perdidisse. Idem ēt indicat Cor. Tacitus de claris oratoribus loquens de poetis. Rogare ultro & ambire cogūtur: ut sint q dignētur audire: & ne id qdē gratis. Poeta igitur ueluti audiendorum diuturna carminum: alienorꝫ molestia affectus erūpit: non tñ tā audiēdi fastidiū indicans suū: q̄ diutinam ignauiam suam accusans: ꝙ ipse nihil ad huc scripserit: quū & ipse possit scribere. ❡ Sed quum uaria sint poematum genera: in quibus uersari possit: Satyram ait: se uelle potius quā aliud genus poematis tractare: adhibita ratōe: ꝙ ampla sibi ad scribēdum suggeratˀ materia. Pricipium igitˀ more satyrico ex abrupto fecit ut Persius. O curas homium. Ora. Qui fit me cœnas? ❡ Sp: hoc dicit: quum ex nimio audiēdi fastidio tum ex diuturno silētio: quasi q magnam ætatis suæ ptem per inertiam absumpserit: quum nihil interea ipse scripserit. ❡ Auditor tātum? subaudi extrinsecus ero .s. alienorꝫ scriptorꝫ: & nunq̄ ego sicut cæteri aliquid scribam & recitabo? ❡ Reponam? non ignoro a cōmētatoribus hūc locum uariis exponi mōis: ut alii dicant reponere idem esse quod reficerˀ & resarcire: ut sit sensus: nonne aliqñ scribēdo resarciā hoc tp̄s: quod aliis audiēdis cōsumpsi: ita .n. poetæ reponere dicūtur. Alii uero repōere idē esse qđ scribere. scribēdo .n. reponimus rem: de qua agitˀ: unde si talia non scripsisset: haud reposita nobis essent & reseruata. Alii inqunt: repono quādoꝗ est retro appono: & q̄si acceptam cœnā restituo: ut si qs mihi hodie cōuiuiū apponat: ego cras ei reponā large ac liberalr̄. & in hūc sensum hoc uerbo usus est Iuuenalis: quū inqt. Sp ego auditor tātum? nūquam ne reponam? Ignauiæ .n. seipsum accusat: & ut mos satyrorꝫ est: ex abrupto incipit. Semper ne eorum: quæ alii apponunt ero auditor: nunquam ne ipse aliquid reponam .i. restituam. Quæ omnia etsi ex aliqua parte cōuenire uidentˀ: Ergo tñ hoc sumptū eē a debitore cōtēderim: q quū p̄ciū creditori reddit: reponere dr̄: uñ Sene. ī epi. lxxxii. ad Luciliū. Ergo nec qđ debet creditori suo reponere q̄squā scit alius q̄ sapiēs. Dr̄iam .n. facit inter referri & reponere. Nā referre inqt est ultro: qđ dēas afferre. Reponere āt ē creditori suo tātum reddere: quātum dēas. Idē li. vi. de beneficiis. Iō nō ē trepidādū q̄ cito reponamus. loqtur .n. de beneficio referendo. unde Plau. in persa. Des mihi nūmos sexcētos: quos cōtinuo tibi reponā in hoc triduo aut q̄triduo. Ergo īqt poeta: quū alios poetas audiuerim: eorūque sim debitor: tanq̄ q ab eis multa acceperī: nunq̄ ne eis reponā: nunq̄ ne eis reddā: q̄tū acceperī: ac p hoc nūquā ne & ego scribā. Repōere rursus capitˀ q̄si p renouare & reparare sicut exposuimus apud Persium ī ul. saty. Neu dicta repone p̄ma: sed hoc nihil ad rē. ❡ Vexatus. nā ut diximus: nō sine aliq̄ aī molestia audiebantur recitantes. ❡ Theseide: recitatione theseidos .i. gestorꝫ thesei: de quibus multa Plu. & Dio. in. v. & Ouid. in meta. Nam theseus herculis certaminum imitator & uirtutū: aīum adiecit ad ea certamina: q̄ laudē & gloriā sibi essent allatura. Filius fuit Aegei & Aethræ pitthei filiæ: aliq neptunū eius fuisse patrē reddūt. ❡ Codri: nomen ē poetæ sui tp̄is: quē ī. iii. saty. pauperē fuisse oñdit. Lectus erat codro pcula minor. ❡ Rauci. clamosi: ut referas ad fastidiū poetæ: q̄si q nimio eius clamore offensus sit: nā Raucus τομεσον ē: ut & p eo: q sit uoce magna & sonanti ponatˀ: unde Verg. appellat cicadas raucas .i. clamosas: & ualde strepētes Oui. in fastis. Ecce rudēs rauco sileni uector asellus. Intēpestiuos edidit ore sonos. Ver. Cygnos bñ cauētes raucos appellat. Dāt sonitū rauci per saxa liquētia

Repōer
Referre
Rauci
V.



Contineant quicquid Satyræ tu inspice prima

IVNII Iuuenalis Aquinatis Satyra prima.

SEMPER ego auditor tantum?
nunquam ne reponam,
Vexatus totiens rauci Teseide
Codri?
Impune ergo mihi recitauerit,
ille togatas?
Hic elegos? impune diem consumpserit ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri
Scriptus & in tergo: necdum finitus Orestes?

cygni.Mar.Perlegat ut tumidus rauca te uoce magiſter.Porphyrio exponēs illud in ſatyris.Rauci male:ait Sulciū
& caprium delatores & cauſidicos fuiſſe:& ideo raucos appellatos:ꝙ contentione iudiciorum clamarēt.Et pro eo
cui uox ſit obliſa & contuſa nimio clamore Quin. Et raucas fauces:ac latus fatigatum deformi cantico reficere.
Soli.de gruibus loquens.Volatus deſidia caſtigat:uoceq; cogit agmen:ea ubi obraucata eſt:ſuccedit alia.¶ Impu
Impune Or. ne ergo mihi?Ergo inqt alius mihi recitauerit togatas:& alius eligias:& alius alia?& ego non reponam? Sic enī
uerbū reponā repetendū eſt uſque ad illud.Nota magis nulli.¶ Impune:paſſim:& cū uoluit. Nā impune dr ſine
punitione:& quæ ſine punitione fiunt:paſſim aguntur.Vnde Ora.in ult.epiſt.Sed mente recepta Obturem patu
Comœdiarum genera las impune legētibus aures.Et in arte.Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ: nā poetæ dicuntur paſſim ſcribeꝛ
quū diuerſi diuerſa ſcribunt:Orat.Scribimus indocti:doctiq; poemata paſſim.¶ Togatas.i.comœdias.Erant enī
togatæ:& palliatæ.Togatæ romanæ erant ab habitu togæ quæ romana eſt.Palliatæ uero græcæ a pallio:qđ gre
coꝝ eſt.Togataꝝ aūt quatuor ſunt genera.Sunt enī togatæ: quæ pretextate dicūtur in quibus Imperatores nego
cia agēbant publica.& reges Romani:uel duces inducuntur:perſonarum dignitate & ſublimitate tragœdiis ſimi
les.Prætextatæ:quia fere regū:uel magiſtratuū in eiuſmodi fabulis acta cōpræhenduntur.Secundū genus togata=
rū tabernariæ humilitate perſonaꝝ.& argumentoꝝ ſimilitudine comœdiis pares: in quibus non magiſtratus re=
geſue: ſed humiles homines & priuatæ domus inducuntur: quæ quia olim tabulis tegerentur cōiter tabernariæ
ſunt appellatæ.Tertiū genus Attellanæ ab Attella ciuitate Oſcoꝝ:in qua primum cœptæ argumentis dictiſq; io
cularibus ſiſes ſatyricis fabulis græcis. Quartū planipedæ:quæ græce dnr mimi: dictæ ob humilitatē argumenti
ac uilitatē actoꝝ:qui non cothurno aut ſocco utuntur in ſcæna:aut pulpito:ſed plano pede:uel ideo ꝙ non ea ne
Elegi gocia continent:quæ in perſonaꝝ turribus.aut in cœnaculis habitātiū ſunt:ſed in plano & humili loco. lege Dio
medē grāmaticū.& Donatū in Terē.¶ Elegos.elegi uerſus ſunt īpariter iuncti exametro.n.& pentametro cōſtāt.
Quis aūt eoꝝ inuentor fuerit:grāmatici auctore Ora.Certant.& adhuc ſub iudice lis eſt.Inſtituti autē primo fue
runt deflendo deſiderio mortuoꝝ.mox ad amores traducti:ſed tamen nomen retinuerunt a miſerabili catu quo
Tele= phus olī mortuos deplorabāt.nā ελεω ide eſt ꝙ miſereor.unde Sappho.Elegi flebile carmen.¶ Ingens tele.ingens tra
gœdia de Telepho.Qui(ut auctor eſt Dio.in.v.)Herculis & auges filius fuit.Hunc Teutrantus rex myliæ ſucceſ
ſorē regni inſtituit:qui quū bello troiano auidius græcos a Myſia arceret:uite implicitus ab Achille percuſſus ī fœ
more ſiniſtro conſulto oraculo accepit:nullo mō poſſe ſanari niſi ab eodē repercuteretur a quo uulnus accepiſſet
Ad Achillē profectus nouo genere medicinæ:& tunc primū excogitatæ:hoc eſt rubigine: ſiue ab aerea: ſiue a fer
rea cuſpide fuerit ſanatus ē.Ita.n.auctore Pli.li.xxxiiii.ca.xv.depingebat:eā decutiēs ex gladio.hinc nata ē fabula
ꝙ eadē repercuſſus ē cuſpide:q̄ fuerat ab Achille uulneratus.Oui.Vulnus Achilleo:q̄ quondā fecerat hoſti: Vul
neris auxiliū pelias haſta tulit.Alii uero tradiderūt ſanatū fuiſſe nō rubigine:ſed herbarū remedio p Achillem.un
de Claudianus ad Adrianum.Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis.Notat igitur ſui tpīs poetas: qui longo
Oreſtes uerboꝝ anfractu & Telephi & Oreſtis tragœdias ſcripſere.¶ Oreſtes.i.tragœdia de Oreſte:cuius magnitudinem
tantam fuiſſe ſatyrice oſtendit:ut ne uolumine quidem ipſo:quāuis extrema paginæ parte:& a tergo ſcripto con
tineretur.Oreſtes.n.Agamennonis mycenaꝝ regis filius:& Clytemneſtræ:quum accepiſſet patrem ab expeditiōe
iliaca reuerſum:ab Aegiſto adultero:& Clytemneſtra interemptum:ſibique ab eiſdem inſidias tendi capta oppor
tunitate utrunque necauit.Cuius parricidii conſcientia exagitatus in inſaniam & furorem uerſus uidere ſibi uide
batur matrem ſe ardentibus facibus & ſerpentibus atris inſequentem.unde Virg. Armatam facibus matrē & ſer
pentibus atris cum fugit:ultriceſq; ſedēt in limine diræ.Cæteꝝ quum monitu Pyladæ:ut furiis liberaretur:Apol
.V. linis templum ingreſſus eſſet:& inde exire uellet:ei furias occurriſſe tradit Pacuuius:ad qđ reſpexit Vergi.Vltri
ceſque ſedēt in limine diræ.Omitto qūo in tauricam regionem:ubi iphigenia erat ſacerdos Dianæ peruenerit:in
deque abrepto palladio cum ſorore ſua in Italiam confugerit. de Oreſte multæ ſcriptæ fuerunt tragœdiæ. unde
Verg.Aut Agamēnonius ſcænis agitatus Oreſtes.Oreſtem tragœdiam cantauit in ſcæna Nero: auctore trāqllo.
Oreſtem aūt:ſic dixit tragœdiam de oreſte:ut alibi Atreum tragœdiam de Atreo.Cuius & alueolos: & lenam pi
gnerat Atreus.¶ Plena iam margine.plena ēt exteriore parte paginæ: quæ ſolet ad ornamētum libri relinqui ua
Margo cua.Margo aūt capitur pro extremitate oium reꝝ:unde dicimus in margine ripæ.Pli.loquens de teſtudinib.Sed
roſtri margines acuti.Apul.li.iiii.met. Ripæ fluuialis marginem denſis arboribus ſeptem uideo genere autē mu
liebri enūciauit uocabulum quum & maſculino inueniatur.Lōgo margine terrarū porrexerat amphitrites. ¶ Sū
mi libri.i.magni.¶ Et in tergo oſtēdit Pli.iunior in ea epi.q̄ incipit pergratum eſt mihi ad Macrum:ea uolumina
Opiſto= graphū q̄ ēt in tergo ſcripta fuiſſent Opiſtographa fuiſſe appellata.ab οπισθεν.i.retro & γραφω. ſcribo.ſic.n. ſcribit.
Electoꝝ quoq; cōmentarios cētum ſexaginta reliquit opiſtrographos qdem:& minutiſſime ſcriptos. Vlpianus
de bonoꝝ poſſeſſione ſecundum tabulas ſic ait.Carthæ appellatio:& ad nouam cartham defertur:& de leticiam
pinde & ſi opiſtographo qs teſtatus ſit:hinc peti pōt bonoꝝ poſſeſſio.Quod ergo ſcriptum dici poeta in tergo
græci Opiſtographon appellauere.Quod oſtēdit & Porphyrio apud Ora. in epiſtolis. Nemo te ornabit:atque
Volum̄ deſcribet:ſed aut carie conſumeris:aut fient ex te opiſtographæ epiſtolæ. Nam apud ueteres libri in uolumia cō
plicabantur:ita ut īteriori tātum pte ſcriberentur dicebanturque uolumina:ꝙ inuoluerētur.unde Iuue. Quæ pſal
tria penem Maiorem quam ſint duo Cæſaris anticatōes.Ex quo apparet libros ſolitos colligi in uolumina. unde
contra dicebant euolui quum explicabantur. Carpens ergo poeta lōgas poetarum ambages in ſcribendis fabulis
oſtēdit non ſolum tota uolumina interiore parte:ſed ēt exteriore contra conſuetudinem ſcribi. quum libri(ut di
xi)in uolumina colligerentur:nec ſcriberentur in tergo.Quod & Martia.oſtendit alloquens librum. Ad ſalatio
rum curras ſcrinia protinus licebit inuerſa pueris arande charta.In tergo igitur.i.exteriore parte mēbranæ.Inde il
lud ē Sidonii Apollinaris ad Conſtātinum iam copioſum te ni fallor pulſat exēplar.Iā uenitur ad marginē umbi
licorum.Iam tempus eſt(ut ſatyricus ait)oreſtem nīm uel ſupra terga finiri.¶ Nota magis nulli tam multi inquit

temporibus nostris existūt scriptores:q cotidie opa sua mihi recitēt:ut nulli magis nota sit domus sua:q̄ mihi est
lucus martis:& alia hmōi fabulamēta p eos sæpe recitata.ut hoc totū ad multitudinē recitātium referat quos au
diuerat:simulq; ostēdat:se ēt posse scribere:qn̄ docti & indocti passim scribāt. ❡ Lucus martis:hoc est historia de
origine urbis.Nam in luco martis sacro ad Albā inclusa Rhea ab Amulio patruo : tāquam per speciem honoris
sacerdos electa:Romulū & Remū urbis cōditores:incertū stupro:an ex marte cōceptos enixa est. De hoc multa
Iusti.li.xiiii.Liui.p̄mo ab urbe cōdita.& Diony.p̄mo:Lucus itē fuit Martis in pōto:ubi uellus aureum seruabat̃.

Lucus martis

Nota magis nulli domus est sua: q̄ mihi lucus
Martis:& æoliis uicinum rupibus antrum
Vulcani:qd agāt uenti:quas torqueat umbras
Aeacus:unde alius furtiuæ deuehat aurum

Mar.Custodē scythici fuisse luci.Qui autē Athe
nis appellatus est Areopagus:non lucus sed Mar
tis uilla dr. ❡ Et æoliis.Multi hoc loco dubitāt :
de quo autro uulcani poeta intellexerit. Nōnul
li.n.Hierā putāt unā ex septē insulis æoliis intel
ligi:quas itali uno uocabulo uulcanias appellāt.
Nam existimatur natura solis ignea: per occulta
cōmertia aut mutuari Aetnæ incēdia : aut submi
nistrare.Sed quum oēs deo igniū sacratæ sint.Hierā uolūt uulcano p̄cipue sacratā.quū plurimum colle eminētissi
mo noctē ardeat:de hacq; poeta intellexisse:neq; hoc nō p̄cederet:quū.n.dicit antrum uicinum rupibus æoliis:
oñdit antrū ipm:inter septē insulas nō numerari:sed segregari ab eis:uicinūq; & p̄ximum eē: ita ut de Hiera ne
quaquā sit itelligēdum:uñ nos exponimus antrum uulcani:uicinum rupibus æolus:Aetnā mōtem Siciliæ : q uul
cano sacer est:& ex quo isulæ(ut diximus(aut accipiūt incēdia.aut ei subministrāt. Estq; uicinus rupibus Aeolus:
qui ēt Cyclopes tulit:nunc assiduis ignibus flagrat.Sacrū fuisse uulcano docet Soli.his uerbis. Vulcano Aetna sa
cer est. in Aetnæ uertice hiatus duo sunt crateres noīati:per quos eructatus erūpit uapor:p̄misso prius fremitu : p
æstuātes cauernaq; latebras &c.Sic & Vale.flaccus in scd'o Argonauticō. Accipe ait bellis mediæq; ut puluerī pu
gnæ Sit comes Aetnei genitor:q̄ flāmea gessit Dona dei:hoc est Vulcani:nā nō minus Aetnæ mons dictus est a
poetis domus uulcani:q Lemnos & insulæ Aeoliæ.unde Vale.flaccus.Lemnos chara deo:nec fama notior Aet
næ:Aut Lipares domus.Montem aūt Aetnam uicinum esse aeoliis testat̃ sic Stra.Imminet aūt aetna Littori ca
tanēsi:& liparitanis insulis:q̄s pleriq; aeolias uocāt:ita ut oīno de aetna intelligēdum sit:de cuius incēdio: ratiōi
busq; incēdii multi scripserāt ante Iuuenalem:sicut Virg.Cuius carmen licet multū mēdosum adhuc extat:i quo
perpetui ignis multas oñdit rōnes:docetq; a poetis falso traditū sedē esse Vulcani:his uersib.Principio : ne quē
capiat fallacia uatum Sedes esse dei:tumidisq; e faucibus ignem. Vulcani ruere:& clausis resonare cauernis.Poe
tæ.n.cecinere uulcanum in antro aetnæ habitare:& ex faucibus suis ignem euomere : uñ Iuue. aetnā appellauit
antrū uulcani:ait ergo nulli domū suā magis esse notā:q̄ sibi est descriptio ætnæ: & eius incēdii qd' est uicinū ru
pibus aeoliis:Insulæ aūt æoliæ septē sunt numero in freto siculo Ephestiæ noīatæ.i.uulcāiæ.Lipare:Hiera:Strō
gile:Didyme:Eriphusa:Phœnicusa.Euonymos dictæ ab æolo:q ibi t̄pibus iliacis regnauit. ❡ Quid agat uenti
que natura sit uentoq;.Hoq;.n.alii sunt frigidissimi:q̄les a septētriōe spirāt.Li.n.& reliquos compescūt: & nubes
abigūt:alii humidi:ut auster:aphricus:& p̄cipue auster italiæ.alii sicci:ut Corus.& Vulturnus.alii niuales:ut aq
lo:& septētrio.Grādines septētrio importat:& Corus.æstuosus auster.Tepidi Vulturnus & Fauonius. Saluberri
mus aūt oīum aqlo:noxius auster:& magis siccus. Ventus aūt est(ut qdā diffiniūt)auctore Sene. aer fluens in unā
partē:qa nunq̄ aer tā imobilis ē:ut nō aliquā sit agitatōe.De uētis igit̃ multi scripserant: ut Sene.in naturalibus.
Veteres q̄tuor tm̄ seruauere per totidē mūdi partes. Iō nec homerus plēs noīat : mox aūt posterior ætas octo ad
didit:rōne nimis subtili & cōscissa.Sunt ergo bini in q̄tuor cœli partibus de q̄bus abūde li.i.Pli. Victru. & Geli.
&(ut diximus)Sene.in natu.Ordo aūt talis est:ut potius inferioribus:q̄ superioribus cōiungant̃. Platani Fronto
nis clamāt:qd agāt uēti &c.Sicq; oñdit in ædibus Frōtonis uaria cotidie a poetis recitari. ❡ Quas torqueat um
bras.Aliq hūc locū simpl'r accipiūt.i.que de inferis scribant̃:apud quos æacus iudex sit cōstitutus.Cæterum ad id
poeta respicit:qd' scri.Plato in Gorgia suo.sic.n.inducit icuē loquētem.Cōstitui tres alios meos iudices : duos q
dē ex asia Minoē.s.& Rhadamātum unū uero ex Europa Aeacū:q mortuos iudicabūt in triuio: ex quo portant
uiæ:altera ad beatoq; iusulas altera ad tartaq;:& Asiaticos q̄dem Rhadamātus iudicabit.ab Europa igit̃ q ueue
rint Aeacus.Minoi aūt cōmittam:ut iudicet:si qd aliis occultū existat:ut sic iustissime procedat iudiciū:rectaq; sit
aīaq; trāsmissio.Ait ergo poeta sibi notū eē ex frequēti poetarū recitatōe.Aeacū iudicē eē apd īferos:q aīas euro
peas iudicet tm̄. ❡ Torqueat:iudicet:& pūiat.Oui.Noxia mille modis lacerabit̃ umbra: tuasq; Aeacus i pœnas
īgēiosus erit. ❡ Vñ alius.i.expeditionē argōautarū:uidelicet:uñ Iasō aureū uellus sustulerit.Cuius rei historia nō
ta ē ex Diodo. I qnto.Stra.āt li.xi.aurei uelleris fabulā sic īterpretat̃.Apud Colchos torrēres deferre aurū:qd bat
bati p̄foratis tabulis:pellibusq; uillosis excipiūt: uñ fabulæ ortū ē figmētū.De argonautis aūt apud latinos scripsit
Valerius flac.apud græcos Orpheus prius.mox Appollōius. ❡ Furtiuæ hoc ē q̄ furtī & iscio Oeta subrepta fuit.
❡ Quātas iaculet̃ Mōychus ?Pugnā dicit:q̄ fuit īter Lapytas & Cētauros populos thessaliæ:q̄ historia ita se hēt.
Qūū.n.(ut diximus i Achillicida)pirithous Hippodamiā duxisset uxorē:circūuicinos populos:oēsq; deos cōuo
cauit ad nuptias p̄ter Martē.Quare īdignatus cētauros iā mero calefactos ad rapiēdā Hippodamiā cōcitauit ad
uersus Lapythas:eo certamine ferūt Centauros delectos fuisse.Sed hoc ueritas hēt Cētauros(ut scribit Stra.)aut
funditus a Pirithoo deletos fuisse:illorū agro prorsus desolato:aut ipsarū noīe gētiū nusq̄ amplius existēte : nec
tali eorū conuentu perdurante:si qd tñ adhuc restat adunatum:mentione non insigniri. ❡ Monychus : nomen
est proprium Cētauri.Oui.Fecerat attonitos noua res:heu dedecus ingens.Monychus exclamat.Lucanus aut te
iactantem Monychon ornos:dictio est composita μονοσ enim solus dicitur & ονυξ unguis. equinos enī pe
des Centauri habuisse feruntur.Home.autem sæpe dat hoc epitheton equis:q; solidis sint ungulis.& nō fissis.

Antrum uulcani

uulcāiæ

Insulæ æoliæ

Vētorū natura

Cētauri

Orni
Fronto

¶ Ornos: Orni arbores sunt: q̃ maximæ in montibus proueniunt. Virg. Cantando rigidas deducere montibus ornos. ¶ Frõtonis platani: partem posuit pro toto. i. ædes frõtonis. Hic est ille Fronto de quo & Mar. Vota tui breuiter si uis cognoscere marci: Claꝝ militiæ Fronto: togæq; decus. Frõtonũ cognomina a frõte sunt dicta: sicut Capitonũ a capite: auctor ẽ Cice. in ꝑmo de na. de. Est aũt sensus. In ædibus Frõtonis quottidie poetæ aliqd recitãt: ita ut tota domus quottidie assiduis clamoribus resonet: ac per hoc sciat: q̃ a uariis poetis tractentur. Nã nobiles romãi ædes suas recitãtibus cõmodabãt: uñ & alibi. Maculonus cõmodat ædes. Et Cor. Tacitus de Claris Oratoribus de poetis sic scribit. Nã & domũ mutuat: & auditoriũ extruit: & subsellia conducit: & libellos dispgit &c. Per platanos aũt ædiũ

Platãus

luxũ & magnificentiã oñdit. Platanus. n. umbræ gratia ex alieno petebat orbe. tã late. n. rami uagabãtur: ut ẽt in scãnis patulis arboris epularent̃ qndecim cõuiuæ adsistẽtibus ẽt ministris. Tãtũ q; honoris postea increuit: ut uino infuso enutriret: cõpertũ maxĩe id prodesse radicibus: quod ꝑmus excogitauit Hortẽsius. Lege Pli. li. xii. ca. i.

Pelliculæ: quantas iaculetur Monychus ornos.
Frontonis platani: conuulsaq; marmora clamant
Semper: & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a summo: minimoq; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus: & nos
Consilium dedimus Syllę: priuatus ut altum
Dormiret. stulta est clementia: quum tot ubiq;
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.

marmor

¶ Marmora cõuulsa: que assiduo recitantium clamor̃ ex parietibus cõuelli: & labefactari uidetur. Nã potẽtioꝝ parietes marmoꝝ crustis integebantur. Seneca ad Lucil. Vt parietes adiectis trãsmaria marmoribus fulgeãt: & alibi ad eũdem. Quid loquar marmora: qbus tẽpla: qbus domus fulgent. Primus aũt fuit Mamurra Fornianus ꝑfectus fabroꝝ Cæsaris in Gallia · q romæ crustis marmoreis parietes domus suæ in monte Celio operuit: auctor Pli. ¶ Clamant: resonãt: reboãt. ¶ Colũnæ ruptæ: ita dcm̃: ut illud Virgi. Et cantu querulæ rumpũt arbusta cicadæ: & illud Fregit subselia uersu. ¶ Assiduo lectore: assiduo lectoris & recitatoris clamore. ¶ Expectes: cum indignatõe legẽdum: q non solum docti scribãt: sed ẽt idocti: iuxta illud oratii. Scribimus indocti: doctiq; poemata passim. ¶ Et nos ergo manũ: Sensus est: quum docti inqt & indocti scribãt: possumus ergo & nos scribere: quum & grãmaticẽ & Rhetoricen didicerimus. Erit aũt ordo. ergo & nos scribemus: manum enim ferule subduximus: & cõsilium dedimus Syllæ: põt ẽt alius esse sensus & melior ut sit. Ergo & nos iam gtãmaticẽ & Rhetoricen didicimus: ut sileamus: & nihil scribamus quum oẽs & docti & indocti pariter scribãt: ut oĩno sensus sit nimia indignatõe intercisus. Estq; legẽdum ea interrogatõe: qua contrarium uidemur uelle facere. q. d. num didici grãmaticẽ & Rhetoricẽ: ut sileam: & nihil scribam: ut oĩno hæc extrinsecus subaudiamus. Et ita dcm̃ est. Et nos ergo manum: sicut illud: impune ergo mihi. ¶ Ferulæ subdu. i. subtraximus: ac

Ferula

per hoc iam a grãmaticis eruditi recessĩmus. Ferulæ: uirgæ: qua manus pueroꝝ feriũtur de qua Colu. Nec manib. mitis ferulas: nec cruribus æque: & infra Capparis: & tristes hinulæ: ferulæq; minaces. Mar. ĩc in apophoretis. Ingrate nimium pueris: grataq; magistris. Est aũt infirmissimum uirgultum fœniculo perq̃ sĩle: unde Pli. foliis fœniculo: Inani caule: natura eadem: que anetho & fructu sĩlis. De hac multa & Theophra. nulli autore Pli. fruticũ leuitas maior q̃ ferulæ: ob id gestata baculoꝝ usum senectuti præbet. ¶ Cõsilium dedimus: Oñdit (ut diximus) artem oratoriam se ẽt didicisse: in qua cum uersaretur: sæpe exercitatõis gr̃a suasorias declamauit. Nam in scholis suasoriæ tractãdæ ꝑponebant̃ adolescẽtibus. Deliberat Agamẽnon: an iphigeniam imolet: negãte: Calcãte nauigari posse. Item deliberãt Atheniẽses: an trophæa persica tollant: Xerse minitãte redituꝝ se: nisi tollerent̃. Deliberat Cicero: an promittente salutem Antonio: orationes suas comburat. Item deliberat Sylla an deponat dictaturam: promittente Senatu impunitatem. Ait igitur talem declamando suasoriam suasisse Syllæ. ut dictaturam deponeret: nam dare consilium Sylle est suadere Quintil. Quum Ciceroni dabimus consilium: ut Antonium roget. ¶ Priuatus ut al. dor. Hæc erat ratio suasiõis: ut deposita dictatura: q̃ sibi ipse ad centum & uiginti ãnos asciuerat: tanq̃ grauissimis solutus curis altius dormiret. Nam sylla: quum imperium eius rogatõe Sulpitia transferetur ad Marium: indignatus ex Asia in Italiam reuersus est: & ante urbem aduersarioꝝ septuaginta amplius milia ad portam collinã occidit: ingressus urbem quatuor milia inermium: nulla seruata fide: in uilla

phthiriasis

publica interfici iussit. Marii cineres erutos in Tyberim ꝑiecit. Post tãtam hãc crudelitatem: per summum animi & corporis cruciatum expirauit Puteolis: quũ dictaturã deposuisset: morbus aũt: quo cõsumptus est: phthiriasis ẽ appellatus. i pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν quos pedes: & pediculos uocamus: corpore seipm̃ erodẽte: & supplicium sibi gignente. unde est illud Sereni. Sylla quoq; infelix tali langore peresus Corruit: & misero se uidit ab agmine pasci. Quam fœditatem: ne uisentes intelligerẽt: somno dissimulabat. De quo Pli. ita scri. lib. vii. Agẽ nõ exitus uitæ eius oĩum ꝑscriptoꝝ ab illo. calamitate crudelior fuit: erodẽte seipso corpore: & supplicia sibi gignẽte: qđ ut dissimulauerit: & supmo somno eius: cui mortuus quodãmodo ẽ: credamus ab uno illo inuidiam gloria uictam: ad quod poeta uidetur alludere: quũ ait: ut altum dormiret: eo genere morbi ostẽdit Pli. lib. vii. & Apule. tertio Floridoꝝ pherecidem orationis ꝑsaice autorem consumptum esse. Priuatus: deposito imperio. ¶ Dormiret altum. i. ꝑfundo somno. Ora. Ter uncti transnanto tyberim somno qbus est opus alto. ¶ Stulta est clemẽtia: Antipophora est: quasi aliqs dixerit carthã non esse perdẽdam: & ipse respõdeat. Stulta est hæc clemẽtia. i. stulta & ridicula est benignitas tãti facere tam modicam chartæ iacturam: & ita extenuat nõ sine summa aĩ modestia uires ingenii sui q̃si sciat paucos fore: a qbus opus suum legatur. Mar. Scribere uersiculos miseras & perdere chartas. Clemẽtia aũt ꝑprie ẽ lenitas supioris aduersus iferiorẽ: & tẽperantia aĩ in ꝑtãte ulciscẽdi: auctor Se

Clemẽtia

ne. ¶ Perituræ: q̃ scio piturã quũ nemo lectutus sit carmẽ meũ. ¶ Quũ tot: quũ tã multi poetæ passim scribant.

¶ Cur tñ hoc potius: rõnem affert quare potius Satyrã: q̃ aliud poematis genus sit scripturus: ordo ãt erit & sen sus: ¶ Edã .i. dicã & mãifestabo. Cur tñ potius libeat mihi decurrere. ¶ Hoc cãpo: hoc genere poematis satyrici: sumpta metaphora ab iis: q equos: & currus agũt p spaciosos cãpos. ¶ Magnus alũnus periphrasis est Lucilii: q ex Arũca Rutulorũ ciuitate natus prius apud latinos scripsit satyrã. In eo mira fuit: ut docet Quinti. eruditõ & libertas: atq; inde acerbitas: & abũde salis: natus aũt ẽ anno anteq̃ Carthago iditionẽ romanorũ p Scipionẽ redacta est: mortuus: quo anno Furius Bibaculus poeta natus ẽ Cra monæ: & Cymbri supati sunt a Mario. Lucilius

Cur tamen hoc potius libeat discurrere campo:
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus,
Si uacat: & placidi rationem admittitis ędam.
Quum tener uxorem ducat spado: Neuia tuscum
Figat aprum: & nuda teneat uenabula mamma:
Patricios omnes opibus quum prouocet unus:
Quo tondente: grauis iuueni mihi barba sonabat:
Quum pars niliacę plebis: quum uerna Canopi

¶ Alũnus: is ppriẽ dr̃ qui alitur. Pli. Italia alũna oĩum terrarũ: eadẽ & parẽs. Oui. Pax nutrit cere rẽ. pacis alũna ceres. Nõ ignoro ab Diuo Augu stio noĩari Iouẽ alũnũ: q̃si q oĩa alat. Verũ apud alios auctores tali significatõe: aut nũq̃: aut rarẽ ter iuenies; uñ fallunť: q putãt Italiã dicã Alũ nã a pli. q alat. quũ hoc dicat Italiã s. tanq̃ filiã ab oĩbus terris alimẽta accipere: eandẽq; tanq̃ matrẽ oĩbus pbere: sed quũ hoc lõge clarius sit: q̃ a nobis idigeat explicari: plura non addemus. ¶ Flexit equos: pstat i translatõe: qa dixit cãpo: equos ergo .i. stilũ suũ. ¶ Si uacat: si ociũ ẽ ad au diẽdũ. Dicimus. n. mihi ñ uacat: p ipsõale .i. ociũ nõ est. Et ego uaco .i. ociosus sum: & hẽo ocium. Sene. Nõ uacat mihi uerba dubie cadẽtia cõsectari. Et paulo inferius. Nõ uaco ad istas ieptias: igẽs negocium I manibus ẽ. Vaco itẽ capiť p operã do: ut Cic. uacat diligẽter studiis liberalibus itẽ usurpať p careo: ut ego uaco culpa. ¶ Quũ tener uxo. una ẽ ex rõnib. q̃re potius satyrã q̃ aliud genus carminis sit scripturus: ẽ. n. sensus & or do. Difficile ẽ nõ scribere satyrã: quũ tener spado ducat uxorẽ &c. i. difficulter te cõtineas: qn satyrã scribas: seqť n. Nã qs tã patiẽs: & illud facit indignatio uersum. Quasi dicat ẽt si nolis ñ possis tibi tẽperare: quominus saty rã scribas. ¶ Ducat spado: Indignatio ẽ i libidinẽ mulierũ: q̃ quũ a Domiciano: autore Trangl. reuocata eẽt lex iulia i adulteros: mœchis suis nubebãt: ne supplicio afficerent. Inter mœchos aũt erãt & spadones. Mar. q nubis pculina cõcubino. Ne lex iulia te notare possit. Non nubis pculina: sed fateris: & alibi. Cur tm̃ Eunuchos hẽat tua Gelia q̃ris Pãniche: uult futui Gelia: nõ parere. Alibi. At prius o mores & spado mœchus erat: Alibi Cũ sene cõem uexať spado Didimus æglen. Simul ẽt poeta ridet legẽ ipsam: cui iam excogitata est fraus. Nã quũ reuoca ta sit ad pudoris sanctitatẽ tuẽdam: mulieres ipudẽter spadonibus. ut diximus nubebãt qbus oblectatæ fuerãt. Spado aũt & Eunuchus dictões sunt grææ: idẽq; significãt: dr̃ aũt Spado a σπάω q ẽ auello & aufero: q ab eo testiculi auellanť. Vlpianus ait: Spadonũ noĩe eos ẽt cõtineri: q natura spadones sunt. Eunuchus autem dicitur ἀπὸ τῆς εὐνῆς .i. cubili & ἔχω custodio: qa id genus hoĩum adhibebať seruãdis cubilibus regũ & pncipum. ¶ Tener: nã spadones molles sunt & effœminati. ¶ Neuia tuscũ: Alia indignatio in mulierũ impudẽtiam: que tpibus Domitiani in uenatões & pugnas theatrales descẽdebãt. unde Mar. Hæc iã fœminea uidimus acta mãu. Statius in syluis Stat sexus rudis: insciusq; ferri: Et pugnas capit iprobus uiriles. Credas ad Thanaim ferũq; Pha sim Thermodontiacas mouere turmas. Neuia aũt nomẽ est ipudicæ mulieris: & p q̃cũq; impudẽti muliere po niť: q̃ in uenatões & pugnas theatrales descẽderet. ¶ Aprũ thuscũ: emphasim habet: q̃si q cæteris esset ferocior. Mar. Thuscæ glãdis aper populator & ilice multa iã piger. Aetholæ fama scd'a feræ. ¶ Nuda mãma: habitum exp̃ssit pcũbẽtis in uulnera feræ. sic. n. mãmæ e sinu exerunť. Illud aũt ẽ fatuũ q aliq ad ritũ amazonũ referũt: q̃ sibi dextrã mamillã adurebãt: simplr̃. n. locus ẽ accipiẽdus. ¶ Mãma: eadẽ dr̃ & mamilla & papilla: & uber: Mã mã itẽ ueteres p mr̃e acceperũt: sicut Tatã p pr̃e. Mar. Mãmas atq; tatas hẽt Afra: sed ipsa tatarũ Dici & mãma rũ maxĩa mãma põt. ¶ Patricios oẽs: De Cinamo tonsore sui tpis itelligit: q munerib. mulieris locupletatus est: usq; ad cẽsum equæstrẽ: mox dãnatus in Sicilia exulauit: de quo sic Mar. Qui tonsor fueras tota notissimus ur be. Et post hæc dñæ munere factus eques: Sicanas urbes: ætneaq; regna petisti Ciname: quum fugeres tristia iura fori. Qua nũc arte graues tolerabis inutilis ãnos? Quid facit infœlix & fugitiua q̃es? Nõ rhetor: nõ grãmatichus ludiue magr. Nõ Cynicus: nõ tu stoicus esse potes. Vẽdere nec uocẽ siculis plausumq; theatris. Qd supest iterũ Ciname tõsor eris. ¶ Pr̃icios nobiliores denotatos a pr̃ibus. Nã cõdita urbe Romulus centũ elegit senatores: q bus reipu. curã demãdauit: hos pr̃es ob ueneratõem appellauit. Aucta mox ciuitate reliq reges numerũ senatorũ ampliauerũt eosq; pr̃es cõscriptos appellauere: uñ ñ postea seruatũ ẽ: ut senatores pr̃es cõscripti nõiarenť. Qui ergo ex iis pr̃ib. nascebanť: pr̃icii sunt appellati. ¶ Prouocet: possit opib. puocare: & se supiorẽ oñdere. ¶ Grauis molesta: & minime grata: q̃lis solet esse iuuenib. ¶ Sonabat: rõdẽdo. ¶ Quũ ps: idignať Iuue. Crispinũ hoĩnẽ Aegyptium ex seruili cõditõe ad cẽsum æquestrẽ eẽ puectũ. Nã domitiano fuit gratissimus: eiusq; cõsiliorũ pti ceps: eũ Iuue. ubiq; isectať: & pcipue ea satyra. Ecce iterũ Crispinus adest ediuerso. Mar. Laudat. Sic placitũ uide as sp Crispine tonãtem: Nec te Roma minus q̃ tua Memphis amet. ¶ Pars niliacæ plebis. i. seruus ex plebe. q. d. ex infimo loco apud Aegyptios natus: hincq; est potissimũ indignatio. ¶ Niliacæ: ægyptiæ. Nilus. n. fluuius ẽ Aegypti. ¶ Verna: alũnus. Inter seruũ & Vernã ñ interest: q serui appellanť: q in ptãtem nr̃am uenerũt: aut iure belli: aut ære cõparati. Vernæ uero: q domi ex ancillis nascũtur: nã & ii in seruitute sunt. oĩs. n. Ancillæ fœtus do mini ẽ. Dicti auctore Festo: q tpe ueris nati sunt: q id tps ad feturam sit ualde aptum. Inde dicimus uernaculum omne: qd' intra parietes domesticos alitur: ut gallinam uernaculam: æquum uernaculũ. & linguam uernaculam. ¶ Can opi. Canopus ciuitas est Aegypti dicta autore Strabo. a Canopo gubernatore Menelai: q ibi sepultus est

Alũnus

Vacat
Vaco

Spado
Eunuchus

Mãma
Tata

Patres
Patricii

Verna

¶ Ventilet.hic pendet oīs poetæ fremitus:ꝙ homo ægyptius:& seruili cōditiōe ea sit mollicie: ut annuli æstiui sint ēt ei pōderosi. ¶ Vētilet:quasi refrigeret annulū eximendo illū e digito:& in aera leuiter iactādo.Nā uentilare ē in aere aliqd iactare.Apu.ī Asino aureo:Aureos refulgētes manu mea uētilabā.Inde dictus uētilare frumētum:& Ventilabrū instrm iactandi frumenti.Ventilare ēt est uentū facere.Tranqllus in Augusto.Atq; ēt aliquo uētilante cubabat.¶ Auꝝ æstiuū.i.annulos:quos tpe æstatis gestabant:nam eo delitiaꝝ puenerant Rōani:ut annulos haberēt:alios æstiuos:alios hyemales: ac si dicat leuē bratteā:& filū aureū:nam qd' tpe æstatis p leuitatem gestamus:æstiuum appellamus ut uestes æstiuas.

Vētilaī

> Crispinus tyrias humero reuocante lacernas
> Ventilet æstiuum digitis sudātibus aurum:
> Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ.
> Difficile est satyram non scribere. Nā quis iniquæ
> Tam patiens urbis: tam ferreus:ut teneat se,
> Causidici noua quum ueniat lectica Mathonis
> Plena ipso:& post hunc magni delator amici:

In annulis aurē(ut scribit Plini.lib.xxxiii.ca.i.) Alii pondera & magnitudinem auri ostētabāt. Aliis plures q̄ unū gestare labor erat. Alii bratteas īserebāt leuiorē materiā: & pp casum gēmaꝝ totā sollicitudinē amputabant: qbus pro ānulis utebant': p annulū aūt aureū ondit poeta Crispinū equestris fuisse:& census & dignitatis. Nā annuli(ut scri.Pli.)distinxere alteꝝ ordinē a plebe ut semel cœperant eē celebres:sicut tunica ab annulis senatū tantū.Sed annuli plene mediū ordinē:tertiūq; plebi & patribus inseruer'. ¶ Humero re.la.i.reiectis lacernis in humeros:q̄si nimis pōderosis: tali habitu fuisse & Collossūm Domitiani ondit Statius ī pma Sylua.It tergo demissa Chlamys.Humeri autore Pli.hoīs tm̄ sunt:armi q̄drupedū.¶ Tyrias purpureas:nā Tyrus īsula fuit Pheniciæ:palto mari septingētis passibus diuisa.Nūc uero(autorib.Pli. & Quito Curtio(Alexādri oppugnātis opibus cōtinēs.Oīs eius nobilitas:Cōchylio atq; purpura constat. Lacernas:Lacernæ cōficiebant' ex uariis colorib.unū apud Mar.in distichis loquunt' lacernæ coccinæ.Si Veneto prasinoue faues: q coccina sumis.Ne fias ista trāsfuga sorte uide.Itē Lacernæ beticæ loquunt' sic.Nō est lana mihi mēdax:nec mutor aheno.Sic placeāt tyriæ me mea tinxit ouis.Lacernæ aūt tū albæ:tū purpureæ sumebant' ī spectaculis.Mar. Spectabat mō solus īter oēs Nigris munus Ora lacernis.Quū plebs & minor ordo:maximusq; Sancto cū duce cādidus sederet.Toto nix cecidit repente cælo.Albis spectat Ora lacernis. Alibi in distichis: Amphitheatrales nos cōmēdamur ad usus. Quū tegit albētes nr̄a lacerna togas.Idē in.v.Edictū dn̄i deiq; nr̄i.Dū laudat mō phasis in theatro.Phasis purpureis rubet lacernis:& paulo īfra.Illas purpureas & arrogantes iussit surgere lectius lacernas.¶ Gēme maioris.i.pgrandē gēmā:ut sit descriptio ānuli leuioris bratteæ:cui lapis prægrādis sit insertus. Applōne gēmæ ītelligimus oēs lapillos pciosos.Sabinus tū ad Vitelliū ait.Gēmas eē plucidæ materiæ: uelut Smaragdos:Chrysolitos:Amethystos:Lapillos aūt cōtrariæ supiorib.naturæ:ut Obsianos: Vedubiētanos:Margaritas aūt nec gēmis nec lapillis cōtineri. ¶ Nā qs tā pa.qs.n. ingt possit pati tātam urbis inigtatē:ut non moueat' ad scribēdum.Est aūt rō q̄re sit difficile non scribere:quum ēt alia sint notatu grauiora.¶ Vt teneat se: tēperet sibi:ne scribat.¶ Causidici noua:Hinc maxime mouet' poeta ad scribendū saty. ꝙ sub domitiano frequēs & pene publice accusandi rabies existeret:quæ oī bello ciuili grauius togatā ciuitatē cōficeret:adeo aures Impator delatōibus patefaciebat:ut nihil ppemodum tutū esset: ita ut delator delatorem timeret. Vn̄ sic cōqueritur Pli.in panegyrico de Domitiano.Vidimus delatoꝝ iudicium:q̄si grassatoꝝ:q̄si latronum:non solitudinem illi nouerāt:sed tēplum:sed foꝝ insederāt:nulla iam testamēta secura:nullus status certus:non orbitas:nō liberi proderāt.Multi igit':inter quos & Causidici:quum in ea re questum & principis grām esse cognoscerēt:relictis actōnibus forēsibus:ad delatōes se cōferebāt:ut Matho & Pompeius Falco: qui iisdem tpibus accusabat ut alibi notat' a Iuuenale.Sæuior illo Pompeius tenui iugulos aperire susurro.Causidicum fuisse Pompeiū ondit Pli.epl̄a: quæ incipit.Consulis an existimem.Notat igitur omnes delatores sub persona Mathonis:quem ex paupere diuitem factum esse uideri uult questu delationum.Pauperem fuisse ostendit alibi Matho deficit Martialis.Parua rogas magnos:sed non dant hæc quoq; magni.Vt leuius pudeat iam matho parua toga. ¶ Lectica: non tantum ea dicebatur lectica:qua nocturno tempore quiescerent:sed qua etiam gestarentur:non tam primores uiri: q̄ matronæ.Instar cubiculi erat:& lecticarii dicebantur serui: qui lecticam gestabant humeris: græcæ hexaphorum dixere lecticam:quæ a sex seruis:Octophorum uero:quæ ab octo gestaretur.In ea erant & fenestræ: unde alibi.clausa lectica fenestra.Tranquillus in Augusto. A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Alibi Iuue. Latis specularibus antrum: nam antrum appellat lecticam:cui specularia adhibebantur. Quemadmodum & nostra ætate uidimus fœminam quandam primariam gallicam gestari lectica ex corio cocto cum fenestris:adhibitis specularibus uitreis: ea autem gestabatur non a seruis: sed a duobus equis mediam lecticam intercipientibus.Lecticam autem uelis auleisue circūsepram fuisse docent & Plutarchus in Eumene sic. Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis cursu delatus: ex utraq; lecticæ parte summouit auleum magna lætitia manum protendens.Et Mar.lib.ii.Quæ grex rogatus sequitur & capillatus. Recensq; sella linteisq; loris:nam p lectica sellam poni manifestum est.Noua nuper comparata delationibus:quum antea esset pauper.¶ Plena ipso:quasi qui cōmodus gestaretur solus:ut delicatus:& luxuriosus. ¶ Delator:de Marco Regulo intelligit qui (ut scri. in epistolis (omnium bipedum fuit nequissimus. Multorum enim nobilium sub Domitiano cædes molitus fuerat. Cassios enim & Camerinos accusauit qui sub nerone interempti sunt. Et hunc(ut ipse refert) tam Bebius Massa: quam Metius Carus ualde timebant. nam Regulo intemperanter laceranti Herennium Senetionem:respondit Carus.Quid tibi cum mortuis?Nunquid ego Cassio:aut Camerino molestus sum?quos ille sub nerone accusauerat.¶ Delator:occultus accusator:nam deferre est occulte accusare.Mar.Ecce reum Carus

Humeri
Armi

Lacerna

Gēma
Margarita

Lectica

Deferre

te detulit adſit agellus. ¶ Magni amici.i.imperatorii:hoc eſt imperatoris amici & familiaris : nam magna amicitia appellatur imperatoris:ut alibi poeta. In quorum facie miſeræ magnæq; ſedebat Pallor amicitiæ. ut oſtēdat ne amicos quidem imperatoris tutos fuiſſe a delationibus. ¶ Rapturus:abſumpturus:nam partem bonorum delationibus conſequebant̃:nobilibus ipſis aut in exilium eiectis:aut trucidatis ab imperatore. ¶ Nobilitate comeſa:nobilibus abſumptis:& laceratis ab imperatore. Nam(autore Trangl.)nihil penſi habuit: qn p̄daretur omni modo bona uirorum ac mortuorum:uſq; quaq; & accuſatore & crimine corripiebat̃ . Satis erat obiici qualecunq; factum:dictumue aduerſus maieſtatem principis.

Et cito rapturus de nobilitate comeſa
Quod ſupeſt: quē Maſſa timet: quē munerē palpat
Carus:& a trepido Thymele ſummiſſa Latino:
Quum te ſummoueant qui teſtamenta merentur
Noctibus:in cælum quos euehit optima ſummi
Nunc uia proceſſus uetulæ ueſſica beatæ.
Vnciolam Proculeius habet:ſed Gillo deuncem.
Partes quiſq; ſuas ad menſuram inguinis hæres

Hinc eſt.ut alibi cōquerat̃ poeta. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Eius crudelitatem in panegyrico Traiani ſic taxat Pli. Quum nuper īmaniſſima bellua uelut quodam ſpecu incluſa:nūc ꝓpinquoꝝ ſanguinem lamberet:nunc ſe ad clariſſimoꝝ ciuium ſtrages: cædeſq; proferret &c. ¶ Quod ſupereſt: quod adhuc ab impatore nō eſt corroſum & correptum. ¶ Maſſa: Bebium Maſſam intelligit:& ipſum delatorē . Senſus eſt autem. Bebius ipſe Maſſa: q delator erat: delatorem timebat:apud principem : q tantopeř delatores fouebat . De Bebio Maſſa ſic Plini. in epiſt.ad Macrinum. Legati rurſus inducti:iterum me iam p̄ntem aduocatum poſtulauerunt : implorantes fidem meam:quam erant contra Bebium Maſſam experti. ¶ Carus:delator & ipſe fuit: de quo & aū diximus . Pli.li.i. ad Voconium. ¶ Palpat:cui munere blanditur. Nam palpare:ſiue palpari idem eſt quod blādiri Ora. Cui male ſi palpere recalcitrat:undiq; tutus:Lucilius:Hic ubi me uidet ſublādit̃:palpatur : caput ſcabit:Inde dr̄r palpones adulatores. Perſi. Ius hēt ille ſui palpo. ¶ Trepido latio:Latinus mimus fuit: cuius iocis & uxoris Thymeles mimæ plurimum delectatus eſt Domitianus:uñ Mar. Qua Thymelem ſpectas deriſorēq; latinū: Illa frōte p̄cor carmina nr̄a legas. ¶ Submiſſa:utrum ad coitum an ad placandum. Oſtendit aūt poeta:ne pſonā qdem gratam imperatori fuiſſe tutam a delatiōibus. Nam latinus timēs delatorem:ei clāculo ſubmittebat uxorem ad placandū. Nō ignoro a nōnullis:q ætate noſtra ī liberalibus ſtudiis poſtremas ptes nō ferūt:lōga uerborum cōtētiōe diſputatum. Thymelem mimam fuiſſe:q̄ itidem ut latinus a Domitiano populoq; fauorabiliter ſpectaret̃ . Sed non uxorem latini:q̄ omnia:quum friuolis fulciant̃ argumētis:nihil uideo:cur adhuc potius uxorē latini nō credā : q̄ aliam mulierem. Quum p̄ſertim Iuue.oñdat Zelotypum fuiſſe Thymeles. Credibilius enim eſt latinum Zelotypum fuiſſe uxoris:q̄ alterius:q̄ corpus uulgaret. Sed quum res nō magni ſit momēti unicuiq; ſua ſit exiſtimatio. Illud tamen cōſtat:mulieri nomē īditum ab arte Scænica. θυμελη enim pulpitum:ſiue ſcænam ſignificat.& θυμελικοσ hiſtrionem : nam & ipſa placuit theatris . Vnde Apule.in Apologia appellat Choragium thymelicum.i.ſcænicum apparatum & inſtrumētum his uerbis. Quid enim ſi Choragium Thymelicum poſſiderem? nam ex eo argumentare etiam uti me conſueuiſſe Gragidii Symathæ hiſtrionis : ubi Choragium accipitur : pro apparatu:ſiue inſtrumento ſcænarum? Non me fugit a Fulgentio:Choragium falſo interpretati funus uirginale. ¶ Quum te ſubmoueant : Alia eſt ſcribendæ ſatyre indignatio : q ſcilicet multi uetularum conſuetudine locupletarentur. Nam quum uetulis prurientibus officium ſuum preſtitiſſent:ab eis poſtea defraudatis liberis: heredes ſcribebantur. Mar.inſectaris anus : o quantum cogit egeſtas : quibus uerbis innuit : talia adulteria licet iocunda non fuiſſent fructuoſa tamen extitiſſe. ¶ Submoueant:a bonis tuis paternis. ¶ Noctibus nocturno cōcubitu. ¶ Merentur te.i.bona:que per teſtamentum aſſequuntur. ¶ Quos euehit: Ordo eſt quos ueſſica uetulæ beatæ: appoſitiue optima nunc uia ſummi proceſſus euehit in cœlum . ¶ Veſſica:pruritus & libido . ¶ Vetulæ beatæ : diuitis & opulentæ Papinius in ſyluis : Iam ſe(quiſquis is eſt)inops Beatus conuiuam ducis eſſe glorioſum . Proper . Noli nobilibus: noli conferre beatis . ¶ Vehit in cœlum .i. ad excelſiſſimos opulentiæ gradus perducit & proinde tanquam dii habentur. ¶ Optima nunc uia adiuuandum geſtu: ut ſit per irriſionem dictum . ¶ Summi proceſſus:ſummi progreſſus ad diuitias. ¶ Vnciolam proculeius: Antiqui ut recitauimus apud Perſi. Patrimoniū in duodecim partes diuiſerunt ita ut nomine aſſis totum contineretur.unde dicitur hæredem te reliquit ex aſſe i.ex toto:as autem in duodecim partes diuiditur : ſextantem: que ſexta eſt pars aſſis . Quadrantem : que quarta. Trientem:quæ tertia. Quincunx a numero eſt unciarum:Semis dimidium aſſis. Septunx a ſeptem & uncia : Bes: dempto triente. Dodrans quadrante. Dextans: ſextante dempto. Deunx:dempta una uncia . Vncia autem erat minima pars & duodecima aſſis. Eſt ergo ſenſus . Adulteros pro membri ſui qualitate & laboribus accipere premia . Proculeius ergo tanquam male mentulatus unam tantum accipit unciam patrimonii ex teſtamento . Gilo autem impenſe Draucus reliquum patrimonii accipit.i.deuncem : quod eſt totum : dempta una uncia que iam debetur proculeio:per proculeium autem intelligit uirum bonum:& parum mentulatum : per Gilionem autem bene mentulatum. ¶ Quiſq; hæ.legendum cum irriſione Satyrica & adiuuandum geſtu : æquum inquit eſt : ut unuſquiſq; pro qualitate membri:laboribuſq; ſuis accipiat partes patrimonii. ¶ Mercedem:appoſitio eſt ¶ Sanguinis : nam ſemen hominis(ut tradunt phiſici)nihil aliud eſt q̄ ſanguis concoctus : & ideo mutat colorem. ¶ Inguinis:inguem ab auctoribus accipitur pro parte genitali tam in mare q̄ in fœmina:unde Mar. Accenſi quotiens ad opus:mixtiſq; mouemur inguinibus . Tranquillus in Nerone . Virorumq; ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina inuaderet. Cor. Celſus li.vii. dicit teſticulos dependere ab inguinibus per ſingulos neruos. Oui.in fa. Et tumidum cornu durius inguen erat. Idem in eodem. Quiq; rubro pauidas inguine terret aues.

Palpo Thymele Choragium Aſſis partes Inguen

¶ Palleat: adulteri enim exhausti sanguine itemperato coitu pallēt nō minus q̃ qui pedibus anguem calcauere. ¶ Vt nudis. Ordo ē & sic palleat: ut pallet ille: qui p̄ssit anguem calcibus nudis: aut ut pallet Rhetor dicturus. ¶ Ad aram lugdunēsem: hoc autem ē ex historia: Nā Caligula edidit in gallia lugduni miscellos ludos: & hoc certamē quoq; græcæ: latinæq; facundie: quo certamine ferūt uictoribus p̄mia uictos cōtulisse: eorūdem & au des componere coactos: Eos autem q maxime displicuissent: scripta sua spōgia lignaue delere iussos: nisi ferulis obiurgari: aut flumine p̄ximo mergi maluissent. Qui ergo in hoc certamen descēdebāt: incerti euētus rei palle bāt. Lugdunum autem ciuitas est Galliæ: quam nūc uulgo Leonū appellant quo ter & quater ex Italia & Gallia mercatores singulis annis conue niūt: mutua tractātes mercimonia. Eam condidit Numatius Plancus (ut tradit Euse.) ubi Arar rhodano cōmiscet. ¶ Rhetor: p oratore posuit. Nā rhetor appellat: q Rhetoricam docet. Ora tor uero: q secūdum artis p̄cepta loquit. ¶ Quid referam: alia indignatiōis cā in spoliatores enim cum pupillorum: tum prouinciarum inuehitur. ¶ Quid referam? qd dicam: quātū mihi æstuēt p̄cordia: quum uideam quēdam: q spoliis pupil li locupletatus: eo deliciarum pucnit: ut lectica magno grege comitum sequēte p urbes gestetur. Quem autem poeta designet: nulla extat certa historia. Illudq; falsum ē: qd de Cecilio Classico aliq tradiderūt in omnes spo liatores nullo modo dici posse uidetur: quū dicat hic spoliator: quasi q tpibus suis oībus esset notissimus. ¶ Pro stantis: differentia ē īter p̄stare & p̄stituere. Nā p̄stare uerbum ē neutrū absolutum: & significat turpitudine cor poris q̃stum facere: Prostituere autem est actionum: significatq; qd p̄prium ē Lenonis: marem uel fœminam pu blicæ libidini gratia q̃stus exponere: unū & scortum ipsum appellamus p̄stibulū: uel q p̄stet: uel q añ stabula hæ sedebāt: q̃ dñr cōi uocabulo p̄stibula: sicuti añ Alicariæ meretrices appellabantur in campania: solite añ pristia Alicariorum uersari: q̃stus gratia. ¶ Premat populum: hinc maxime indignatur poeta: q rapinis pupilli locuple tatus: tāto p urbem fastu & pompa icedat: premat ergo calcet: & urgeat populum quum gestatur lectica: unde & Alibi: Et igēti curret sup ora liburno. ¶ Gregibus: comitum: uel clientum: uel seruorum: nam comitem accipere debemus: inqt Vlpianus: de iniuriis: eum q comitetur & sequatur. Et (ut ait Labeo) siue liberū: siue seruum: siue masculum: siue fœminam. Et ita comitem diffinit: q frequētādi cuiuscūq; cā: ut sequeret destinatus ē. Inter comi tes utiq; & pædagogi erant. ¶ At hic dā. idignatio in auariciam sui tpis: cum publicam: tum priuatam. Cōqueri turq; iudicia uana eē & iniqua. Hocq; maxime pp Marium priscum hoiem Beticū. Hic enim quū Aphricā p̄uin ciam: cui p̄cōsul p̄fuerat spoliasset: nā ad innocentes cōdēnādos: iterficiēdos ēt pecunias acceperat: accusantibus Aphris Cornutus Tertullus: septingēta milia: q̃ accepat Marius: ærario iferēda cēsuit. Mario urbe Italiaq; inter dicēdū. Notat igitur poeta iniqtatē sui tpis: detestās maxime auariciam (ut dixi) & priuatam pariter & publicā: quum id: qd p̄uincialibus restituēdum fuit in ærarium sit delatum. ¶ At hic: Marius adiuuādum gestu: & eo ri su quo solemus rē nefandā iprobare: ut sit sensus. Tātum abest: ut hic Marius: q cōdēnatus ē: sollicitudine anga tur: ut ēt hilare & splendide uiuat: quasi: q talem cōdēnationē paruifaciat. Sicq; innuit ex bōis p̄uincialiū apud eum magnam partem eē relictam: Ordo aūt ēt. At hic Marius dānatus inani iudicio: ab octaua hora bibit exul: re liq̃ dñr p parēthesim. At hic Marius ita dcm̄ a poeta: q̃si uiueret pñsq; eēt. ¶ Inani iudicio: qd p̄uincialibus ni hil p̄fuerit. ¶ Quid. i. saluis ifamia numis. Antipophora ē: q̃si aliqs dixerit. Inane iudiciū ñ ē appellandū o poe ta: qñ grauiifamia sit aspsus & p̄inde rñdeat. Quid nocet ifamia saluis nūmis? Ironice aūt enūciādū & uultuose ut oñdat hoiem iprobū ifamia a uitiis nō absterreri. ¶ Exul: nā (ut dcm̄ ē) urbe & Italia ei iterdcm̄ ē in bieniū. ¶ Ab octaua. i. statim post octauam horam: nam cōmedisse añ nonam horam: mēse destinatam: hoīs erat disso luti & luxuriosi: post nonam igitur cōmedebāt: Mar. Impat extructos frāgere nona toros. i. lectos discubitorios. ¶ Ab. A. &. Ab. plerūq; p post ponunt Pli. A conceptu decimo die dolores capitis. A. item elegāter usurpatur: quum inter ptes dissidētes uolumus significare alterutrius p̄pugnatores: & amicos: ut q a Sylla erāt: in Marium arma sumpserūt: & q a me non erūt ego contra illos ero. In alia ēt significatōe accipit: quū in seruis munus: ope rāq; discernit: Nam quum Romani ex seruis suis: aliis uterent ad iter: ut mitterēt eos: quo liberet: eos appella uere a pedibus ut ita dicerent: uoca a pedibus: trade hoc a pedibus. A pedibus uenerūt ita: ut ip extrinsecus itel ligātur serui: ut sit: Serui a pedibus uenerūt: & uoca seruos. s. a pedibus & sic reliqua. Mar. Cur nō mēsa tibi poni tur a pedibus. i. cur a te mēsa nō ponitur a pedibus. i. seruis a pedibus: ut sit datiuus casus: Eosdem circūpedes ap pellat Cic. tertia actione in Verrem: Circūpedes autem hoies formosos & litteratos suos eē docebat. Verres ii qt Ci. quum dicebat suos eē circumpedes Malcoli fuisse negabat: unū & poeta in. vi. saty. Admotū a pedibus. i. ser uis a pedibus. Aliis autem ad litteras exscribendas: quum dictarētur: qui libellos a supplicibus datos exciperēt: curamq; haberent: illos a manu: hos a libellis dixere. Sueto. in Cæsare: Philomenem a manu seruum: qui necem suam: per ueuenum inimicis promiserat: non grauius q̃ simplici morte punit: idē in Augusto. Gallo a manu q pro epistola prodita denarios qngētos accepisset crura effregit. Amanuēses ēt eosdem appellauit i Nerone idē i Domitiano. Epaphroditum a libellis capitali pœna cōdēnauit: Idem i Claudio. Suspexit Polybiū a studiis: qui sæpe iter duos cōsules ambulabat: sed ante omnes Narcissum ab epistolis: & Pallantem a rōnibus: hoc ē quibus uteretur ad studia sua: hoc ē q legerent & percurrerent: quum studiis uacaret: græci eos Anagnostas appellant. ἀναγινώσκω enim idē ē q lego. & q scriberēt epistolas. qq; oīum rerū rōnes colligerēt: ut accepti & expensi.

Accipiat sane mercedem sanguinis: & sic
Palleat: ut nudis pressit qui calcibus anguem:
Aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira:
Quū populū gregibus comitū p̄mat hic spoliator
Pupilli prostantis? at hic damnatus inani
Iudicio, quid enim saluis infamia nummis?

Lugdunum

Rhetor
Orator

Prostare
Prostituere
Prostibulum
alicariæ
Meretrices
Comes

A. & ab

A pedibus

¶ Fruit̃ diis iratis:ille dicit̃ frui diis iratis:q licet eos ĩfensos sibi ob scelera habeat:nullã tñ ab iis sentit punitio nẽ:sed iterim p oĩa uitã hilarẽ agit. Marius ergo licet deos haberet iratos ob flagitia summa hilaritate uiuebat: nullũ ab iis sentiẽs ĩcõmodũ:idẽ dictũ est a Iunone apud Sene.cõquerẽte:Herculẽ abuti ira sua. Superat inqt & crescit malis:itaq; nostra fruit̃:ĩ laudes suas mea uertit odia.q.d.licet ei irata sim: nullũ tñ ex hoc sentit incõmo dũ. ¶ Prouĩcia uictrix:q̃ obtinuisti:ut Marius dãnaret̃. Prouĩcia dicit̃ quasi pcul uicta ab italia. Nã italia prouin cia nõ appellat̃:sed que extra italiã sunt:uñ Plini.Iunior.Italicus ne es:an puincialis.Pli.li.iii. de naturali histo ria scribẽs de Gallia narbonẽsi. Italia igt uerius est:q̃ puĩcia:apud Colu.titulus ẽ de natura puin ciaiũ uineaꝝ:ubi ĩtelligit oẽs uineas preter itali cas. ¶ Ploras:pecunia non restituta tibi. Conque rit̃ ẽt Sal.in Iugur.prouinciales sæpe spoliari his uerbis. Non peculatus ærarii factus est:neq; per uim sociis ereptæ pecuniæ:q̃ q̃q̃ grauia sunt: tñ pro cõsuetudiue iã p nihilo habent̃. ¶ Hæc ego nõ credam: Sensus est:ego nõ credã hmõi sæculi nostri scelera digna carmine satyrico quale Ora multa lucubratiõe scripsit? ¶ Venusina lucerna

Exul ab octaua Marius bibit:& fruitur diis
Iratis:at tu uictrix prouincia ploras.
Hæc ego non credam uenusina digna lucerna?
Hæc ego non agitem?sed quid magis heracleas?
Aut diomedeas?aut mugitum labyrinthi?
Et mare percussum puero?fabrũq; uolantem,

Prouĩcia

Vẽusia

i.carmine satyrico:quo maxĩe Ora.uitia tpis sui est ĩsectatus. Venusia aũt Ciuitas est in cõfinio Apuliæ & Luca niæ Patria Oratii:qđ ipse ostẽdit in sermonibus. Sequor hunc Luca. An Appulus anceps. Nam Venusinus arat finẽ sub utroq; colonus:ea sita est in uia Appia. ¶ Lucerna:carmĩe lucubrato. ¶ Agitem:insequar?notẽ. ¶ Sed qd magis:tacitam obiectionem diluit. Respondet enĩ iis q possent dicere:longe satius esse:si scribãtur fabulæ. ¶ Quid magis:subaudi scribam & sector carmine. ¶ Heracleas.i.ærũnas & fabulas de Hercule confictas. De q bus multa Diodo.l.v. Heracleas aũt legendum est non aũt Herculeas. ηρακλης enim græcæ dicitur Hercules latine & possessiuũ. Heracleus penultima producta:hac rõne:q apud græ. Heracleus scribitur per diphton.ει. si cut Aene.& Spondeus:& Medea:q̃ diphthongus cõuertitur in e longa apud latinos. Heracles aũt interpretat̃ Iunonis gloria. ηρα.n.græce Iuno latinæ & κλεος gloria: quasi Iunone psequente magnã sit gloriã adeptus. ¶ Aut Diome.fabulas:que de Diom.& sociis eius narrant̃:nã Diomedes Tidei & Deiphiles filius Aetolie rex: quũ bello troiano Venerẽ transfixa manu uulnerasset conantẽ Aeneæ filio suo auxiliũ ferre:id passus ẽ incõmo di ut Venus in ultionẽ sui furorem libidinis Aegiale uxori eius ĩmiserit. Que correpta amoř Stheneli cuiusdã calamistrati:quem Diom.domi tañ bonoꝝ suoꝝ gubernatorẽ reliquerat: cũ eo cõcubuit: & ab eo adiuta ma ritum e bello troiano redeuntem nõ admisit:ille uero seu ab uxore fugatus:siue pudore uxoris adulterate in ita liam nauigauit ad Daunum regem Appuliæ:ubi Arpos & Beneuentũ condidit. Mox eum ferũt in insulas cõtra italiam nauigasse:ibiq; nunq̃ uisum:socios ĩ fluctibus submersos in aues esse a pallade conuersos: q̃ Diomedeæ dicunt̃. De qbus Pli.Oui.& Soli. ¶ Aut mugitũ laby.i.fabulam uulgatam de Theseo:de quo multa Diodo.l.v. & Plutar.in eius uita. Quæ fabula ita se habet. Androgeus Minois filius:quum Athenas consensu oĩum Athe niensium concessisset:regnante Aegeo:superaretq; Athletas oẽs:in amicitiã uenit filioꝝ Pallantis. At Aegeus ueritus:ne aliqñ a Pallantis filiis pp amicitiam Androgei:auxilio Minois: pelleretur regno: Androgeũ positis ĩsidiis proficiscentem Thebas obtruncat:minos:accepta iniuria:bellum Athenisibus indixit. Superatis impera uit:ut septẽ pueros totidẽq; uirgines singulis annis Minotauro quoad uiueret: uorandos mitterent: inter hos quũ Theseus mitteretur:pcepit Aegeus gubernatori:si Minotaurum superaret filius:ut albis uelis domũ rediret nigris si Perisset. Theseum in Cretam delatum Ariadne Minois filia eius pulchritudine capta: occidendi Mino tauri rõnẽ:Labyrinthiq; egressum docuit. Mugitũ igitur intellige Minotauri:q in Labyritho Cretensi custodie batur:quiq; a Theseo fuit ĩterfectus:erat enim biformi specie. ¶ Labyrinthi: Labyrithus ædificii genus fuit:qđ itinerum ambages:occursusq;:ac recursus inexplicabiles continebat:crebris ĩditis foribus:ad fallendos occursus: redeundũq; in errores eosdem. Labyrinthos quattuor docet fuisse Pli. Primum in Aegipto. Hincq; tradunt De dalum sumpsisse explar eius Labyrinthi:quem fecit in Creta. Sed centesimam tantum portionem eius imitatũ. Secundus hic fuit ab Aegyptio Labyrinthus. Tertius in Lẽno. Quartus in Italia omnes lapide polito fornici bus tecti. ¶ Et mare percussum puero:hoc est fabulam confictam de Icaro & Dedalo eius patre. Dedalus enim Atheniensis fuit(ut scri.Diodo.)Mitionis filius: præclarus architectus: qui a patria fugit:dãnatus ab Areopagi tis ob huiusmodi cædem. Talus enim sororis filius:quum ab eo erudiretur: ingenii acumine rotam primum fi gularem adinuenit. Mox cum serpentis maxillam inuenisset:secuissetq; modicum ligni:imitatus serpentis den tium spissitudinem:serram ferream excogitauit. Inuenit præterea tornũ. Quum igitur pluribus in rebus homi nibus profuisset:& proinde celebris eius esset apud omnes fama:ab Dædalo:inuidia urgẽte:interemptus est: q̃si ei turpe esset gloria uinci ab adolescẽte. Dãnationem igit̃ fugiẽs in Cretam uenit. Minoi ob artem fuit gratus. Labyrinthum enim autore Plinio ei(ut diximus)extruxit. Sed quum Pasiphae Minois uxor tauri pulcherrimi amore deperiret:ei Dædali arte supposita in boue lignea ĩclusa:decantatum fabulis Minotaurum genuit. Fert̃ Minos iratus:quum eum ad supplicium quæreret:nec is inueniretur:premia inuenientibus proposuisse. Dæda lus desperata nauigatione:alas sibi a pasiphae absconditus fabricauit:& Icaro filio suo. Sed quum Icarus altius iter:ut adolescens peteret:liquefacta calore solis cæra:laxatisq; alarum compagibus in mare decidit. Pater uero in Siciliam ad regem Crocalum delatus est. Sed hæc omnia fabulosa sunt. Historia aũtem hoc hẽt. Ve ab Ica rum:& malũ:antẽnãq; Dædalũ inuenisse & pinde fictum eos uolasse supra mare. Dædalus item autore Pli. dici tur inuenisse fabricam materiariam:& in ea serrã. Asciã. Perpendiculum. Terebram. Glutinum.Ichthiocollam.

¶ Quũ leno accipiat: Fœdã sui tpis auariciam notat: quo multi mariti pecũiæ cupiditate ducti: uxores suas ab aliis tractari pmittebãt: idẽ edocti dissimulare turpitudinis cõsciẽtiã: suspiciẽdo s. lacunaria: aut stertendo quum mœchus ingrediebat᷑. idẽ ẽt ab Oratio notat᷑. Sed iussa corã nõ sine conscio Surgit marito: seu uocat istitor: seu nauis hispanæ magister Dedecoꝝ pciosus emptor. i. q magno precio emit adulteria. Sensus ẽ. Ergo hæc ego magis fabulamẽta secter: quũ mihi ad rephẽdẽdũ tã multa obscœna occurrãt: ut maritus uxoris suæ pudicitiam uẽdat? ¶ Leno accipiat: Domitianus (autore Tranqllo) pbrosis fœminis lecticaꝝ usum ademit: iusq; capiẽdi legata hereditatesq;: nã multi adulteri plærũq; pteritis liberis: bõa sua reliquebãt mœchis suis. Sed quũ postea p legẽ Domitiani mœchæ adulterorũ suorũ bõa cape nõ possent: ea bõa maritis: qui, tanq̃ uxoꝝ suaꝝ lenões erãt: relinquebant᷑. Ait ergo Iuue. Iuentæ legi iuentã fraudẽ. ¶ Leno. i.
Leno ipẽ maritus: q dissimulato uxoris adulterio eam tractari ab adultero pmittit. Nã leno autoꝛ Vlpiano is dr: q mulieres q̃stuarias pstituit: & is q alterius negociatõis noĩe h̃ genus uitæ exercet: utputa: si qs cauponã exercẽs: i ea corpa q̃stuaria hẽat: ut multi solẽt sub ptextu istrumenti cauponii pstitutas mulieres hẽre. ¶ Si capiendi. i. quia ius capiẽdi legata & hereditates sublatũ est uxoribus lege Domitiani. ¶ Lacunar: Appellatõe lacunaris & laquearis (nã utrũq; accipimus i eadẽ significatõe) itel-
Lacũar ligimus tabulata pẽsilia cœnationũ: reliquorũq; ædificiorum. Sene. li. xiiii. epi. Nec i hunc usum pinus aut abies deferebat᷑ lõgo uehiculorũ ordine uicis itremẽtibus: ut ex illa lacunaria auro grauia pẽderẽt. Idẽ i eadẽ. Hodie utrũ tãdẽ sapiẽtiorẽ putas. q uersatilia cœnationũ laquearia ita coagmẽtant: ut subinde alia facies: atq; alia succedat: & totiẽs tecta: quoties fercula mutent᷑. ¶ Stertere: Differẽtia ẽ iter stertere & dormire: ut qcũq; stertit dormiat: sed nõ oĩs: q dormit stertat: est. n. stertere dormiẽdo strepitũ per nares emittere. ¶ Naso uigilãti: qa reuera nõ dormiat: sed somnũ simulet. ¶ Quũ fas esse putet: Corneliũ Fuscũ designare ui: qui puer aurigæ officiũ pstiterit neroni. Nã id in grãm eius: q eodẽ aurigãdi studio tenebat᷑: multi ex nobilibus faciebãt. Putabat eni Nero pudorẽ aurigatõis suæ tolli posse: cæteroꝝ nobiliũ multitudine aurigãtium: tpibus postea Domitiani cohortũ ptorianaꝝ pfectus: bellũ gessit aduersus Dacos: ubi occubuit. Vnde alibi. Et q uulturibus seruabat uiscera Dacis Fuscus marmorea meditatus plia uilla. Nobilẽ fuisse Fuscum ostẽdit tacitus his uerbis. Procurator aderat Cornelius Fuscus ingens ætate: clarus natalibus: post neronis tpa: senatorio ordine deposito: se in ocium qetis cupiditate contulit: Sicq; poeta Fuscum notat nõ sine summa indignatõe: q quũ fœdam egerit adolescẽtiã: audeat postea dignitatibus & honoribus se dignũ putare: quasi poeta innuat: hoies tñ uitiosos ad honores prouehi & sublimari. Nam (ut diximus) Fuscus pfecturã cohortum ptorianaꝝ adeptus est: quũ indignus uideri posset iam fœdata adolescentia aurigatõe. Alii ẽt sunt cõmẽtatores: q nõ de Fusco: sed de Tigillino intelligendũ putẽt q neroni gratissimus fuit: & pfectus cohortis ptorianæ: is ætatem suam impudice & libidinosam ægit. De quo sic scribit Tac. Ophonius Tigillinus: obscuris parẽtibus: fœda pueritia: ipudica senecta: prefecturãm uigilum: & pretorii: & alia premia uirtutum: uitiis adeptus: crudelitatem mox: deinde auaritiam: & uirilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus nerone: quedam ignaro ausus postremo eiusdem desertor & proditor. Idem paulo inferius sic ait: Tigillinus accepto apud Sinuessanas aquas supræmæ necessitatis nuncio: inter stupra concubinarum
Tigillinus & oscula: sectis faucibus concidit. Idem alibi. Ne dum ille scœnicus Tigillino. s. cum pellicibus suis comitãte arma contra cieret. Hinc ergo apparet Tigillinum gratissimum fuisse neroni & bona sua concubinis & pellicibus cõdonasse. potuit ẽt in gratiam principis aurigare. Sed quum in ambiguo sit: de quo poeta potissimũ intelligat Vnusqsq; si neutrum horum pbabile uisum fuerit: aliqd per qđ ad loci explanationem faciat: excogitet. Satis ẽ hunc locum ex iis esse apud poetam: de qbus adhuc qrendũ sit. ¶ Cohortis: cohors pars decia est legionis. Nam
Cohors in legione decẽ cohortes esse debere tradunt: q de re militari scripser᷑. Cõstabatq; eqtibus & peditibus sed maiore semp peditũ numero: lege Vegetium & modestum. ¶ Præsepibus i. eqs alendis: si ad aurigationem referas: si aũt ad stupra cõcubinarũ: psepib. expone Lupanaribus: melius ãt ẽ referas ad aurigatõem: q bõa ipẽderit alendis eqs. Nam seqtur dum peruolat axe citato Flaminiam puer Autumedon. ¶ Dum peruolat: consumpsit inqt bõa maiorum dum in gratiam neronis aurigat: & aurigæ officium pstat ipsi neroni. Qui (autore Tranqllo) Sporum suum augustarum ornamentis excultum: lecticaq; uectum: & circa conuentus mercatusq; græciæ: mox romæ circa sigillaria comitatus est identidẽ exosculans. Et licet Tranquillus lectica uectum scribat: potuit tamen & curru gestari. ¶ Flaminiam. i. uiam: quam Caius Flaminius lepidi collega: deuictis liguribus ab Roma Ariminũ usque strauit. ¶ Puer aut. i. ipse Fuscus auriga: siue Tigillinus: ut Autumedonẽ posuerit pro auriga: q Diorei fuit filius: & auriga Achillis: unde a poetis usurpari solet pro auriga. Oui. Tiphis & Autumedon dicar amoris ego. ¶ Ipse. i. Fuscus seu Tigillinus. ¶ Quum se iactaret: hoc est cum ipse nero per multa lasciuiæ blãdimenta cõmitaretur. Sporum: & sæpe oscularetur. Nam iactare se alicui: est seipsum illi dare: gerere: insinuare. ¶ Amicæ lacer. i. Sporo quẽ iõ appellat amicã lacernatã: qa quũ pdite eũ amaret: conatus est exectis testibus: ẽt in muliebrẽ naturã transfigurar᷑: cum ẽt cum dote & flãmeo per solẽna: nuptiaꝝ celeberrimo officio deductũ: pro uxore habuit: ergo amicam lacernatam genere fœminino poeta per cauillationem appellauit: ac si diceret amicæ masculæ: hoc est amicæ quæ uir omnino erat. Nam lacerna uestis est uirilis: de qua antea. Tyrias humero reuocante lacernas.

Quum leno accipiat mœchi bona: si capiendi
Ius nullum uxori: doctus spectare lacunar:
Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.
Quum fas esse putet curam sperare cohortis:
Qui bona donauit præsepibus: & caret omni
Maiorum censu: dum peruolat axe citato
Flamineam puer Automedon. nam lora tenebat
Ipse lacernatæ quum se iactaret amicæ.

¶ Nonne libet me.cæ.imple.ca. Aliã affet indignationis cãm ad scribẽdam satyram Nõne inqt etiam in quadriuio:& ,ppatulo libeat nihil scribere:quasi loco minime scriptoribus cõuenienti:quũ poetæ secreta & secessus soleant qrere. Quũ iam Regulus:q p falsa testamenta est locupletatus tãto fastu uehatur per urbẽ: ut petulantius nihil sit. Sicq; poeta conqueritur in præcio & honore dũtaxat illos esse : q per scelera ad eximias opes peruenere:qualis fuit ipse Marcus Regulus:de quo supra diximus illic. Magni delator amici. De eo sic Pli. Iunior: Aspice Regulum:q ex paupere & tenui ad tantas opes p flagitia ,pcessit:ut ipse mihi dixerit:quũ cõsuleret:q̃ cito sexcenties sestertium impleturus esset:Iuenisse exta duplicata:qbus portẽdi milies & sexcenties habiturum:& habebit:si mõ : ut cœpit:aliena testamẽta(quod est improbissimum genus) falsis his:quorum sunt illa:dictauerit. Hunc laudat Mar. Assentando:quum diues & potẽs eẽt: ut ẽt Plini.docet:eundem etiam testamẽtorum captatorem ostendit omniumq; bipedũ neqssimum appellat. ¶ Nõne libet:nonne ĩpetus ẽ? Sic alibi . Vltra Sauromatas fugere hinc libet. ¶ Cæras ca.tabellas cæratas : in quibus antiqui scribere solebãt. ¶ Capaces:ãplas:& q̃ multa capiant:quũ & materia ampla fit. ¶ Quadriuio. Quadriuia dñr spacia : uñ qttuor uiæ deflectũtur:sicut triuia unde tres. ¶ Quum se.hinc est omnis indignatio. ¶ Sexta cer.i.Exaphoro: hoc est lectica gestat a sex seruis:qui lecticarii(ut diximus)appellabãtur. ¶ Hinc atq; inde pa.i.cuius latus neutra ex parte sit stipatũ: quum solus sit in lectica. Nam qui delicati erant & luxuriosi soli gestari uolebãt ut supra de Mathone causidico: aut reuera patens.i.qui ab utraq; parte pateret : ut conspici posset. ¶ Cathedra.i.lectica:quam etiam sellam appellant. Mar.lib.iiii.in Afrum salutantem. Nec ulla cathedra est Cui non mane feras irrequietus aue. ¶ Pene nu. pene uacua:quum ĩ ea nemo eẽt ṗter eum.nã & littus nudũ in quo nulli sint habitatores appellamus. Papinius in syluis. Nec littora pauper nuda tenes.i.uacua & sine ædificio. Alii aũt(quod oĩno placet)itelligunt nudam.i. detracto uelamento:ut cõspiciatur:nam lecticæ ita se habebant:ut ab utro q; latere possent aperiri. ¶ Multũ re. multum deliciis mecœnatem reddens:ac si dicat mollis & delicatus:qualis fuit Mecœnas:eum.n. delicatũ fuisse oñdit Seneca.his uerbis. Quomodo Mecœnas uixerit notius est:q̃ ut narrari nũc debeat:qũo ambulauerit: qũo delicatus fuerit. Non Oratio eius æq; soluta est : q̃ ipse discinctus. Item non statim hæc quum legeris hoc tibi occurret:hunc esse:q solutis tunicis in urbe semp incesserit.nam etiam quum absentis partibus Cæsaris fungeretur signum a discincto petebatur. Alibi. Iuue. Vestem purpuream teneris quoq; mecœnatibus aptam. ab Oratio Malthinus appellatur μαλθακινος.n mollem significat & delicatum. Demissis Malthinus tunicis obambulat. ¶ Supino:molli & delicato. Mar. nusq̃ delitiæ supeniores.i.molliores. Supinus item pro superbo & erecto ponitur. Persius. Italo q; honore supinus Fregerit hẽinas areti ædilis iniquas:supinũ etiam dicimus quũ qs uersa facie ad cælum cubet. ¶ Signator:Signatores ait pedianus eos esse:q aut testamentis : aut causis se subsignabant: hi aũt testes erãt quos septẽ eẽ oportebat:q testamẽtis signacula iponebãt atq; se subscribebãt nequa fraus fieri posset:possunt aũt oẽs testes:ut tradit Iustinianus ĩperator:uno annulo signare testamẽtũ ¶ Falso:aduerbiũ ẽ. i.falso signator:ut sit falsarius signator. ¶ Lautũ:delicatũ:& diuitẽ:nã Lauti appellant:q in uictu delicatiora & & electa sectant:politioriq; cultu domestico uiuũt. ¶ Exiguis tabulis: modicis testamẽtis.i.q̃ modico uerborũ anfractu cõdita essent: & oĩa bõa uni relinqueret:nõ adhibita multa sciptione:iuxta qđ dictũ ẽ illud ĩ Satyra. xii. Atq; oĩa soli. Forsan pacuuio breuiter dabit.i paucis uerbis:quũ eũ reliquat hæredẽ ex asse. ¶ Gemma uda. i.annulo signatorio:q saliua humectatus imprimit cæræ. Nã multi signauere gẽma annulo inserta : multi & auro tantũ:ut Claudii Cæsaris principatu repertũ. ¶ Occurrit matrona potens:Ita dictũ quasi ei ambulanti occurrat matrona uenefica:uel occurrit in mentẽ mihi uenit:ut sit adest ẽt matrona uenefica : quæ repræhẽdẽda ẽ mihi. Et p hãc:quãcũq; ueneficã nõnulli intelligi uolũt:quæ tẽporibus poetæ ueneficia misceret. Alii uero specialiter de Agrippina claudii uxore in qua opiniõe & nos sumus:itelligi uolũt:quæ(ut scribit Tranquillus)Claudiũ maritũ medicato sustulit boleto post adoptatũ Neronẽ. Nã poeta ita plærunq; de mortuis loqtur:ac si uiuerẽt: præsentesq; essent:ut de Crispino:Mario:Prisco:Mathone causidico. ¶ Potẽs : utpote Claudii ĩpatoris uxor & mater neronis. Nã matrona semp dicit de nobilioribus: Suetonius in Vespasiano sic ait. Agrippinã timens potentẽ adhuc apud filiũ. Aut potẽs:quod ut autor ẽ Cornelius Tacitus:summã rerũ ex arbitrio diu moderata fuerit. ¶ Porrectura molle calenũ:idest uenenum uino. Nam uenenũ uino misceri temporibus Iuuenalis maxime in usu erat. Martialis. Diceris hac cœlebs factus quater esse lagœna:idest ueneno lagœnæ infuso. ¶ Molle:lene:& suaue. Virgilius. Tunc & mollissima uina. ¶ Calenum:uinum campanum a calibus ciuitate campaniæ:de qua Virgilius libro septimo. ¶ Quique cales linquunt Tota enim campania(autore Plinio)optimi uini est feracissima. ¶ Rubetam:ueneficinm ex rubeta. Ranæ enim rubete(ut scribit Plinius libro octauo). Et in terra & in humore uiuunt:plurimis refertæ medicaminibus:quæ deponere quottidie:& resumere pastu dicuntur :uenena tantum sibi reseruantes. Idem in undecimo. Et aqua & uinum interimit Salamandra ibi mortua:uel si omnino biberit unde potes. Item rana:quam uocant Rubetã:tantũ insidiarũ est uitæ:dictæ autem rubetæ a rubis:in quibus maxime uersantur. ¶ Viro sitiente pro sitienti:ut sit casus pro casu. sic Oui. Et fas omne facit fratre marita soror:pro fratri. Et Virg. Hæret pede pes:i. pedi & alibi. Nec sospite ditum Optabis nato funus:p sospiti nato.

Nonne libet medio cæras implere capaces
Quadriuio:quum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patens:ac nuda pene cathedra:
Et multum referens de Mecœnate supino
Signator falso:qui se lautum:atq; beatum
Exiguis tabulis:& gemma fecerat uda.
Occurrit matrona potens:quę molle calenum
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam:

Supinus

Signator

Mattõã

Rubeta

¶ Locusta.i.ipsa matrona tanq̃ locusta magistra.(Est n.casus noiatiui).Nam locusta mulier fuit ueneficii peritissima:q impetrante Nerone uelocissimum & p̃sentaneũ uenenũ coxit:quod Britannico cœnanti dedit quo gustato statim concidit.¶ Melior:peritior cæteris.¶ Instituit:docet.¶ Rudes propinquas:rudes alias matrõas uicinas.Alludit autem ad historiam.Nam & Nero locustæ pro nauata opera impunitatem:prædiaq; ampla:sed & discipulos dedit.¶ Efferre:uerbum ẽ funebre.Terentius:Effertur:imus:ad sepulchrum uenimus.¶ Nigros:propter uenenum.¶ Per famam & populum:Endiadis est.i.per famam populi:nam uarius solet esse populi rumor:orta ueneficii suspitione.¶ Aude aliquid:mira excandescentia hoc dictum:adiuuandum q; est gestu:ut & rei indignitas:& indignatio dicentis exprimatur:non est inquit mirum:si tam multa flagitia fiunt ĩ urbe:quum iam nullus sit in p̃cio:nisi qui sit impense sceleratus:ut sit sensus.Si uis in urbe Roma in aliquo eẽ p̃cio:aude aliquid dignum carcere:aut exilio:uñ Plinius iunior ad hãc s̃niam sic ait.In ea ciuitate:ĩ qua iã pridẽ nõ minora p̃mia:imo maiora neq̃tia & ĩprobitas:q̃ pudor & uirtus habẽt.sicq; poeta improbos t̃pis sui mores notat.¶ Breuib. gyaris:hoc ẽ paruis Ĩsulis:qualis ẽ Gyarus:una ex Sporadibus:nã damnati in insulas modicas relegabant̃ tãquã ad pœnã grauioris exilii:uñ illud in Satyra decima. Vt gyari clausus scopulis paruaq; seripho.Titus(autore Tranquillo)delatores assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos:ac nouissime traductos p amphiteatri harenã:partim subiici in seruos:ac uẽire imperauit:partim in asperrima insularũ ad uehi.¶ Criminibus debent hortos:dupliciter hic locus exponi põt:ut sit sensus Romani inq̃t debere uident̃.(ut recitauimus ex s̃nia Plinii) ingẽtia p̃mia improbis:& sceleratis:ut ex eo pẽdeat.Aude aliq̃d breuibus gyaris:uel sic:qd̃ magis placet:si inq̃t improbus & nefarius fueris:opes & dignitates adipisceris:nã alii scelerati:q hortos delicatos:magnifica p̃toria:& alia huiusmodi bona possident:debẽt ea oĩa criminibus:q̃a adepti sunt illa p crimina & flagitia.Estq; translatio a debitore:q creditori debet pecũiã mutuo acceptã.Sic enĩ dicimus industriæ magistri omnẽ doctrinã tuã debes.Et patriæ cõseruatio Cicerõi debet̃.Vñ ẽ ẽt illud Plinianũ.l.vii.Versum heroicũ pythio oraculo debemus:ut sit sensus.Agnoscimus b̃nficio oraculi pythii.uersum heroicum nos habere:& illud in octauo.Corporũ tutela pecori debet̃:erit ergo sensus.Scelerati homines agnoscunt bona:q̃ possident:beneficio scelerũ se eẽ adeptos.

> Instituitq; rudes melior Locusta propinquas
> Per famam:& populum nigros efferre maritos.
> Aude aliquid breuibus Gyaris:& carcere dignũ
> Si uis esse aliquid.probitas laudatur:& alget.
> Criminibus debent hortos:prætoria:mensas:
> Argentum uetus:& stantẽ extra pocula caprũ.
> Quem patitur dormire,nurus corruptor auaræ?
> Quem sponsæ turpes:& prætextatus adulter?

¶ Hortos:q ad amœnitatẽ tantũ & uoluptatẽ parantur uariis consiti arboribus:& numero tantum pluratiuo. Hortos magnificẽtissimos habuit Mecenas in Exquiliis.Itẽ Lucullus:in q̃bus Messalina uxor claudii occisa fuit.Prætoria hoc loco magnifica in agris edificia intelligit:unde tranq̃llus in Caligula:in extructione p̃toriorum atq; uillarum idẽ in Tito.Cuncta p̃toriorũ suorũ ornamenta:operibus:ac templis destinauit.Mar.Ad lapidem torquatus habet p̃toria quartum.Prætoriũ etiam appellamus imperatoris tabernaculũ in castris:unde p̃fectus p̃torii:& Cohors pretoria que circa p̃torium uigilaret:atq; assideret.¶ Mensas:citreas intelligit:q̃ tantæ erant taxatiõis:ut tanto auro rependerentur.Marti.Accipe fœlices athlantica munera syluas.Aurea q dederit dona minora dabit:ex athlante enĩ monte mauritaniæ mittebantur:harum sumptus fœminæ:ut docet Pli.lib.xiii.uiris exprobrabãt:quum ipsis luxus margaritarum exprobaretur a uiris:eæ p̃cipuo erant in p̃cio:q̃ caudas pauonum undatim imitarentur:unde Sene.de Tranquillitate placet mensa nõ uarietate macularũ conspicua.¶ Argẽtum uetus.i.pocula argẽtea antiq̃(ut ait Sene).nominibus artificũ nobilia:ea & Archetypa dicebant̃ αρχεον enĩ antiquum significat & τυπον formam.Plinius item scri.Subito aras celãdi argenti exoleuit:sola iam uetustate censet̃ usq; attritis celaturis:ut ne figura quidem discerni possit.¶ Et stantem extra pocula caprum.Nam uariæ in poculis figuræ excidebantur:maximeq; caper:quod animal sit infensum Baccho.Mar.in.xiii.Stat caper in phiala thebani uellera phrixi.Cultus ab hoc mallet uecta fuisse soror.¶ Stantem extra.i.extantem & cælatura eminentem.Ouid.in meta.Sed altius extantem signis:multæq; in pondere massæ.Ingẽtem manibus tollit cratera duabus.¶ Quẽ patit̃:alia indignatio scribendæ satyræ:turpitudinẽ sui tẽporis notat.Duo enim repræhendit:& q; soceri:ut libidinent̃ nurus suas:præcio corrumpant & q; nurus lucri cupiditate soceris suis nefando concubitu obsequant̃.Alii uero(quod nõ placet)exponunt:q; repræhendant soceros qui pecunia nurus corrumperent:ut pueris sui facerent copiam:quibus postea depræhensis ipsi soceri abuterent̃.¶ Corruptor:stuprator:nam corrumpere plerunq; accipit̃ pro adulterare & stuprare.Tranquillus in Cæsare.Constans opinio est plurimas & illustres fœminas corrupisse.idem in Domitiano Fratris filiam adhuc uirginem non multo post alii collocatã ultro corrupit.idem in eodẽ.Nec defuerunt:qui affirmarent corruptum Domitianum:& a Nerua successore mox suo.i.stupratũ.Corrũpere itẽ capit̃:quũ aliquẽ p̃cio ĩducimus ad aliq̃d inhonestũ faciẽdũ uñ dicimus corruptũ eẽ iudicẽ:corrũpere ẽt dicimus:quũ aliquẽ a uirtute ĩ uitia deflectimus:uñ appellamus mores urbis eẽ corruptos.i.deprauatos:& a prioribus uestigiis obliquatos.¶ Auaræ:q̃ magis lucro q̃ pudicitiæ cõsulat.¶ Quẽ.s.poetarũ.¶ Patitur dormire:silere & ñ moueri ad Satyrã scribẽdã ¶ Quẽ sp̃osæ turpes:quẽ.s.poetã patiunt̃ dormire:& nõ excitari ad satyram:aliud.n.obscœnissimum uitiũ sui t̃pis notat:hoc ẽ uiros nubẽtes:nam multi reperiebantur:q solemni nuptiarum ritu nuberent:quod & a Nerone factũ fuisse scribit Tranquil.q ita Doryphoro liberto:ut ipsi Sporus denupsit.uoces quoq; & eiulatus uim patientiũ uirginum imitatus.Alibi Iuue.Quadringẽta dedit Gracchus sestertia dotẽ:& paulo infra.Quæ cã officii:qd q̃ris:nubit amicus sp̃osas igit̃ turpes:intellige

uiros:q uitis nuberet. ¶ Adulter ptextatus. illud ēt cōqueritᵉ poeta:q pueri in ætate q̄ ab oī turpitudine maxīe resilire debet:iā adulteria nouerit:qđ & ætate nostra nō sine quadā naturæ iniuria fieri uidimus. ¶ Prætextatus i. puer adhuc. Nā ptexta uestis erat qua pueri:usq; ad quartum decimum ætatis suæ annum utebantur: dicta (au tore Macro). q ei purpura ptexeretᵉ: amicitiam puerilem ptextatam appellat Mar. Tu mihi simplicibus Manni dilectus ab annis. Et ptextata cultus amicitia: ut aūt ptexta uteretᵉ ætas puerilis institutū fuit Tarqnii Prisc.q de uictis Sabinis triūphum egit: filium q suum annos quatuordecim natum: q hostem interfecisset: bulla aurea & ptexta donauit: ut hæc igenuorū puerorū isi gnia eē cœperūt. Quū antea istituto Tulli Ho stilii tertii romanorū regis ptexta esset magistra tuū. Bulla uero gestamē triūphātiū: sumpto usu ab ethruscis superatis: sed de hoc supra latius di ctum ē ex auctoritate Macrobii. ¶ Si natura ne gat: Tā multis inqt: tāq; uariis cōtamiata ē ciui tas uitiis: ut si a natura negatū sit carmē ad ea ex agitanda: ipsa tñ animi indignatio carminis fa ciēdi rōne subministret: bñ āt ait si natura negat Nā ex sñia Democriti poetica natura magis q̄ arte constat: in qua psuasione est & Cice. pro Ar chia: ubi ait: cæterarū rerū studia: & doctrina & pceptis: & arte cōstare: poetam natura ipsa ualerᵉ & mentis uiribus excitari: & quasi diuino quodam spiritu inflāmari. Est autē sñia generalis: quam tñ sibi accōmo dat: ut dicat ipsam indignationē posse uel facile unicuiq; ēt rudi uersum subministrare. ¶ Qualemcunq; pt. s. fa cere ēt si non sit decora elegantia. ¶ Quales ego uel cluuienus. Sensus est & ordo. indignatio facit uersum qua lēcūq; pt: & talē qualē ego facio: uel Cluuienus facit. Satyrice āt meritū suum se noīando extenuat: ut licentius Cluuienū notet: ut malū poetā sui tpis. Solēt. n. poete breuiter & urbāiter p trāsitū hoīes notare: ut alibi Laufeiā ut mulierē bibacē & ebriosam notat. Quātum Laufeia bibebat. Ora. Damali Nō multi Damalis meri Bassum threicia uincat amysthide. ¶ Ex quo. Deu. Sēsus ē & ordo: Quæcūq; uitiorū genera ualuerunt inter mortales: ex quo genus humanū restauratū est a tpe Deucalionis: uotū. s. ira Timor & cæteri affectus sunt farrago & materia nostri libelli. Pollicetᵉ se de oī genere uitiorū eē dicturum: q̄ inter mortales uiguerunt: usq; a tpibus Deucaliōis. ¶ Deucalion ascēdit mōtes: nota ē fabula carmine Oui. tpibus. n. Deucalionis & pyrrhæ eius uxoris diluuium fuit: quo uniuersus orbis submersus ē. Deucalion uero solus cū Pyrrha in cacumē montis parnasi fugiēs: illic tam diu fuit: quo ad æquor descēdit. Mox cessante diluuio in planū descēdētes oraculū Themidis de restauratiōe hu mani generis cōsuluerūt: acceperūtq; ossa matris post terga iaciēda: sic. n. posse genus humanū recupari. Quum igitur diu anxii fuissent: ubi nā possent ossa matris inuenire: Demū intellexit Deucalion: terrā matrē esse oium rerum: lapides uero ossa terræ dici. itaq; quum ab utrisq; lapides iacti essent post terga: q a uiro iacti sunt in ui ros: qui a muliere in fœminas cōuersi sunt. Sicq; humanum genus ē reparatum. Veritas uero alia est. Nā (ut scri. Iusti. li. xi). Amphitheonis athenarum regis tpibus aquarū illuuies maiorem græcie partem assumpsit: sup fuere: quos refugia mōtium cœperūt: aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus euecti sunt: a quo propterea genus humanum conditū dicitᵉ. ¶ Nymbis tol. hymbribus æquor augentibus. Nymbi sunt proprie hymbres repētini: pcipites: & iprouisi: Pluuiæ uero sunt iuges ¶ Sortes oracula Themidis. ¶ Caluerūt aīa: secūdū eos locutus ē: qui igneam aīam esse dixerunt. ¶ Quicqd agūt hoīes: oēs inqt aī affectus: qbus hoīum mētes pturbantur: & sic a rōne discedunt: sunt farrago & argumentum opis nostri. ¶ Votū: desiderium & appetitio alicuius boni poeta alibi. Quid tā dextro pede cōcipis ut te Conatus nō pœniteat: uotiq; peracti. ¶ Timor: opinio magni mali impēdē tis. ¶ Ira: ex philosophis quidam (ut scribit Sene. in. i. de ira) dixerunt: iram breuem insaniam esse: unde Ora. Ira breuis furor est. Alii uero (ut scri. Cic. in Tuscu). Iram libidinem esse ulciscendi eius: q uideatᵉ læsisse iniuriam. Se ne. lib. ii. de ira ita diffinit. Ira est concitatio animi ad ultionē uoluntatis iudicio pergentis. ¶ Voluptas: duplicē scimus esse uoluptatem: & honestam: & inhonestam. Honestam: quum illam ponimus ad demonstrandā animi hilarem affectionem: ut si dicamus: ex lectione Plinii non solum fructum: sed & mirificam cœpi uoluptatem in honestam: quum ex turpi aliqua re dicimus. nos uoluptatem summam cœpisse. ¶ Gaudia: scri. Sene. ad Luci. Gau dium nisi sapienti non cōtingere: est enim ut inqt aī elatio suis bonis: uiribusq; fidentis: uulgo tñ sic loquimur: ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu: aut ex nuptiis: aut ex partu uxoris percepisse: q̄ adeo nō sunt gaudia: ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint: gaudio autem iunctum est non desinere: nec in contrarium uerti. itaq; quum dicit Virg. & mala mentis gaudia: diserte qdem dicit: sed parum proprie. Nullum. n. malum gaudiū est uo luptatibus hoc nomē imposuit: & quod uoluit expssit. ¶ Discursus: animi nostri uagationes: quibus ad uarias ra pimur cupiditates. Nam hominum mentes rationis oblitæ transuersæ feruntur: eaq; cupiunt & appetunt: q̄ plæ runq; magis nocent q̄ prosunt. potest etiam in rebus honestis discursus existere. Discursus ergo ad animum: non ad corpus referas: ut sit: ipsi affectus: & perturbationes animi: quibus quasi quibusdam furiis mens hominis nunc huc: nunc illuc agitatur: potest etiam referri ad labores matutinos salutandi potentiores: per urbem enim discur rendo salutandi officium peragebant. Mar. lib. vii. Discursus uarios: uagumque mane: & fastus & aue potentiorū idem alibi. Et matutinum portat ineptus aue: sed prior sententia magis placet. ¶ Farrago: materia & argumentū methaphoricos autem dictum. Nam Farrago pprie est id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis di cta secundum Varro. q primum in farracea segete seri cœpta: aut q ferro cæsa sit. ¶ Libelli nostri: operis nostri.

Si natura negat: facit indignatio uersum
Qualemcunq; potest: quales ego: uel Cluuienus.
Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit: sortesq; poposcit:
Paulatimq; anima caluerūt mollia saxa:
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas,
Quicquid agūt hoīes: uotum: timor: ira: uoluptas:
Gaudia, discursus nostri est farrago libelli.

Prætexta
Poetica
Deucalion
Nymbi
Pluuia
Votum
Timor
Ira
Voluptas
Gaudiū
Farrago

¶ Et quando uberior? subaudi fuit: q̄ nunc & ætate nr̄a? ac si dicat: nunq̄ fuere plura uitia ad repræhendendum. ¶ Vitiorū. i. animi prauitatum. ¶ Maior sinus: methaphora sumpta a nauigantibus: quorum uela quanto maiorem explicant sinum: tanto maiorem uim uentorum excipiunt. ¶ Alea quādo: subaudi magis uexauit: uel habuit uel aliqd tale: i alea sunt talus: Tessera: alueolus: & oīa id genus: q̄ i uarietatæ fortunæ consistant. Est. n. alea ipse casus siue euentus ludi. Plau. i Curculione. Talos poscit sibi i manum prouocat me in aleam: ut ego ludam. Ouid. de nuce. Quattuor i nucibus non amplius alea tota est. Mar. alea parua nuces: & nō dānosa uidetur. uñ & alea aliquādo ꝑ fortuna & euētu ponit᷑. Liui. Nec tam celebrē aleā uniuersi certamis timens: sic ēt illud Pli. de Cic. extra oēm aleā īgenii positus. i. extra oēm sortē & euētū īgenii: ut nō posīt euenire: ut qs q̄ sit Ciceróe prestātior: ut sit methaphora ab alea. i. ludis: qui oēs sunt i fortūa & casu. Apule. i. iiii. meta. Ancipitis machīæ subiit aleā. i. fortunā & dubiū euētum. ¶ Neq₃. n. loculis: tāto inqt studio aleæ tenent᷑: ut i ludū descēdāt nō cū modica pecūia: sed tota arca. Loculi. n. capsulæ sunt: & receptacula nūmorū: & ānulorū. & id genus ꝑciosa tū rerū. alibi. Gēmaq₃ priceps Sardonicus: loculis q̄ custodit᷑ eburis. Ora. i sermōibus: ut hæres iam circum loculos & claues lætusq₃ ouansq₃ curreret. Apuleius i. iiii. me. Iubet decē aureos (ut ipse hēbat) ex loculis ānumerari. Fiebāt ex ebore & ligno. Mar. Hos nisi de flaua loculos iplere moneta Nō decet: argentū uilia ligna ferant. Ii aūt: ut modici i arca cōtinebantur. ¶ Loculis: ēt alia seruari legimus: ut illud apud Pli i. vii. Pollicē Pyrrhi i dextro pede: cū reliquo corpore cremari non potuisset tradūt: Cōditūq₃ loculo i tēplo. Loculo ēt efferri mortuos docet diuus Lucas i euāgelio. Noli flere & accessit: & tetigit loculū. i. ipsum pheretrū. ¶ Casum tabulæ: ad dubiū ludi euētū. nā hmōi ludi fortunæ & casui (ut diximus) sunt subiecti. Casum āt a cadēdo dicimus: ꝙ i tabula iacti tali casu efficiāt: aut uenerē: aut caniculā: aut aliud punctū: sicq₃ cadere dicit᷑ punctū qđ fortuito: nō īdustria uenit. uñ Ter. i Adel. Quasi quum ludas tesseris: si illud maxime: quod est opus: iactu non cadit: illud qđ cadit forte: id arte: ut corrigas. i. qđ euenit. Cic. li. i. de diuinatiōe. Quatuor tali iacti: casu uenerem efficiūt: nō etiam cētum ueneres: si quadraginta talos ieceris casu futuros putas? Idē alibi. Dixi multa de casu: ut uenereum est. ¶ Tabulæ: lusoriæ. s. in q̄ iaciunt᷑ tali fritillo: alio uocabulo ipsam tabulā alueolū appellamus. ¶ Prælia quanta: an rixas & altercatōes: q̄ sæpe iter collusores oriunt᷑. Vnde est illud apud Tāqllum i Augusto. Nos mi Tiberi qnquatriis satis iucūde egimus. Lusimus. n. per oēs dies: foꝝq₃ aleatoriū calefecimus: frater tuus magnis clamoribus rem gessit. An assiduum ludentiū certamen: queadmodum Verg. nocturnos cōcubitus ꝑlia uocauit. ¶ Dispensatore armigero: existēte illic armigero: hoc ē seruo armigero. qui officium ꝑstat dispensatoris dño ludenti. Nam armigeri serui erāt: q dñm suum sequētes scutum: reliquaq₃ arma gerebant: Plautus i Casina. Potius q̄ illic seruo des armigero nihili atq₃ īprobo. Et paulopost eundem scutigerulum appellat sic. Qui (malum) homini scutigerulo dari iubet. Tāqllus in Augusto. Germanorum manum usque ad cladem uarianam inter armigeros circa se habuerat. Ait nunc poeta: eum fungi offō dispensatoris: utpote q ludēti dño nummos subministret: Nam dispensator seruus erat: q æs dispensabat: curamq₃ habebat uniuersæ rei domesticæ: de quo illic sensit Iuue. Et q dispensat frāgit sibi: eum græci Oeconomon appellant: uñ ab ære dispēdendo dictus est. Nam pecunia pendebatur: uñ & Stipendium æs: qđ dabatur militibus dictum: ꝙ stipem pendebant. & sic dispendium: ꝙ in dispendendo solet minus fieri dānum significat: cōtra Cōpendium est lucrum: unde Dispēdiosus dānosum. Cōpendiosus lucrosum. ¶ Simplex ne furor? an non inqt ille cēsendus est: significat extra omnes rōnis terminos q cētum sustinet sestertia ludo aleæ ꝑdere: & seruum frigentem negligit: nec uestit. ¶ Sestertia: Sestertium primum fuit quarta ps denarii: quo tēpore qndecim decuīes is ualebat: hoc est decem asses: fit autem a semis & tertium: eo ꝙ cōtineat in se asses duos & dimidiū tertii: dicimus etiam genere masculino sestertios ¶ Horrenti: frigenti: Persi. Scis comitem horridulum trita donare lacerna ¶ Quis totidē erexit uillas: nimiū & multiiugum in extruendis uillis luxum notat. nam nō una cōtenti uilla plures extruebāt: marmoribusq₃ adornabant. Villa ꝓprie est ædificium erectum ruri. Pli. Neq₃ fundus uillam q̄rat: neq₃ uilla fundum. ¶ Quis fercula septem: iñ luxum ciborum & lauticiam priuatam insurgit. Sic Sene. Deinde ad cœnas lauticias transfertur. & illic cōmendatio ex nouitate & sola ordinis cōmutatōe captatur. Est ergo sensus & ordo. Quis auus fuit. i. antiquus tā luxuriosus: uel i cibis: uel edificiis: ut nūc pene oēs sunt: ex frugalitate igit᷑: simplicitate antiquorum damnat luxuriā: & ciboꝝ: & edificiorum sui tp̄is. Nā frugalitas antiqs fuit (auctore Valerio) q̄si q̄dam mater bonæ ualitudinis: inimica luxuriosis epulis: & aliena nimiæ uini abundātiæ: & ab oī īmoderato ueneris usu auersa. ¶ Cœnauit secreto? nō cōquerit᷑ ꝙ in ꝑpatulo nō cœnēt qđ ab antiqs factitatū ē: q mos tp̄ibus Iuuenalis & multo āte desiuerat. Sed ꝙītra priuatas ædes multiiugæ: luxuriose q₃: & lautæ parent᷑ cœnæ: Secreto ergo in domo priuata. ¶ Septē fercula uaria & diuersa ciborum genera: numerum posuit finitum ꝑ infinito. Appellatione autem ferculorum intelligimus epulas generali uocabulo. Ora. Multaq₃ de magna superessent fercula cœna. Seneca detestans luxum sui temporis. Hodie utrum tandem sapientiorem putas: qui uersatilia cœnationum laquearia ita coagmentant: ut subinde alia facies. atque alia succedat. & totiens tecta: quotiens fercula mutentur: hoc est epulæ. Fercula etiam appellantur quæcunque feruntur in pompa triumphorum: ludis: & sacris: unde Cice. in officiis. Cauendum est: ne tarditatibus utamur ingressu mollioribus: ut similes pomparum ferculis esse uideamur. Tran.

Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auaritię patuit sinus? alea quando
Hos aīos? neq₃ enim loculis comitātibus itur
Ad casum tabulę: posita sed luditur arca.
Prēlia quanta illic dispensatore uidebis
Armigero. simplex ne furor: sestertia centum
Perdere? & horrenti tunicam non reddere seruo?
Quis totidem erexit uillas? quis fercula septem

Alea
Loculi
armiger
Dispēsator
stipēdiū
dispēdiū
cōpēdiū
sextertiū
Villa
Fercula

¶ Nunc sportula primo: Consueuerant diuites Romani: ut liberalitatem & munificentiam suam ostẽderent: ad rectam cœnam admittere pauperes clientes: a quibus comitati fuissent. Rectam aũt cœnam intelligo: q apud diuitem splendide & laute cœnarent. Sequitur enim. Votaque deponunt quaquam longissima cœnæ: nam cum dominis cœnare consueuerunt: unde Tranquillus in Nerone ait publicæ cœnæ ad sportulas sunt redactæ. Sed quũ ea consuetudo forte fastidiosa uideretur: rectam cœnam reuocauit Nero ad sportulam. Postea uero Domitianus sportulam ad cœnam rectam: unde Mar. lib. viii. Promissa est nobis sportula: recta data est: uerum apparet: id non seruatum mortuo Domitiano: quum poeta h scripsit. Dabantur igitur obsonia plærunque: & pecuniæ ex sportula: unde Tran. in Domi. Atque inter spectacula mũeris largissimũ epulum septimontiali sacrorum quidem die: senatui: equitique panariis: plebei sportellis cũ obsonio: distributis. Marti. Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum. Cæterum sportula ñ dabatur tantum ex priuato: quãtum etiam ex publico uectigali clientibus & pauperibus: dabaturque etiam in nuptiis. Apuleius in secũda Apologia. Quippe ita placuerat in suburbana uilla potius: ut iungeremur: ne ciues denuo ad sportulas conuolarent. Quum igitur hãc tãtum pauperes captarent: conqueritur Iuue. nunc tantam esse Romanorum auariciam: ut & nobiles: diuites: & magistratus: eam quoque captare non pudeat. Sportæ autem: & sportellæ: & sportulæ nũmorum (auctore Pediano) erant receptacula: denominatæ a sparto herba hiberica ex qua conficiebantur. Plautus in Menechmis. Sportulam cape: atque argentum: eccos tris nũmos habes? Verum sportula non tantum pro receptaculo nũmorum: quãtum ẽt pro muneribus: quæ clientibus (ut diximus) darentur: ponitur: ut sit continens pro contento. ¶ Turbæ togatæ .i. quam uiliores & pauperes clientes deberent capere. Nam (ut scribit Asconius) Toga cõis habitus fuit: & marium & fœminarum: iuxta quod appellauit Verg. romanos gentem togatam. Sed postea pretexta honestorum tantum fuit: toga uiliorum: unde pauperes clientes: ut uiles quum ibant salutatum: sumebãt togam. Mar. Mane uel a media nocte togatus ero. Eiusdem distichon est in Apophoretis: cui inscriptio est toga. Si matutinos facile est tibi rumpere somnos. Mẽtita ueniet sportula multa toga. ¶ Faciem prius inspicit. Hinc apparet sportulam non oĩbus pauperibus: sed tantum iis consueuisse dari: qui in officio fuissent circa diuitem faciem ẽt intuetur: an ex clientibus sit: q cum dño salutauerit. ¶ Suppositus: subditicius: & loco alterius positus. ¶ Iubet a precone uocari: hinc est oĩs poetæ indignatio: q sportula nunc nobilioribus erogetur: quæ antea dũtaxat dabatur: ut diximus: pauperib. ¶ A precone: Præco is dicitur: qui iubente magistratu clara & elata uoce aliquid ad populum enunciat a precinendo: idẽ ẽt dicebatur Curio. Mar. in epi. ii. lib. Epigrãmata curione non egent: ut sit epigrãmata non egẽt uoce aliena: quũ per seipsa se aperiant & manifestent. Apul. in primo limine hoc eodem uocabulo utitur. Non quidem curio sum sed qui uelim scire: uel cũcta: uel certe plurima: ut sit sensus. Non sum quidem pco: qui uelim: quæ audiuerim uulgare: quo more (ut dixi) clara uoce enunciat: iubente magistratu ad populum. Ipsos troiugenas: satyrica indignatione dixit ipsos: quasi quos rei pudere deberet. ¶ Troiugenas: nobiliores. ¶ Vexãt: celebrant & frequẽtãt. ¶ Da pretori: uerba sunt dispensatoris. Veteres oẽm magistratum: cui pareret exercitus pretorem appellauerunt: q preiret exercitui: teste Var. a quo & in castris tabernaculum ducis pretorium est appellatum: & porta pretoria in castris q exercitus in plium educitur: quia initio pretores erant: qui nunc consules: & si bella administrabant. Eũ ẽt (ut tradit Liui. li. v.) pretorẽ dixerũt: q ex patrib. creatus ius in urbe diceret: penes quẽ magistratũ oĩs publici: puatiq iuris ptãs: ut & nouũ ius cõdere: & uetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorẽ ius honorariũ est uocatum: Quũ tũ regia illi essent insignia: ut apparatũ cõsulib. par uideret: lictores non amplius sex habuit: de quo Põpeius de origine iuris sic scribit. Prætor creatus est: quũ cõsules auocarentur bellis finitimis: neque esset: q i urbe ius redderet. Isque urbanus est dictus: q in urbe ius diceret. Post aliquot deinde annos: non sufficiente eo ptore: q multa turba ẽt pegrinorum in ciuitatẽ ueniret: creatus est & alius ptor: q peregrinus appellatus ẽ. Capta deinde Sardinia: mox Sicilia & Hispania: deinde Narbonẽsi puincia: totidẽ ptores quot prouinciæ in ditionẽ uenerãt: creati sunt. Cic. in. ii. de legibus iuris disceptator: q puata iudicet: iudicari ue iubeat: ptor esto: iuris ciuilis custos esto: huic ptãti parento. ¶ Tribuno. Tribunorum duo extitere genera tribuni .s. plebis: & tribuni militum. Tribuni militũ dicti sunt: q terni ex tribus tribubus: Ramnium: Lucerum: Ticiensium olim ad exercitum mittebantur. Tribunorũ ãt militũ officiũ ẽ: milites in castris cõtinere: ad exercitatõem pducere: claues portarum suscipe: uigilias interdũ circuire: frumẽtatõibus cõmilitonũ interesse: frumẽtũ pbare: mẽsuræ fraudẽ coercere: delicta castigare: pncipis frequenter interesse: qrelas cõmilitonũ audire: ualitudinarios ĩspicere: ex his ẽt erãt Tribuni: q dicebantur ærarii ab eo (ut scribit Var.) q attributa illis erat pecunia q militibus redderẽt. Idque: qd' attributũ erat: dicebatur æs militare. De tribunis ærariis sic Tran. in Cæs. Tribunos ærarios q erat tertiũ .s. genus iudicum sustulit. Tribuni plebis in monte sacro a plebe creati sunt q eã defenderent: quum plebs a patribus secessisset: anno fere xvii. post reges exactos. De tribunis multa leges apud iuriscõsultos: Liuiũ: Vegetiũ: Appianũ: Modestũ: Varro: Festũ: Geliũ: & Plu. ¶ Sed lib. i. est: uerba sunt Iuue. libertinũ more satyrico ridẽtis: q magistratui nõ solũ se æquet: sed ẽt pponat: adiuuandũ aũt est pnũciatõe: libertinus aũt generaliter est accipiẽdũ .i. ipsi libertini. ¶ Prior est: se potiorẽ magistratu facit: sequtur .n. prior ego adsum. Libertini dicuntur (auctore Caio de statu hominum) qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

Secreto cœnauit auus? nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inspicit: & trepidat ne
Suppositus uenias: & falso nomine poscas.
Agnitus accipies: iubet a præcone uocari
Ipsos troiugenas (nam uexant limen & ipsi
Nobiscum) da prætori: da deinde tribuno.
Sed libertinus prior est: prior inquit ego adsum.

Recta cena

Sportula

Toga

Præco Curio

Prætor Prætorium Honorarium ius

Tribunus

Libertinus

¶ Defendere locum.tueri locum meum:sicque poeta moraliter ostendit homines per diuitias efferri in superbiã. ¶ Ad euphratem.in armenia .i. ex seruili sim conditione. Nam Euphrates fluuius est(auctore Stra.)qui ex Niphate monte armeniæ defluit in mare rubrum:prius tamen Babyloniam per medium diuidit:& Tygri coniunctus Mesopotamiam facit:illinc serui multi mittebantur. ¶ Molles quod in aure fenestræ Arguerint.i.quam rem .s.me natum esse in Armenia:siue Cappadocia:quæ sunt conterminæ:arguerint molles fenestræ.i.ostenderint & probauerint.i.mollia aurium foramina. Nam in oriente(ut scribit Pli.lib.xi.ca.xxxvii.)uiris aurum gestare in auribus decus existimabatur. Idem in procemio lib.xii. sic ait loquẽs de unionibus. Ad hoc excogitata sunt aurium uulnera: quæ autem ad ornamenta aurium gestabantur inaures appellatæ sunt. Pli.lib.ix.capi.lv. Antonia Drusi murenæ quam diligebat inaures addidit. Plautus in pœnulo. Quia incedũt cũ anulatis auribus. Vnde & in pentateucho Mosæ sic scriptum ẽ. Dixitq; ad eos Aarõ Tollite inaures aureas d uxore:filiorumq; & filiarum uestrarum aurib. & afferte ad me. ¶ Sed quinq; taberne:hinc stultam hominis elationem ostendit: qui diuitiis & bonis tantum fortunæ gloriatur. Quinq; inquit sunt mihi tabernæ: q̃ parant mihi quadringenta.i. quæ ex uectigali & prouentu reddunt mihi quadringenta scilicet sestertia;quæ summa erat census equestris:qui enim eam summam habebant inter equites Romanos numerabantur Tiberii edicto: ut scribit Plinius libro trigesimotertio capitulo secundo. Qui constituit:ne cuius gestandi annuli aurei esset: nisi cui ingenuo ipsi patri auoque paterno sestertia quadringenta census fuissent:& lege Iulia theatrali in.xiiii.ordinibus sedendi. Romæ autem quædam ædificia quinque tabernæ appellantur iuxta forum:eædem septem dictæ sunt. Liuius ab urbe condita libro trigesimosexto. Pluribus simul locis circa forum incendium ortum. Eodem tempore septem tabernæ:quæ postea quinq;: & argentariæ:quæ nunc nouem appellantur arsere. ¶ Quid confert purpura maius? sensus est: Nobilis ipse: qui per prætextam designatur.(Nam ut diximus ex auctoritate Pediani:prætexta erat honestorum idest nobilium: toga uiliorum. Et ut ostẽdit Pli.pro maiestate pueritiæ erat p̃texta:& curiam idest senatores distinguebat ab eqte.) ¶ Quid confert:qd affeert? qd inuenit? quod maius optet:q̃ qđ ego possideo:si ipse nobilis:q per Coruinum designatur: ad paupertatem redigatur? idest qd inuenit ipse nobilis & senator:si pauper sit:qđ maius possit sibi optare: q̃ qđ ego possideo:quasi ostẽdat non solum se censum equestrem:sed ẽt senatorium suis opibus superare. nã quũ cẽsus equester esset quadringentorũ milium:ut diximus:senatorius erat:auctore Tran.in Aug.octingentorum: quantum summam quum Augustus ampliasset:duodecies centies sestertium taxauit. Videturq; poeta alludere ad .M. Valerium Coruinũ: q ad centesimum annum uitam produxit:exactaq; iam ætate in agris eos coluit. ¶ Purpura i.p̃texta:q̃ ideo p̃texta dicebatur.q purpura: auctore Macrobio:p̃texeretur. Purpura aũt piscis est ex genere concarum: ex cuius faucibus liquor:ut scribit Pli.elicitur :aptus ad tingẽdas uestes. Murex itẽ eiusdem generis est:& cõchylium:ostrũ ẽt in eadẽ significatione accipimus. Vir. Tirioque ardebat murice lena. Idem Vt gẽma bibat:& Sarrano dormiat ostro. Iuue. Horum ego non fugiam conchylia:idest uestes purpura tinctas. ¶ Si custodit oues:si in paupertatẽ prolapsus est. Vt pascendæ sint sibi oues alienæ. In agro laurenti. Laurentũ oppidũ fuit prope lauinium in antiquo latio. ¶ Coruinus:nobilis:qualis fuit familia Coruinorũ:q̃ cognomen sumpsit a Valerio coruino q Cõsule Camillo Furii Camilli filio singulari dimicans certamine aduersus preferocem gallum eum confecit:adiuuãte coruo:qui galeæ Valerii insidens :unguibus & rostro in gallũ insiliebat:ita ut parta uictoria Valerius Coruinus sit cognominatus. ¶ Pallante:pallas ex arcadia fuit:auctore Tacito:libertinæ conditionis:quem unum. & Narcissum aliũ libertum adeo dilexit Claudius :auctore Tranquillo ut decreto quoq; senatus nõ præmiis modo ingentibus sed & quæstoriis: prætoriisque ornamentis ornari libenter passus sit:tantum præterea acquirere & rapere:ut querente eo quondam de fisci exiguitate:non absurde sit dictum: abundaturum:a duobus libertis in consortium reciperetur:eum postea Nero ueneno sustulisse creditus est:q immensam pecuniã longa senecta teneret. ¶ Et licinis:Licinium diuitem fuisse ostendit Persius ilic.Nunc licini in campos :nunc Crassi mittit in ædes: Iuuenalis alibi. Dispositis prediues hamis uigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet atonitus pro Electro: signisq; suis:phrygiaq; columna. Eiusdem sic meminit Seneca in epistolis:ubi notat eos:qui assidue suum statum uariãt. Licinum diuitiis. Apicium cœnis. Mœcenatem deliciis prouocat. Eum unum:ut diximus apud Persium fuisse ex augusti Libertis prĩcipis indulgentia prædiuitem placet intelligere. Scribit enim Trãqllus sic:Multos libertorum in honore & usu maxime habuit:ut Licinum:Enceladum:aliosque. Nõ ignoro Crassum : auctoribus Valerio & Plinio:cognomento diuitem primum omnium Romanorum diuitem fuisse. Sed nunc de diuitibus: qui Pauloante fuissent loquitur. ¶ Vincant diuitiæ.adiuuandum pronunciatione & irrisione. ¶ Honori sacro. Nam ueteres lata lege sanxerunt:ut tribuni inuiolabiles:sacrosanctique haberentur:statuendo:ut qui tribunum lesisset eius caput Ioui sacrum eẽt:familia ad ædem Cereris uenum iret:eum aũt hoiem sacrum appellauere:quem populus iudicauit ob maleficium:et & qui eum occidit parricidii non damnatur. Nam lege tribunitia cauetur.si quis eũ: qui sacer sit:occiderit:parricida ne sit. Si qs ergo tribunum:ut sacrosanctum uiolasset:morte pœnas pendebat. Sacrosanctũ dicebatur:auctore Festo:qđ iureiurãdo interposito erat ĩstitutũ:ut si qs uiolasset morte pœnas pẽderet.

Cur timeam:dubitem ue locum defendere, q̃uis
Natus ad euphratem? molles qđ in aure fenestræ
Arguerint licet ipse negem.sed quinq; tabernæ
Quadringẽta parant.quid cõfert purpura maius
Optandum? si laurenti custodit in agro
Conductas coruinus oues? ego possideo plus
Pallante:& licinis? expectent ergo tribuni.
Vincant diuitiæ:sacro nec cedat honori

Euphrates

Inauris

Senatorius census

pretexta

Purpura

Sacer

sacrosanctus

¶ Nup.i.q nõ diu uẽit in urbẽ.Nã nup dicit de lõgiori tpe:ut illud Liuianũ ĩ epl'a.Nup diuitiæ auaritiã:& abũ Nuper
dãtes opes:desideriũ p luxũ atq; libidinẽ peũdi:pdẽdiq; oĩa ĩuexere.Hoc.n.potuit eẽ supra cẽtũ annos:ex quo lu
xus & libido urbẽ ĩuasere.De breuiore ẽt tpe dicimus:ut de anno.uel mẽse:uel diebus paucis:ut si dicã Cremõæ:
q̃ nup in ditionẽ Venetorũ uenit studia uirtutũ maxie colunt.Pli.M.ppẽna & nup.L.Volusius Saturnius oium:
quos ĩ cõsulatu sinlam rogauerãt supstites fuerũt.Itẽ Cic.ĩ rethoricis ad Herẽniũ:& qm̃ nuperrime dictũ facile me-
ſenſus:rectus rideat aut trahētem corpus per humum:aut reuera claudicātem obtortis pedibus. Vidēturque dici a
loro quod pedes habeant loreos:hoc eſt molles & obtortos:ueluti eſt lorum molle:& obtortum : quos græci autore
Pli. Himantopodas appellarunt:ιμασ.n.lorum ſignificat:ſiue corigiam:ποῦσ pedum unde poeta in Satyra.x.
Nec ptextatum rapuit nero loripedem. ❡ Aethiopē.æthiopia:ut docet Pl.li.v.duplex ē : altera circa occaſum ad
atlantem montem mauritaniæ:altera circa ortum. Aegypto contermina:æthiopum:qui uicina ægypti loca inco Aethiopia
lunt:alii utraſque nili ripas:inſulaſque in Nilo ſitas habitant.hi Arabiæ pximi ſunt. Alii mediterraneas tenēt re
giones:uerſus arabiam ſitas. Maior pars æthiopū nigro colore eſt:de quibus plurima Diod.li.iiii.digna memoratu.
Dicti aūt ſunt æthiopes:autore Pli.ab æthiope Vulcani filio. Alii uero tradūt noiatos:quod ſint ſolis calore aduſti ab
αιθω quod eſt uro. ❡ Quis tu. Tiberius.n & C. Gracchi fratres Aphricani ſupioris ex filia nepotes:utrique tribūi ple
bis:quum leges agrarias non ſine nobilitatis indignatione tuliſſent:cæſi fuerūt. Tiberius in Capitolio a.P.Scipio
ne Naſica fragmēto ſubſellii. Caius in ponte ſublicio:aut ſua:aut ſerui Eupheri manu. ❡ Quis cæ. terris? quaſi ita
non confundatur:& clamet:ut eſt apud Teren. O terra o cœlū o Maria Neptuni. Sic enim faciūt qui ira uehemē
ti incēduntur. ❡ Diſpliceat. Verri. C.n. Verres. Cn. Pompeio. & M. Craſſo cōſulibus in Sicilia quæſtor fuit: quam per
triēnium nemine ſuccedēte tenuit:ubi libidinoſe:auare:crudeliterque uerſatus eſt:ſuccedente tandē Metello:reuer
ſus Romam a Siculis repetundarum eſt accuſatus. ❡ Homicida miloni:quod occiderit. P. Clodium. Nam Miloni cum
Clodio ſummæ erant inimicitiæ ex eo maxime quod Milo Ciceronis erat amiciſſimus. In eo reducendo enixiſſime
operam nauauerat. Et. P. Clodius reſtituto Ciceroni infeſtiſſimus. In petitōe igitur cōſulatus Miloni aduerſatus ē
Clodius:& ſepe inter ſe Milo & Clodius cum ſuis armatorum factōibus Rōæ depugnauerant. Proficiſcenti pterea
Miloni Lanuuium:ex quo erat municipio:occurrit Clodius circa horam nonam paulo ultra bouillas : rediens ab
Aricia uehebatur Clodius equo:Milo rheda cum uxore fauſta filia. L. Syllæ dictatoris: ſequebatur eos magnum ſer-
uorum agmē:inter quos gladiatores quoque erant:cum ſeruis Clodii rixam cōmiſerunt ad quem tumultum : quum
reſpexiſſet Clodius minitabundus:humerum eius:Byrria unus ex gladiatoribus rumphea traiecit: Clodius uulnera
tus in tabernam proximam Bouillis delatus eſt. Milo ut cognouit uulneratum Clodium : quum ſibi periculoſius
illud ēt:uiuo eo:futurum intelligeret:occiſo autem magnum ſolacium eſſet habiturus:ēt ſi ſubeūda eēt pœna extur
bari tabernam iuſſit:atque ita Clodius latens extractus multis uulneribus conficitur. Cadauer eius in uia relictum
quia ſerui Clodii:aut occiſi erant aut grauiter ſaucii latebant. Lege pedianum Appianum Ci.pro Milone. ❡ Clo
dius ac.mæ. Nam Clodius de cuius cæde modo dictum eſt:quum Pompeiam uxorē Cæſaris perdite amaret:hītu
muliebri ingreſſus eſt domū Cæſaris tunc ſūmi pōtificis ubi ſacra bonæ deæ quæ quotānis in domo pōtificis cele
brari cōſueuerāt noctu celebrabātur. Inter mulieres pmo latuit deinde quum per ædes uagaretur cognitus eſt ſub
lato a mulieribus clamore fugit pollutarum cerimoniarum reus factus eſt. Sed corruptis iudicibus eſt abſolutus licet te
ſtimonio Cic. oppugnatus eſſet qui affirmauit Clodium contēdentē ſe ea die ab urbe pcul abfuiſſe domi ſuæ (quod
uerum fuerat) fuiſſe. Inde poſtea peſtiferum illud in Ci. Clodii certum eſt odium nūquam.n.deſtitit Clodius Ci. inſequi
donec eum tribunus plebis urbe expulit. ❡ Catilina ce. Nam. L. Catilina uir patricius inita conſpiratōe cū plurib.
remp. opprimere conatus eſt. Eius conſilium Ci. conſul prudētia ſua diſcuſſit. Inter cōiuratos fuit cethegus uir ma
gnæ audaciæ. ❡ In ta. ſyl. Sylla primus fuit qui tabula proſcriptionem propoſuit idque ſuperatis partibus Maria-
nis quem poſtea triumuiri Auguſtus Lepidus. & M. Antonius imitati unuſquiſque aduerſarios ſuos propoſita ta
bula proſcripſit. Itaque poeta eos diſcipulos Syllæ appellat quaſi imitatores qui idem quod Sylla fecerunt.

¶ Qualis erat:Domitianum a crudelitate notat:quem triumuiris comparat:& eis cæde hominum nõ abſimilẽ dicit.¶ Qualis erat:Periphraſis ẽ ipſius Dõitiani:q Iuliam Titi fratris filiam iá uiro collocatam corrupit: & qdẽ uiuo ẽt Tito:mox patre & uiro orbatã ardẽtiſſime:palamque dilexit:ut ẽt cá mortis extiterit coactæ conceptum a ſe abigere. Vnde Pli.Iunior ad Corneliũ ſic ſcribit:Domitianũ:ut illuſtraret ſæculum ſuum exemplo aliquo ſeueritatis:Corneliam maximillam ueſtalẽ uirginem abſentẽ:inauditãq; dãnaſſe îceſti.quum ipſe fratris filiam inceſto non polluiſſet ſolum:uerum etiam occidiſſet. Nam uidua an ortu periit.¶ Tragico cõ.nefando:qualem tragici ſcribere ſolent.¶ Reuocarat le.ama.Nã legẽ Iuliam.q̃ erat cõtra adulteros reuocauerat. Lege item cauerat:ne quis mas caſtraretur. Earum legũ meminit ſic Marti. Ludus erat ſacræ cõnubia fallere tedæ. Ludus & imeritos execuiſſe mares. Vtraq; tu prohibes cæſar populiſque futuris Succurris naſci:quos ſine fraude iubes.¶ Amaras oĩbus. Nã dep̃hẽſi ĩ adulterio ferro puniebãtur ex lege Iulia:ut docet Iuſtinianus in inſtitutiõibus.¶ Ipſis ue.mar. q & ipſi in adulterio ſint dep̃hẽſi. Nam Venus cum Marte concubuit: Vulcãus quum id reſciuiſſet: accuſante Sole:lectum tenuiſſimis & adamantinis retibus cinxit: eoſque in amplexibus iacentes & implicatos apto cubiculo omnibus diis prebuit uidendos.¶ Abortiuis: Abortiuos appellamus imaturos fœtus: & añ legitimũ tp̃s editos. Tran.in Augu.illos ſenatores quos uulgus abortiuos uocabat ad modum p̃ſtinum:& ſplendorem redegit. Pli.in.xiiii. Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem. Abortus ẽt inuenitur in alia ſignificatione pro ipſa.ſ.abortione. Vñ Pli.in.vii. Vopiſcũ unũ appellabant e geminis:qui recenti utero naſceretur altero interempto abortu. Idem in eodẽ. Vno abortu:duo puerperia egeſta.¶ Iulia:titi fratris filia.¶ Vuluam:de uulua Pli.multa ſcri. li.xi. ca.xxxvii. ſic. Quod alio noĩe locos appellant:hoc in reliquis animalibus uuluam. Hæc uiperæ & intra ſe parientib.duplex. Oua generantium annexa p̃cordiis. Et in muliere geminos ſinus ſub utraque parte laterum habet. Funebris quotiens uerſa ſpiritũ ĩcluſit. Quibus uerbis oſtendit Pli.in muliere locos:& uuluam dici:idemque eſſe:ſed ĩ reliquis animalibus uuluam tantũ nõ locos. Eſt aũt uulua cõceptabulũ fœtus in aluo:dicta q fœtum inuoluat:uterus idem ẽ: quod uulua:idque non ſolũ in mulieribus.ſed etiam ĩ reliquis animalibus. Pli.in.viii.de aſinis loquẽs. Sed incontinens uterus urinam genitalem:reddit ni cogatur in curſum uerberibus a coitu. Vuluam Lautæ fuiſſe gulæ conſtat Ora.in epi. Obeſo. Nil melius turdo:nil uulua pulchrius ampla. Quod autem Vir. dixerit in æquo utrũque armato milite complent:ideo fecit:quia dicturus erat. Scandit fatalis machina muros fœta armis.¶ Offas.i. fruſta carnis:& fœtus immaturos. Nam offam appellamus qcqd in tumorem creſcit:unde Iuue.ĩ ultima Satyra. Et nigram in facie tumidis liuoribus offam:offam porcinam cũ cauda offam penitam dicebant Pli.appellat offas amygdalas contuſas:& in unum conuolutas his uerbis. Amygdalinum oleum:quod aliqui uocant neopum:arefactis:& in offam contuſis exprimitur. Et in.xiii.capi.x. Purgatum enim pomum tundũt:ſeruãtq; eius offas.¶ Nonne igit': Sẽſus eſt Merito inquit flagitioſi:& ſcelerati contẽnunt illos:qui quum ſint uitioſi: diſſimulata morum turpitudine repreſentant Scauros uiros graues & ſeueros:nam ubique a ſcriptoribus pro uiris ſeueris & grauibus ponuntur. Iuue.in Saty.xi. Quum tremerent aũt fabios durumque catonem. Et ſcauros & Fabricios:rigidique ſeueros. Cẽſoris mores etiam collega timeret. M.n. Aemylium ſcaurum ſummæ integritatis extitiſſe illud declarat apud Plini.q a Vario Tribuno plebis poſtulatus:quaſi ſocios & latium ad arma coegiſſet reſpõdit. Scaurus negat utri potius credendum putatis?poteſt etiam hic locus referri ad hiſtoriam. Nam ut ſcri.Salu. Aemylius ſcaurus ex omnibus cõiuratis nobilis homo fuit:impiger factioſus:auidus potentiæ:honoris:diuitiarum:cæterum calidæ uitia ſua occultans:ut ſit nonne uitioſi hi contẽnunt iure fictos ſcauros.i.improbos & ſceleratos:qui uitia ſua non aliter occultant:q̃.M. Aemilius ſcaurus occultauit.¶ Vitia ul.i.homines extremorum uitiorum.¶ Caſtigata:ab iis:qui pre ſe ferunt q̃dã morum ſanctitatem.¶ Remordent:contra mordent: ſumptum a canibus qui alieno laceſſiti morſu remordent.¶ Non tu. Satis urbane poeta inducit mulierem:quæ uirorum uitia inſectetur.¶ Laronia:Mar. laroniam oſtendit fuiſſe diuitem:& uiduam. Abnegat & retinet noſtrum laronia ſeruum. Reſpondens orba eſt diues:anus:uidua.¶ Lex iu.hoc.n.clamabat quaſi adulteria:&c.flagitia ſibi diſplicerent.¶ Dormis?quæ nõ excitaris ad coercẽdos adulteros.¶ Surridens:parũ ridẽs uelut indignabũda. Nã ſub incompoſitõe plerũq; parum ſignificat: ut ſubtriſtis .i.aliquantulum triſtis. Subiratus:paululũ iratus:Perſius. Surriſit molle puella.¶ Felicia tempora:ironicos dictum.¶ Opponunt:tanq̃ q obſtes uitiis. Habeat iam roma pudorem:iam pudore inqt roma uincat' ne qd turpe faciat: quũ exẽplum hẽat tã p̃batorũ uirorũ:eſtq; p ironiam p̃nũciandũ. Eſt aũt pudor timor iuſte rep̃hẽſiõis.¶ Tertius e cœ.licet plures:ut p̃clare docet Gelius:fuerint catones duo tñ magni fuere noĩs:ut grauiſſimi & ſeueriſſimi: Cato cenſorius: q libros de re ruſtica edidit:& Cato q poſt mortem uticenſis eſt cognominatus:recte igit' hũc appellat tertiũ:tanquam grauem & ſeuerum cenſorem:quaſi cælitus demiſſum in terras. Cenſoriũ aũt Catonem oſtendit Sene.ad Luciliũ nõ minus reip.fuiſſe utilẽ q̃ Scipionẽ alter.n.cũ hoſtib.noſtris bellũ:alter cũ morib. geſſit.¶ Sed tñ:unde hæc ĩterrogatio illuc tendit ut oſtẽdat illũ eſſe neq̃ſſimũ:qñ more cinædorũ & mollium unguentatus ſit.

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu:qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus:atq; ipſis ueneri martiq; timendas.
Quum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam
Solueret:& patruo ſimiles effunderet offas.
Nonne igitur iure:ac merito uitia ultima fictos
Contẽnunt ſcauros:& caſtigata remordent?
Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem totiens:ubi nunc lex iulia dormis?
Ad quem ſubridens, fœlicia tempora:quæ te
Moribus opponunt. habeat iam roma pudorem.
Tertius e cœlo cecidit cato.ſed tamen unde

abortiui
abortus
uopiſcus

Vulua
Vterus
Offa

Pudor

¶ Opobalsama: odores preciosissimos ex succo balsami: opobalsama enim dicuntur succi balsami: opos enim succum significat. Xilobalsamum autem appellatur lignum balsami. Xylō. enim græce lignum significat latine. Carpobalsamum fructus. Carpos enim fructum significat. Arbor ipsa balsamum dicitur: que ut docet Pli. incisa uitro: aut lapide: osseis ue cultellis succum emittit: qui omnibus odoribus prefertur: & uni terrarum iudeæ arbor concessa. ¶ Hirsuto: hispido: & piloso ad dissimulādum molliciem. ¶ Dominum: pharmacopolā. ¶ Tabernæ: officinæ unguentariæ: quā græci myropolium appellāt: dicta taberna: q̄ tabulis claudatur: unde & tabernacula dicta: & contubernales. ¶ Ne pudeat: ironice dictum: & gestu adiuuandum. ¶ Quod si. Sensus ē: si existimas inquit ut grauis censor leges esse citandas in adulteria: īprimis lex Scatinia est citanda: que lata fuit contra eos: qui muliebria patiebant̄: nā poeta tota satyra insectatur tale genus hoīum: ut spurcissimum: qui lege scatinia puniebant̄: quam Scatinius quidā aricinus tulit: cuius ita meminit Cic. in tertia philippica. Quod autem municipiū non contēnit is: qui aricinium tantope despicit: uetustate antiquissimum: hinc uoconiæ: hic Scatiniæ leges. Eius legis sic meminit: Ausonius. Scatiniam metuens non metuit ticiam. Lege scatinia quosdam ex utroq; ordine condēnauit Domitianus autor Tran. Alii cōtra pedicōes statutā falso cōtendunt: nomenq; accepisse ab eo. C. Scatinio: qui autore Valerio li. vi. uim filio Marcelli īferre ausus ē: & accusante patre damnatus. Nam leges nomen accipiunt a latoribus: non autem a reis & sontibus. Et tota indignatio poetæ est in molles & patiētes muliebria: hanc pœnam statuebat lex scatinia: ut qui ingenuum stuprasset: sestertium decēmilia exolueret. ¶ Leges ac iu. Lex a iure ciuili hoc modo differt: ut lex sit tanq̄ iuris ciuilis mater. Nam ut scribit Papinianus ius ciuile est: quod ex legibus: plebiscitis: senatus consultis: decretis principū: auctoritate prudētium uenit. Est autem ius ciuile quod quisq; populus ipse sibi constituit: quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Iuris precepta hæc sūt hōeste uiuere: alterum non lædere ius suum unicuiq; tribuere. Ius autore celso est ars boni & æqui. Huius studii duæ sunt positiones: ius publicum & priuatū. Publicum ius est: quod ad statum rei publicæ spectat. Priuatum quod ad singulorum utilitatem. Ius nōnunq̄ pro necessitudine etiam dicimus: ueluti est ius cognationis: uel affinitatis. De iure aūt multa in digestis ex sententia Vlpiāi: Modestini: Pauli: Cai: Martiani: Papiniani: & precipue: Pomponii de origine iuris. Lex autem est: ut diffinit Aristo. in Rhe. cōis ciuitatis consensus: qui scriptis precipit: quō unumquodq; agendū sit. Nam ut scribit Modestinus: Virtus legis est impetrare: uetare: permittere punire. ¶ Plura digna repræhensione quam mulieres. ¶ Sed illos: occurrit tacitæ questioni: posset enim dicere: quare non puniuntur: si plura scelera committuntur: respondet illos defendi: quia multi sint: & alterum alterius uicium occultare: nam quod malo exemplo fit a multis: solet impunitum esse. ¶ Phalāges iunctæ umb. sumpta est translatio a re militari: in qua pedites se iuicem tuentur ab hoste. Nam phalanx: ut a Seruio dissentiamus: non est: ut ipse exponit: legio lingua macedonica: licet per quandam similitudinē apud Virg. in secundo ita accipiatur. Et iam argiua phalanx: sed proprie phalanx est: quum pedites ita se instruunt aduersus hostem: ut pares omnes connexis scutis impetum faciant in hostes. Vnde sæpe Cæsar in commentariis facta phalange. Sed quia hoc primum fuit a Macedonibus inuentum: ut scribit Liuius libro tertio de bello macedonico: Ideo phalanx uocabulum est macedonicum: uerba sunt Liuii. Et cohortes īuicem sub signis: quæ cuneum Macedonum (phalangem ipsi uocant) si possent ui perrumperent: emittebat: unde & Vegetius libro quarto ostendit phalangem constructionem quandam esse militum: quam modo cuneatam modo quadratam appellat: quæ instar cunei & quadratæ formæ composita in hostem progrederetur. Quintus etiam Curtius huius rei sic meminit. Macedones phalangem uocant peditum stabile agmen: uir uiro: arma armis: conserta sunt. Plini. libro septimo ait phalanges significare fustes quibus afri prælium contra ægyptios primi fecerunt: phalangius siue phalangium (nam utrunq; dicitur) est autore Plinio genus aranei. ¶ Vmbone: hoc loco scuto. Vmbo autem proprie pro media parte scuti eminentiore capitur. ¶ Non erit ullum: non inuenies inquit rem tam nefandam in sexu fœmineo: ut mulier mulierem ineat: quod inter uiros frequenti est in usu: carpit tamen Iuuenalis. alibi Laupheam & Medulinam: q̄ tribades essent inter se. Lenonum ancillas posita Lauphea corona prouocat: & tollit pendentis præmia coxæ. Tale monstrum libidinis dicitur Sapho excogitasse: unde mascula ē appellata: Orat. in epistolis. Temperat Archilochi musam pede mascula Sapho. ¶ Tedia non. Fellatorem notat: q & lambere & lingere alterum dicitur Mar. lingas non mihi: nam proba & pusilla est. Mulieres etiam Id turpitudinis exercuerūt philenē. n. notat. Mar. undenas uorat in die puellas. ¶ Hispo subit iuuenes: nomē fictum infamis. ¶ Subit iuuenes utrū ad fellandū: an ut ineat̄ a draucis. ¶ Vtroq; morbo: utraq; turpitudine nefanda: quūq; & fellaret: & pedicaret̄. ¶ Nūquid nos agimus: adeo inquit impudentes estis: ut officia ēt muliebria usurpetis: qđ nos non facimus Nam nos causas in foro: qđ uestrum est: nō agimus. Id enim turpissimum habebatur in mulieribus. Vnde impudentiæ notant̄ Aphrania licinii buteonis uxor. Et calphurnia & amesia: q̄ causas egerint: ut scri. Valerius ut diffinit Apollodorus: est negociū oīb. suis partibus spectās ad qōnē: aut cā ē negociū: cuius finis est controuersia: Isocrates cām ait esse qōnem finitam ciuilem: aut rerum controuersiam in psonarum finitarum complexu.

Hæc emis: hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi: ne pudeat dominū mōstrare tabernæ:
Quod si uexantur leges: ac iura. citari
Ante omnes debet Scatinia. respice primum.
Et scrutare uiros: faciunt hi plura: sed illos
Defendit numerus: iunctæq; umbone phalanges.
Magna inter molles concordia. non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tedia non lambit Cluuiam: nec flora Catullam.
Hispo subit iuuenes: & morbo pallet utroq;.
Nunquid nos agimus causas: ciuilia iura

balsamū
taberna
Scatinia lex
Lex
Ius ciuile
Phālax
Vmbo
Causa

Nouímus:aut ullo ſtrepitu fora ueſtra mouemus.
Luctantur paucæ:comedunt coliphia paucs.
Vos lanam trahitis:calathiſq; peracta refertis
Vellera.uostenuí pręgnantem ſtamine fuſum
Penelope melius:leuius torquetis Arachne:
Horrida quale facit reſidens in codice pellex.
Notum eſt cur ſoli tabulas impleuerit Hiſter
Liberto: dederit uiuus cur multa puellę.
Díues erit: magno quę dormit tertia lecto.
Tu nube:atq; tace:donant archana cylindros.
De nobis poſt hęc triſtis ſententia fertur:

❡ Fora ueſtra:tria.n.erant fora:ubi iura reddebant᷑.Papinius in ſiluis.Nec ſaltem tua dicta continentem.Quæ trino iuuenis foro tonabas.Mar.Lis te biſdecime nueráte frigora brumæ Conterit una tribus gargiliane foris.De q bus ſic tran.in aug.Fori extruendi cā fuit hoīum & iudiciorū multitudo:horum primum appellatū eſt romanum: uel uetus alterum extruxit.C.Cæſar papinius in prima ſylua.Cæſari ſtat ſede fori.Tertium:ut dictum ē:erexit Auguſtus:cum æde martis ultoris.Mar.in.viii.Foro q; triplici ſparſus ante equos omnis.i.ante omnes iudices: qui ex equeſtri ordine eligebantur.Idem in.iii.ad ſextum.Cauſas inquis agam Cicerone diſertius ipſo.Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.Dicta autem fora a ferendo:eo q; lites ferantur.Fora item appellamus lo-

Forum

ca:ubi res uenales expouuntur.Vnde dicimus forum frumentarium:forum olitorium:forum uinarium.❡ Luctãtur paucæ: ſi forte inquit acciderit: ut mulieres luctentur paucæ tamen luctant᷑: neq; n.negare potuit: nam alibi a Iuuenale notantur Endromydas tyrias:aut fœmineum ceroma: quis neſcit:aut quis non uidit uulnera pali.&c.❡ Coliphia.i.panes luctatorum ad cõfirmanda mẽbra κολον.n.membrum ſignificat & ιφι robur: aliq dicunt ατοτ υκολλικοσ forma diminutiua: eſt enim collix panis ſubcinericius.Plau.in Perſa. Coliphiane mihi incocta detis.❡ Vos lanã aut carminatis:aut e colo ducitis.❡ Vellera: lanæ di-

Vellus

cuntur & lanicia a uellendo:& laniando:eo q; ante inuentam tonſuram ex oue laniarentur:uellerenturq;.❡ Calathis:dictio ē græca: apud nos nõ

calathus

ſolum ſignificat calicem uinarium: ut illud Virg. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.Et in diſtichis Martialis.Nos ſatyrus:nos bacchus amat:nos ebria tigris.Perfuſos domini lambere docta pedes:ſed etiam pro genere ciſtæ ponitur:ut hoc in loco.Et Virg.in buccolicis.Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.Melius penelope torquetis;ſuperatis inquit nẽdo penelopen ipſam:& arachnem:utraq; enim lanificii opere laudatur.Penelopæ icarii & polycaſtæ filia uxor uliſſis: ſummæ pudicitiæ exemplo fuit ſæculo ſuo lanificio:& telam texendo abſentiam & mariti deſiderium ſolabatur:& procos fruſtrabatur: quibus:ut tradit Homerus in odyſſea: promittebat ſe in matrimonium tradituram: quũ abſoluta eſſet tela.Sed quod interdiu texuerat:noctu retexebat:Oui.Nec mihi querenti ſpacioſam fallere noctem Laſſaret uiduas pendula tela manus.❡ Arachne: puella Lyda; que: ut ferunt fabulæ: in lanificio cum pallade certauit:& quum dea forte ſuperaret: ab ea in araneam eſt conuerſa: Hæc autore Plinio: Linum & retia inueniſſe fertur fi-

Pellex

lius uero Cloſter fuſum.❡ Horrida: inculta.❡ Quale.ſ.ſtamen.❡ Facit pellex:Nam pellices:quum ſenuerint: ab amatoribus deſertæ ad ſtamina:lanificiumque ſeſe accommodant: uictum queritantes.Vnde Oratius in odis de turpianu.Te lane prope nubilem Tonſæ luceriam non cytharæ decent.❡ Pellex proprie appellatur illa:que conſuetudinem adulterii cum eo hẽt:cui ſit uxor:diciturq; pellex non tantum uiri:quantum ẽt uxoris: unde Saluſtius in inuectiuis in Ciceronem.Filia matri pellex tibi iucundior atque obſequentior quam parenti par eſt.Dolobella: ut ſcribit Suetonius obiiciens Cæſari:q; Nicomedi ſe obſcæne ſummitteret eum appellat pellicem reginæ.Ora.loquens de Medea ſic ſcribit.Hoc delibutis ulta donis pellicem ſerpente fugit alite.Iuſtinus libro.i.per internũcios

Caudex

quærit a filia:que inter regias pellices erat:a pellice fit pellicatus:ſicuti a concubina concubinatus.❡ In codice.i.uili ſcamno i.trunco.Nam:ut ſcribit Theophraſtus:ea pars arboris:que terræ inhæret: radix uocatur ſupra radicem uſq; ad ſcamnum arboris codex:ſiue caudex:& truncus dicitur:ex ſcamno exeunt rami:ex ramis ſurculi.❡ Notum eſt.Satis uerecunde Laronia eos inſectatur:qui draucis abutebantur:qualis fuit Hiſter Pacuuius:qui captatione teſtamẽtorum locupletatus libertum draucũ ſuum reliquit heredem.De hiſtro alibi.Mora nulla per Hiſtrũ.Pacuuiũ quin illud ebur ducatur ad aras.Scimus inquit quare Hiſter Pacuuius Libertum ſuum reliquerit ſolũ beredẽ.❡ Ta-

Tabulæ

bulas.ſ.teſtamenti.Nam tabulæ numero plutatiuo dicunt᷑:qbus continentur contractus:& conuentiones:ut Tabulæ dotis:tabulæ uenditionis.A tabulis fit tabularium & tablinum quorum utrunque ſignat locum:ubi actus publici continentur.De quo ē apud Virg.in geo.Inſanũq; forum: aut populi tabularia uidit.Pli.lib.xxxv.cap.ii.Tablina codicibus implebantur:& monumentis rerum in magiſtratu geſtarum:dicimus autem Tablinum: ſicut figlinũ qđ græci pinacothecam appellant:differentia tñ illa eſt q; in pinachotecis tabulæ pictæ:in Tablino rerum: ut diximus in magiſtratu geſtarũ monumenta continebantur. De extructione Tablini & pinacothecæ Victruuius lib.vii.cap.iiii.❡ Cur multa puelle ideſt uxori ſuæ adoleſcenti ut.ſ.turpitudinem taceret.❡ Diues erit: illa inquit ingentia munéra conſequetur a marito: quæ tacebit:quum is a draucis inibitur.❡ Tu nube: cum indignatione dictum: quaſi puelle auditis uirorum ſceleribus matrimonium aſpernetur.❡ Cylindros: lapillos eſſe oblongos

Clyndri

ad ornatum mulierum oſtendit.Pli.lib.xxxvii.cap.vi.Loquens de Beryllis:qui mira longitudine placebant:& ſetis elephantorum religabantur ait enim ſic.Cylindros quidam ex his facere malunt q̃ gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine.Quidam:quod anguloſos putant ſtatim naſci:& perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta:additoque auro repercuſſa:aut omnino caſtigata: cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Clyindros ãt appellant:q; formati ſint ad ſpeciem cylindri ideſt columnellæ: qua area æquari ſolet: Virg.in primo geor.Area tum primum ingenti eſt æquãda cylindro: nomen ãt accipit a uolubitate:nã κυλινδω ē uoluo.

¶ Censura: animaduersio & punitio: nam censores moribus ciuitatis præerant. ¶ Coruis: sceleratis: impuris: & spurcis: quales habentur corui: qui fœda sequuntur: & qui ore coire dicuntur. Mar. Corue salutator quare fellator haberis. ¶ Columbas: simplices & bonos: quales sunt columbæ: ut sit sententia catholica. ¶ Stoicidæ. Impuri & flagitiosi: qui preferebant stoicorum integritatem: & contendentes: uirtutem solum bonum esse: dicti ἀπὸ τῆς στοᾶς .i. porticu. Zeno.n. in porticu athenis primus cœpit docere: ad quem audiendum discipuli eo confluentes: quum antea Zenonii dicerentur: postea ab ipsa porticu stoici sunt appellati: de qua porticu intellexit Persius noster. Quæque docet sapiens brachatis illica medis. Porticus insomnis. ¶ Stoicidæ: secundum formam patronymicam: sicuti Priamidæ in prima declinatione. ¶ Quid falsi: subaudi dixit. ¶ Sed quid: hoc etiam in molliciem uirorum dicit poeta: quos uel orantes in impudicitiam mulierũ nõ pudebat uestes tennissimas induere: ut corpus ẽt transluceret. Vnde Pli. in repræhensionem tantæ molliciei sic ait. Nec puduit has uestes .s. bombicinas: etiam uiros leuitate usurpare propter onera æstiua: in tantum a lorica gerenda discessere mores: ut oneri sint etiam uestes. Ait ergo poeta: mulierum impudicitiam accusas: quum ipse tu multo magis fores condemnandus. ¶ Non facient alii: Argumẽtum a maiori ad minus. ¶ Multitia: Vestes tenuissimas dictas a mollicie: ut quibusdã placet: ut aliis uero a mulcẽdo: qđ mulcerẽt tenuitate Bõbicinã autem uidetur intelligere: ut ex Plinii autoritate diximus. Nam Bombices telas aranearum modo texunt ad uestem luxumque fœminarum: que bombicina appellantur: tantæ tenuitatis ut denudet fœminam uestis bombicina. De uestibus multitiis sic mẽinit Flauius uopiscus in Aureliano scribente prefecto ærarii. Dabis ad editionem Circensium tunicas multitias uiriles decem: lineas ægyptias uiginti. Mantilia cypria paria duo. ¶ Cretice: Aliqui legunt: sed falso: Critice: ut dicant. Tu iudex: qui in aliena uicia insurgis & notas. Nam κριτικὸς iudicem signat Cic. in epistola ad Dolobellam: ut docet Tranquillus de claris gram. Ego tanq̃ criticus antiquos iudicaturus sum. Sed animaduertendum est syllabæ rationem repugnare: ut nullo modo legi possit Criticus: est enim prima syllaba breuis Oratius in prima epistola secundi libri: ut critici dicunt. Illud autem apud Mar. in. vii. Aequalis liber est cretice: qui malus est: nomen est proprium: legendumque est Cretice non critice igitur legendum est a Creta: quæ primam habet syllabam longam. Vt per creticum intelligat Eacum de quo illic. Quas tot queat umbras Eacus. Vt sit sensus. Quid non facient alii: quum tu: qui tanquam æacus iudex: & cognitor uiciorum sumas tales habitus uestium: posset etiam referri ad unumquemque primarium romanorum: quem per Metellum Creticum designaret: ut sit sensus: quid non facient alii: quum tu ex primariis & principibus ciuitatis sumas tales uestes. Nam Metellus Creticus is fuit: qui Cretam imperio romano adiecit. ¶ Perores: oratione urgeas: nam peroratio fit in fine orationis: qua maxime aduersarius urgetur. ¶ In proculas idest in adulteras proculæ: & pollineæ similes. ¶ Est mœcha labulla: Sensus est. Labulla & Corphinia: quæ adulteræ sunt: si adulterii admissi coniuncantur in iudicio: maius tamen præ se ferant honestatis studium: non enim talem sumant togam: ut indecentem habitum. Mulieres enim conuictæ adulterii cogebantur toga uirili indutæ in publicum procedere. Autores sunt Porphirio & Asconius. Vnde oratius ĩ ser. Quid interest: in matrona ancilla pecesue togata. Contra uero stola erat matronarum. ¶ Damnetur: conuincatur adulterii. ¶ Talem togã: tam tenuem uestem. ¶ Sed iulius ardet: introducit creticum excusantem turpem habitum. ¶ Nudus agas: Verba poetæ idest nudus eas: si te calor urget: quasi innuat non minus turpe esse: in tali corporis amictu: quam nudum agere. ¶ Minus est insania turpis: respondet iis: qui possent dicere: illum iudicatum iri insanum: qui nudus ambulauerit. Ait ergo poeta. Insania minore est digna reprehensione q̃ talis habitus. ¶ En habitum: indignantis sunt uerba poetæ: & insultantis. q. d. o quã dignus habitus: in quo te spectarent prisci romani illi: qui agricolationi intenti erant: & qui paucis annis ante uictores pro republi. crudelia uulnera accepere: o q̃ riderent te: ut ostendat illum fuisse futurum ludibrio & priscis Romanis: & qui pauloante sua tempora pro repub. multa p̃clara gessissent. ¶ Modo uictor. i. paucis annis ante ac si dicat nostro sæculo: quo & Augusto Cæsare: & aliis imperantibus populus in rebus bellicis se exercuit. ¶ Vulneribus crudis idest per cruda uulnera uictor. i. aspera & crudelia: nam a crudo fit crudelis. ¶ Illud uulgus mont. rudis ille populus: qui priscis fuit temporibus: qui cessantibus bellis agricolationem exercebat: ut de quintio Cincinato legitur. ¶ In corpore iudicis: Argumentum est a minore ad maius. q. d. si multitia testem non decent: multo minus iudicem. Nam quanto quis excellentior est: tanto magis eum decet honestatis esse amplexorem. ¶ Quero an deceant quasi dicat non decent: si ergo non decent testem: minus conueniunt iudici. ¶ Acer & indomitus: insultat sæpe poeta molli uiro. ¶ Libertatisque magister: qui uideatur morum grauissimus censor: & qui in libertatem uelit asserere flagitiosos. Nam de animi libertate intelligit non corporis.

Dat ueniam coruis: uexat censura columbas.
Fugerunt trepidi uera ac manifesta canentem
Stoicidæ: quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alii? cum tu multitia sumas
Cretice? & hanc uestem populo mirãte perores
In proculas: & pollineas? est mœcha Labulla,
Damnetur: si uis etiam corphinia, talem
Non summet damnata togam. sed iulius ardet.
Aestuo. nudus agas. minus est insania turpis.
En habitum: quo te leges: ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo uictor: & illud
Montanum positis audiret uulgus aratris?
Quid non proclames in corpore iudicis ista
Si uideas? quæro an deceant multitia testem?
Acer & indomitus: libertatisq; magister

Stoici

Mititia

Cretice pelluces:dedit hanc contagio labem:
Et dabit in plures:sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit:& porrigine porci:
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.
Fœdius hoc aliquid quandoq; audebis amictu.
Nemo repente fuit turpissimus:accipient te
Paulatim:qui longa domi redimicula summũt
Frontibus:& toto posuere monilia collo.
Atq; Bonam teneræ placant abdomine porcæ:
Et magno cratere deam.sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara deæ maribus patet.ite prophanæ
Clamatur.nullo gemit hic tibicina cornu.

¶ Pelluces:transluces:compositio est a per & luceo:sed mutatur r in l ẽ enim ex corrupto & integro.¶ Dedit hãc
Sumpta est translatio a pestilenti animali:cuius cõtactu reliqua animalia facile cõmaculantur.Ergo uitia inqt alie
na te in hanc labẽ deduxerunt:& plures in dies deducent.Vnde Sene.de Tranquilitate uitæ.Serpunt.n.uicia:&
Cõtagiũ in proximũ quẽq; transiliunt:& cõtactu nocẽt:unde & cõtagiũ dictũ est:& contagio & contages:est aũt morbus:
q contactu facile contrahiť.¶ Labẽ:maculã & uiciũ.Labes proprie diciť in uestimentis:sed per translationẽ uitia
quoq; aĩ labes appellamus.¶ Sicut grex:ita inqt uicia serpẽt in unũquẽq; ut porrigine unius porci:reliquus grex
contamineť.Qui parũ cõsiderate loquunť:dnt
gregem tm̃ de minoribus ĩtelligi aĩalibus.Quum
constet gregem indifferẽter non solũ de oĩ aĩaliũ
genere:sed & de hoĩbus dici.Teren.Vt me ĩ gre
gẽ uestrum recipiatis.Et alibi Iuue.Cũ grege chal
deo Seneca ad Lucilium.Elephantorũ gregem ex
Scabies celsissimus ducit.¶ Scabie:Scabies,autore Celso:
est durior cutis rubicũda:ex qua pustulæ oriunť q̃
dam humidiores:quedã sicciores.Exit ex qbusdã
sanies fitq; ex iis cõtinuata exulceratio pruriens:
serpitq; quibusdã cito:atq; in aliis quidam ex to
to desinit in aliis uero certo tpe anni reuertiť:quo
asperior est & prurit magis:eo difficilius tollitur.
¶ Porrigine:ẽ aũt porrigo morbus:quo nõ solum
porci:sed & hoĩes infectanť:de qua sic Cornelius
Porrigo Celsus:porrigo est:ubi ĩter pilos quedã quasi squã
mulæ surgunt:hæ quoque a cute resoluunť:& in
terdũ madent:sæpius siccæ sunt:fereq; id in capil
lo fit:rarius ĩ barba:aliqñ ẽt ĩ supcilio.¶ Vuaque
Vua.n.facile corrumpitur cõtactu corrupti acini.
¶ Fœdius:futurũ inqt est:ut aliquid ẽt in posterũ
turpius facias hoc amictu:hoc ẽ longe ẽt indecentius cõmittas:q̃ que per turpẽ habitũ peccasti.¶ Accipiẽt te:In eã
& tu turpitudinẽ labetis:qua ĩter se sacerdotes mineruæ uiuũt Sicq; poeta descendit in reprehensionẽ sacerdotum:
quorũ collegiũ(autore Tranquillo)Mineruæ in Albano Domitianus instituerat:ex quo forte ducti magisterio fun
gerentur:Horum epulas:Luxum:molliciem scænicam:& reliqua turpia insectatur:ostenditque eos nihil differre a
mulieribus colẽtibus bonam deam:aut a sacerdotibus Cotyttia celebrantibus:guláq; eorum maxime reprehẽdit:
qui lautissime epularentur.Vnde & a Mar.Dapes Lautæ albanæ appellantur.Deniq; indignatur ex sacerdotibus
quẽdam cornicini:cuius opera in ludis illis albanis utebantur nupsisse.Omnis ergo poetæ fremitus est in turpitu-
dinem & molliciẽ sacerdotum albanorũ.¶ Accipient te.s.ĩ consortiũ suũ.¶ Qui longa:ostendit eos a mulieribus
non esse absimiles:que celebraturæ sacra bonæ deæ sumunt redimicula.i.ornamenta & uincula capitis cõueniẽtia
sexui muliebri & monilia aptant collo.Idem inquit faciunt isti sacerdotes in albano:ut more mulierum sacrificia
colant bonæ deæ:& quod proprium est mulierũ ubi usurpent.Nã sacra bonæ deæ fiebant:ut scri.Plutar.in uita Ci
ceronis & Cæsaris quotãnis in domo maximi pontificis pro salute Popu.Ro.Iis nemini uiro interesse licebat:a
mulieribus tãtũ celebrabanť.Vnde Cic.in.P.Clodiũ sic.Hoĩemque eũ qui puluinaribus Bonæ deæ stuprũ ĩtulerit:
Bonæ deæ sacra eaq; sacra:que uiri oculis:ne ĩprudentis quidem aspici fas est:non solum aspectu uirili:sed flagitio stuproque uiola
ret.Alii tamen ita interpretantur:non q bonam deam illi sacerdotes colant sed q illorum ritus & ludi scænici ni
hil pene differant a sacris bonæ deæ:q̃ mulieres operãtur.Deam aũt bonam etiam Maiam & Terram dixere:ean
dẽq; ẽt Faunam:Opẽ:& Fatuam:Bonam:q oĩum nobis ad uictum bonorum cã est.Faunam q oĩ usui aĩantiũ fa
uet.Opẽ q ip ius auxilio uita constet.Fatuam a fando:q ĩfantes partu editi non prius uocem edunt:q̃ attigerint
terrã.¶ Atq; bonam:ordo est.Atq; placant bonam deam.¶ Abdomine.Oĩa inquit in sacris bonæ deæ faciunt:
que ad eius cultum pertinent.Nam sus pregnans ei:ut scribit Macrobius mactabatur:que hostia propria ẽ terræ.
Abdomẽ ¶ Abdomine.i.sumine Pli.in.xi.cap.xxxvii.Ait antiquos uocauisse abdomẽ quod nunc sumẽ.¶ Magno cra.Nã
in sacris eius erat uas uini:qđ mellariũ appellabatur:& uinum lac dicebatur.¶ Sed more sinistro.Sed ĩ iis sacris cõ
trario se gerunt ritu.Nã quũ sacra a mulieribus tantũ celebrenť:ipsi cõtra ritum sacrorum eas excludunt:& soli in
ter se molles & effeminati celebrant.¶ More sinistro:more cõtrario:quum a mulieribus soleant excludi mares:ita
ut ne effigies qdẽ maris in eo loco sit fas conspici.Nam & picturæ mariũ uelis integebantur.uñ alibi:testiculi sibi
conscius unde fugit mus.Varro.n.tradit:eam adeo pudicam fuisse:ut extra gynæceũ nunquam sit egressa:nec no
men eius in publico fuerit anditum:nec uirum unq̃ uiderit:uel a uiro uisa sit:propter quod nec uir templũ eius in
grediť.¶ Ite proph.Iubent inqt magno clamore mulieres abesse.¶ Prophanæ:Sacer & pphanus uocabula sunt
Prophanum Sacrum cõtraria.Sacrũ.n est(ut Trebatius li.i.de religionibus refert)quicquid est quod deorum habetur:unde Virg.huius
diffinitionis memor:ubi sacrum nominauit:admonitionem deorum pene semper adiecit.Sacra dioneæ matri:di
uisque ferebam.Item sacra Ioui stygio quæ rite incepta paraui.Prophanum omnes pene consentiunt id eẽ:quod
extra fanaticam causam sit:quasi porro a fano:& religione secretum.Vnde Cice ad Herennium.Locus queritur
celebris:an desertus.Sacer an prophanus:ubi liquido ostendit uocabula esse opposita.Porphirio exponens illud
Oratii.Odi Prophanũ uulgus ait:pphanos eos dici:q sacris initiati non sunt:q fanũ intrare nõ poterãt.¶ Gemit.
Nã ĩ eius sacris adhibebanť modulatiões:& tibicinæ:Sed hic inqt nõ sunt Tibicinæ:ñ sunt mulieres:sed uiri tm̃.

¶ Talia orgia: Ostendit poeta eorũdem sacerdotũ molliciẽ nihil differre a sacerdotibus deæ Cottytus: est .n. sensus. Non dissimilia ingt sunt sacrificia: q̃ sacerdotes instituti a Domitiano Mineruæ in albano colunt ab iis: q̃ feruntˀ ab Atheniẽsibus culta: q̃ Cotyttia appellata sunt. Nam athenienses instituerant Cotyttia sacrificia pegrina sumpta a Thracibus: q̃ nocturnis peruigilatõibus celebrarentur: in qbus impudica: turpiaq; multa fiebãt. De quibus uidetur intellexisse Ora. in epodis. Inuitus ut tu riseris cotyttia uulgata sacrum liberi cupidinis? Canidia .n. sagaminatˀ Oratio: qa talia sacrificia ei cõmissa ridens diuulgauerit. Cotyttia ãt ut scribit Porphirio sacrum cupidinis eẽ dicit: qa maleficia hæc: q̃ per inferna sacra fiunt: ad amorẽ pertineãt: unde apparet & hos sacerdotes talia sacrificia ut ĩpudica & ad amorem pertinẽtia tractaˀ. His tribus peruigilis q̃ dcã Cotytto præesse uoluerũt: & ꝑinde Cotyttia nomĩata sunt. Vñ Strabo sic inqt. Atheniẽses aũt sicuti reliqs in rebus hospitũ studioſi perstiterunt: sic & in deis: externa .n. multa suscepere sacra: ita ut in comœdiis cõplura: & thracia: & phrygia decantata sint. Eã tñ deam alii Cotytto: alii uero Cotyn appellauere. Vnde Stra. lib. x. Similiaˀ inquit sũt: que apud Thraces celebrãtur: que Cotyttia & Bendidia: apud quos & Orphica initium habuerũt. Ipam sane Cotyn: que apud Edonios colitur: & eius instrumenta memoraˀ Aeschylus. Sic & Synesius appellat his uerbis θαρρον αποφαινουτον ανδρεανμιστυκον αυτοχρημακαι θιασωτηντηςκοτυος. Cõfidẽs demonstra uirum seminarẽ statim. sodaleq; Cotys: quem locũ exponẽs Suidas Cotyn deam coli ait turpium presidẽ. Alibi tñ idem Synesius Cotytto appellat: ubi ait ερμη μενκαι ηρακλειτηςπαλαι στρασεφοροισ ουδε καταμικρον πρεπει κοττυττοιδεκαιτοισαλλοισαττικοισ κονιασαλοισ νεωνο ρει. Mercurio quidem & Herculi palæstræ ꝑfectis neutiq̃ cõgruit. Cotyttoni aũt: & aliis apud atticos despicatissimis administrat: qbus uerbis declarauit eũ: de quo agit in epla fœdissimis esse moribus: q Cotyttoni inseruiat. Cõtra igitˀ hæc nocturna Cotyttia Eupolis poeta comicus: ut referunt qdam cõmẽtatores Aristophanis scripsit comœdiam: quam Baptas appellauit: de qua sic Plato meminit: ubi dr̃ comœdiaꝝ differentiis agit: ισ μεν γουν τον ευπολιν τω αλλαξαι τουσ βαπτασ αποπνιγενταεισ την θαλλαταν εισ ουσ καθηκε τουσ βαπτασ. Scimus inqt Eupolim: quum Baptas fabulam docuerit ab iis ipsis in mare submersum: contra quos Baptas emiserat. Lucianus quoq; in eã orationẽ: q̃ inscribitur ad ineruditũ multos emptitantem libros in hac ferme sinam. Dic mihi iqt ẽt ne Aeschinis orõnem aduersus Timarchũ legis: an uero oĩa illa scis: & nosti singula? Aristophanem uero & Eupolim subisti: Baptas integram fabulam perlegisti: unde ẽt Probus sic scribit. Baptæ comœdia inqt fuit: in qua Eupolis inducit uiros athenienses ad imitationem fœminaꝝ saltantes lassare psaltriam Cotytto. Cotytto apud atheniẽses psaltria: quam effœminati colũt noctu illam adeuntes. De baptis & Cotytto Angelus politianus in miscelaneis suis elegantissime disseruit. ¶ Orgia: proprie dicuntur sacrificia bacchi οργιαζω .n. orgia celebro. Vnde Stra. lib. x. Plurimi igitˀ græcoꝝ totum cerimoniale negocium: qdˀ orgia uocantur: Bacchanaleq;: & choricum: & sacroꝝ mysteria libero patri attribuerunt. Cæteꝝ tñ orgia pro oĩbus cerimõiis capiũtur: unde idem Strabo Cybelem ꝑcipuo uenerãtur honore: eius orgia frequẽtãtes. ¶ Secreta tæda .i. mistica face: nam noctu talia sacrificia peragebãtur. ¶ Baptæ: sacerdotes molles & effœminati: a qbus forte eupolis denominauit comœdiam suam a βαπτω qdˀ significat tingo & lauo: q; qui sacris initiabanˀ lauarẽtur aqua calida ꝑmũ. Aristophanes. ꝑmum ex ritu ueteri me lauerunt. ¶ Lassare. Nam in sacris saltantes fictam fortasse personam Cotyttus lassabant. Probus: ut diximus: ait fuisse psaltriam: quam effœminati Athenienses noctu colunt eam adeuntes. ¶ Cotytto: accusatiuus est græcus. ¶ Cecropiã: atticã a Cecrope rege: Atheniẽsium ante Deucaliõis tp̃a: quem oĩs antiqtas fabulata est: biformẽ fuisse: qa ꝑmus marem fœminæ matrimonio iunxit. ¶ Ille superciliũ: molliciẽ adhuc insectaˀ in iisdem sacerdotibus: q more mulieꝝ decoris essent studioſi: supercilia .n. fuligine denigrabant: qdˀ solitum fieri oñdit Pli. li. xxviii. Vbi ait capilli defluuia Vrsinus adeps: misto Ladano: & lantho continet: Alopeciasq; emẽdat: & raritatẽ superciliorꝝ cum fungis Lucernaꝝ: ac fuligine: q̃ ẽ in rostris eaꝝ. ¶ Producit: extẽdit: & emẽdat. ¶ Obliqua acu. calamistro. ¶ Pingit: oculos .n. sibi tingebãt. Pli. in. xi. Palpebræ in genis hoĩ utrinque: mulieribus ẽt infectæ stibio: tãta est decoris affectatio: ut tinganˀ oculi quoque. Ouidius in arte. Nec pudor ẽ oculus tenui signasse fauilla. Vel ꝓpe te nato lucide Cidne croco: per oculos igitˀ intellige genas: que inficiebantur. Vnde Diuus Ciprianus in tractatu habitus uirginum de impudicis uiris sic scribit. Illi docuerũt: & oculos circũductos nigrore fucare: & genas mẽdatio ruboris inficere: & mutare adulterinis coloribus crinẽ &c. Sic & Diuus Hieronymus ad matrem & filiã in gallia cõmorantes scribit. Oculos stibio linit. ¶ Ille: alius ex sacerdotibus. ¶ Vitreo priapo: nihil inqt omittunt: qdˀ ad molliciẽ: neqtiãque pertineat. Nã & poculis inqt utuntur in conuiuio effigiatis instar inguinũ: quã obscenitatẽ notat & Pli. li. xiiii. Loquẽs de ebrietate. Iam uero: q̃ uasa adulteriis celataˀ tanquam per se paꝝ doceat libidines temulentia: ita uina ex libidine hauriũtur. Idẽ ẽt in ꝓhe. lib. xxxiii. In poculis libidines celare iuuit ac p obscenitates bibere: panibus etiam p obscænitatẽ sic formatis uescebantur. Mar. Si uis esse fatur nostrum potes eẽ priapũ. Ipsa licet rodas iguina tutus eris. ¶ Reticulũq;: tegmẽ ẽ capitis mulieris a rete dictũ: a cuius similitudine est factũ: q̃li & nostris tp̃ibus matronæ utunˀ & aureis & sericeis. De eo sic Lampridius Matronas aũt regias cõtẽtas eẽ dẽre uno reticulo: atq; iauribus: & bacchato monili: genere masculino ꝓtulit Pli. li. xii. Vbi de natura thuris: sic .n. scribit psona adiicitˀ capiti: dẽsusue reticulus. Nã apd ueteres capillos puellæ: aut humeris diffluẽtes: aut reticulo collectos gestare cõsueuerũt. Proptius. Nec de more comæ p leuia colla fluentes.

Talia secreta coluerunt orgia tæda
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytton.
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu: pingitq; trementes
Attollens oculos. uitreo bibit ille priapo:
Reticulumq; comis auratum ingentibus implet:

Cotytto

Baptæ

Orgia

reticulũ

Cærule‑us uenetus Thalaſ‑ſicus Raſa Pexa

¶ Scutulata. Veſtes ſcutulis diſtinctas:q̃s galli iſtituerũt:uñ ſic Pli. Plurimis uero litiis texeř: q̃ polymita appellãt Alexãdria inſtituit:ſcutulis diuidere gallia. ¶ Cærulea:color inter uiridem & nigrũ eſt:ꝑprieq; thalaſſicus: unde poetæ mare reliquaſq; aquas cæruleas appellãt.idẽ ẽt dř color uenetus. Vnde Vegetius li.iiii.de re militari nautas ueſte ueneta eſſe induẽdos:& uela nauiũ exploratoriaꝝ colore ueneto eſſe tingẽda:h̃ ẽ cæruleo. Nã ut idem inqt ſĩris ẽ fluctibus marinis:ita ut color cæruleus.& uenetus & Thalaſſicus idem ſit color ſĩis marinis fluctibus. Thalaſſan.n.uocãt græci mare. ¶ Raſa:ueſtimẽta:q̃ pilo carerẽt. Nã abſolutũ poſitũ ẽ raſa & nũero plurali apď

Cærulea indutus ſcutulata: aut galbana raſa:
Et per iunonem domini iurante miniſtro.
Ille tenet ſpeculum patici geſtamen Othonis
Actoris arunci ſpolium:quo ſe ille uidebat
Armatum:cum iam tolli uexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus:atq; recenti
Hiſtoria: ſpeculum ciuilis ſarcina belli.
Nimirum ſummi ducis eſt occidere galbam.

Priſcos in uſu fuit Toga raſa & pexa: que contrariæ erãt. Nã raſa ſine pilis erat:pexa uero uilloſa. De quibus ſic Mar. Raſam tu mihi mitte togam Et alibi. Togã ue pexã. Pli.itẽ ſcribit. Lanam hiſtriæ liburniæq́ue lino ꝓpriorẽ q̃ lanæ eſſe alienã pexis:& q̃ ſola ars ſcutulato textu cõmendat: ita ut bñ cõueniat togæ raſæ: q̃ ſcutulato textu conficiebať.i.breuibus ſcutis diſtinguebatur. ¶ Galbana:genus eſt coloris albi: ut aliqui putant: & ſublucidi:q; malũ & delicatoꝝ fuiſſe oſtẽdit non ſolũ Iuuenalis: ſed & Mat. quũ hoĩem muliebrĩ indutũ galbanatũ appellat:uñ ẽt idẽ Mar. Mores appellat galbinos.i.molles & effœminatos. Tunicã galbinã a colore galbão appellat: ſic flauius uopiſcus in Aureliano. Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea:tunica galbina. Galbanũ itẽ:ut ſcribit Pli.li.xii.arbor ẽ ſyriæ in Amano mõte ſĩis ferulæ reſinã ꝓducẽs purã & trãſlucidã. ¶ Et p Iunonẽ dñi. Oĩa inqt faciũt: quemulieꝝ ſiunt:ut ẽt nõ per geĩũ: ſed p Iunonẽ dñi iurẽt. Nã placuit qbuſdã:ut autor ẽ Seneca:ad Luc.li.xix.ep̃la .cxi. Vnicuique noſtrũ pædagogũ dari deũ:nõ qdẽ ꝑmariũ:ſed hũc inferioris notæ ex eoꝝ nũero:quos Ouid. ait de plebe deos:Stoici uero affirmarũt ſingulis & geniũ & Iunonẽ dari: uñ & Pli.li.i.ca.vii.ſic inqt. Quãobrẽ maior cœlitũ populus ẽt quã hoĩum ĩtelligi põt:quũ ſinguli ex ſemetipſis totidẽ deos faciãt Iunones genioſque adoptando ſibi:ex quo uideť ĩnuere mares cõſueuiſſe per deos maſculos:fœminas uero per deas iurare:uñ mõ poeta ait ſacerdotes ipſo more fœmineo per Iunonẽ iurare:ſicuti iurat ſiue iprecať Quartilla apud petroniũ his uerbis. Iunonẽ meã iratã habeã:ſi unquã me meminerim uirginẽ fuiſſe. Licet Socrates apud Platonẽ ĩ Gorgia iuret p Iunonẽ:ita ut de hoc adhuc querẽdum cẽſeã. ¶ Ille tenet. Ea ſacerdotibus inqt alius tã grãde hẽt ſpeculũ: quo ſe polit q̃ grãde fuit illud Othonis:quo ſe in acie uidebat. De quo ita & Sydonius Apollinaris. Poſt ſpeculi ĩmãis põpam:quo ſe ille uidebat. Hinc turpis:qď pulcher otho. Idẽ alibi. Galbã ſternis otho ſpeculo: q pulcher haberi dũ captas:ſicque per trãſitum molliciẽ othonis ſuggillat:q ut ſcribit Tran. adeo mollis fuit & mũditiaꝝ muliebrium ſtudioſus:ut uulſo corpe:& galericulo capiti pp raritatẽ capilloꝝ adaptato incederet:qn & faciẽ quotidie raſitabat:& pane madido linebat. Idq; inſtituit a ꝑma lanugine:ne barbatus unquã eſſet. ¶ Geſtamẽ: appoſitio ẽ: hoc ẽ q̃le ſolebat geſtare Otho. ¶ Patici Othonis.i.patiẽtis muliebria. Nã(ut ſcribit Tran.)Neroni cõſuetudine mutui ſtupri cõciliatus ẽ. ¶ Actoris arũci. Alia appoſitio. Hoc aũt hemiſtichiũ uirgilianũ in dedecus dicit Othõis q nõ iã ingẽtẽ haſtã more Actoris uiri fortiſſimi portabat:ſed ingẽs ſpeculũ:ut mollis & effœminatus: legẽdum que ẽ ironicos.q d.nõ iã ſpoliũ ablatũ hoſti:q̃le fuit haſta:quã Turnus Actori abſtulit. ¶ Quum iam tolli uexilla iuberet.quũ iã in hoſtes acies dirigeret ſublatis ſignis. ¶ Res memorãda. Acclamatio eſt in deriſum Othonis ut ſit nõ memorãda:ſed ſupprimẽda. ¶ Nouis annalibus:ĩter ãnales & hiſtoriã hoc ĩtereſt:q; ãnales: q̃tũ potuimus colligere ex uerbis ciceronis & Gelii ſunt libri cõtinẽtes res geſtas pluriũ annoꝝ:obſeruato cuiuſque anni ordĩe: uñ & nomẽ accepe nudi aũt ſunt & ſimplices:uelutique cõmẽtarii:q breuiter rem cõplectẽtes materiã præbeant uolẽtibus ſcribere hiſtoriã:neque.n.affectus mouẽt:neque alacriores ad rẽp.defendẽdã: neque ſegniores ad rem perperã faciẽdam annales cõmouere p̃nt. Hiſtoria uero eſt reꝝ geſtaꝝ narratio:uel demonſtratio dicta ab ἱστορέω qď eſt idẽ qď narro:unde Ci.in.ii.de oratore. Erat hiſtoria annaliũ cõfectio:res oẽs ſinguloꝝ annoꝝ mãdabat lr̃is põtifex maximus:efferebatque in albũ & ꝓponebat tabulã dõi ptãs ut eſſet pp̃lo cognoſcẽdi: hique ãnales maximi noĩanť. Vir.itaque oĩum reꝝ pitiſſimus ĩducit Aeneã tãquã põtificem dicere. Et uacet ãnales nr̃orum audire laboꝝ. Quũ ergo Aeneas:ut põtifex ĩducať:merito ãnales appellat hiſtoriã. Hiſtoria ut ſcri. Gelius:q̃ rõne quoue cõſilio geſtæ ſunt res demõſtrat. Ex annalibus igitur tanq̃ ex breui: nudaque materia ſumebať hiſtoria q̃ rẽ uberius perſcribit:q̃ affectuũ plena ẽ:ergo annales idẽ oĩo ſunt:q; hiſtoriæ: ſed hiſtoriæ nõ oĩno id qď ãnales tanq̃ alteꝝ ſit ſp̃ãle:alteꝝ gñale:ſicuti qď ẽ hõ id neceſſario aĩal ẽ:q; ẽ aĩal nõ id neceſſe ẽ:ut ſit hõ. ¶ Speculum ciui.ſar.belli:ueluti acclamatio in cõtẽptũ tãtæ molliciei:q; ĩter cætera belli machĩamẽta ſpeculũ geſtareť. ¶ Bellici:bellũ app̃llat ciuile:qď ĩter Othonẽ & Vitelliũ geſtũ fuit ad Bebriacũ uicũ ĩter Cremonã & ueronã: ubi duabus Otho cladibus acceptis ſuperatus eſt. De quo bello & loco Pli.meminit li.x.ca.xlix. ¶ Nimiꝝ: inſultatio eſt in Othonem:ut effœminatũ q.d.rem facit mõſtruoſam Otho:q impatores de regno eiicit:& cutẽ more mulieꝝ curat:q̃ſi cõtraria. Nã quũ ab Galba adoptari expectaret:iſque Piſonẽ ꝓtuliſſet ĩdignatus:ad uique cõuerſus eum a ſuis deſertũ ĩteremit. Galba aũt ſeptimus fuit ĩpator:q Neroĩ ſucceſſit nullo gradu cõtingẽs Cæſaꝝ domũ: lege Suetoniũ. De cæde itẽ Galbæ & Othõis & pugna Bebriaca meminit Ioſephus de bello iudai.v.li.ſic. In medio nãque romanoꝝ foro Galba perempto creatus Otho ĩperator cũ Vitello ĩperãte pugnabat:quẽ germanoꝝ tunc manus elegerat. Habito aũt apud Bebriacũ gallaciæ ꝑlio cum ualente & Cina uitelli ducib. ꝑmo die Otho ſupauit:altero Vitellii milites:multiſque trucidatis & aduerſæ partis audita uictoria Otho ap̃ briſellũ ſemet occidit

galbanũ

annales Hiſtoria

Bebriacus

¶ Curare cutẽ:faciẽ(ut dixĩus)quotidie rasitare:& corpus uellere. ¶ Affectare:est aĩum hẽre ĩtentũ ad aliquid ha bendũ:ut gigãtes Affectauerũt cœlũ.i.aĩum intentũ habuerũt ad habendũ cœlũ:& Cæsar affectat ĩperiũ.i.aĩum in tentũ hẽt ad habẽdũ ĩperiũ. ¶ Spoliũ palati:pro palatii:ubi sedes erat ĩperatorũ.Nam prĩus fuit Romulus:autore Liuio ĩ prĩo:q palatiũ:ubi educatus ipse fuerat : muniit.Sic.n.dixit queadmodum alibi purpureus magni ructaret scurra palati.Et Petronius:Fama uolat summiq; petit iuga cella palati.Ex septẽ enĩ collibus urbis fuit palatiũ : uñ Ci.ĩ officiis Cn.Octauiũ preclarã ædificasse in palatio:& plenã dignitatis domũ:& ĩde domũ palatinam appellarũt

Affectaĩ

Palatiũ

Et curare cutem summi constantia ciuis.
Bebraici in campo spolium affectare palati:
Et pressum in faciem digitis extendere panem.
Quod nec ĩ assyrio pharetrata Semiramis orbe:
Mœsta nec acciaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus uerbis pudor:aut reuerentia mensæ.
Hic turpis cybeles:& fracta uoce loquendi
Libertas:& crine senex phanaticus albo
Sacrorum antistes:rarũ ac memorabile magni
Gutturis exemplum:conducendusq; magister.

Italicos populos spe ciuitatis romanæ solicitauit. Iisq; adiuuātibus per uim legib. agrariis frumētariisq; latis legem quoq; iudicialē tulit: ut æqua parte iudicia penes senatū: & æquestrem ordinē essent: quū deinde promissa sociis ciuitas prestari non posset. Irati italici defectionē agitare cœperunt: pp qd'. M. Liuius Drusus et senatui inuisus factus uelut socialis belli autor icertū: a quo domi occisus ē. Contra āt matrē & parentē suam urbē: oē latiumq;: atq; picenū. Aetruria ois atq; campania postremo italia cōsurrexerunt. Eo bello nihil unq̄ fuit calamitosius. ¶ Amico cardiaco. i. laboranti dolore cordis καρδία. n. cor significat: cardiacis āt uino optimo maxime succurrit'. id autē morbi genus nihil aliud ē quā nimia ibecillitas corpis: q̄ stomacho languente imodico sudore digeritur: Hæc celsus lib. iii. Sene. ad Lucil. Bibere & sudare uita cardiaci est Pli. ait. Cor eius cremari non posse qui tali morbo perierit. ¶ De monti. al. uinū albanū intelligit prædulce. Albanæ. n. uuæ urbi uicinæ ꝑdulces sunt: ut scri. Pli. li. xiiii. ca. vi. ¶ De se. diuus Aug. setinū pretulit cunctis: dictū a Setia ciuitate campaniæ. Mar. Pēdula pōtinos que spectat Setia cāpos. Exigua uetulos misit ab urbe cados. ¶ Multa fu. mlta nigricie. Fuligo est nigricies ois: q̄ ex fumo ꝓuenit, q̄si fumigo. Apul. in pria apologia. Parietes fuligine deformatos ait. i. fumigatos. ¶ Veteris te. uasis. Nam apud ueteres uina uasis fictilibus cōdebantur: obturabātq; gypso: lege Pli. li. xiiii. unde sæpe est apud poetas uasa lini: ut illud Terē. Vasa oīa relleui. i. apui: remoto gypso: est. n. releui ꝓteritū relino. Appellatione āt testæ intelligimus & uasa itegra: & uasoꝝ fragmēta. ¶ Trasea he. bi. adeo uterq; libertatis studiosus fuit ut natalē diē brutoꝝ & cassii: qui patriā a tyrānis liberauerant: sūma poculoꝝ hilaritate celebraret. Petus Trasea patauinus fuit: cui Nero: ut Tacitus scri. infensus ualde factus est: q. s. senatu egressus eēt: quum de Agripina referret': & q̄ Iuuenalium ludrico parꝝ expectabilem operā prebuisset. ea enim offensio altius penetrabat: quia idem Trasea Patauii: unde ortus erat: ludis cæsticis a Troiano anthenore istitutis: habitu tragico cecinerat. Die quoq; quo ꝑtor Antistius Sosianus ob facta in Nerōnē probrosa carmina exilio mulctatus ē: mitiora cēsuit: obtinuitq; & quū diuini honores poppeæ decernerent': sponte absens funeri nō interfuit. Nec poppeā deam credidit: ob que Nero: stimulante Capitone: Cossutiāo: Traseæ inimico eū ad necem cōpulit: uenis enim utriusq; brachii excisis: uitā cū sanguine amisit talibus uerbis usum capitonē Cossutianū tradit Tacitus cōtra traseā. Frustra Nero Cassium amouisti: si gliscere & uiggere Brutoꝝ æmulos passurus es: Trasea āt fuit socer Heluidii: de quo ita Tacitus: Heluidius: priscus regione italiæ: Terracine municipio: eluuio patre: qui ordinem primipili duxisset: ingeniū illustræ: altioribus studiis iuuenis admodum dedit: non ut plerique: ut noīe magnifico: segne ociū uelaret: sed quo firmior aduersus fortuita rēp. capesseret: doctores sapientiæ secutus est: qui sola bona: que honesta: mala tantū que turpia nobilitatē cæteraq; extra aium: neq; bonis: neq; malis annūerabat. Quæstorius ad hūc a peto Trasea gener delectus a moribus soceri nihil æq; ac libertatē hausit: ruina soceri in exiliū pulsus a Neróe Apolloniā concessit: ut Galbæ pricipatu rediit: Marcellum Ebriū delatorem Traseæ accusare aggreditur: hic postea Vespasianum in studio libertatis offendit: ut putaret id optante auūculo Claudio ptistinum libertatis statum posse reuocari: quo nomine reus: ac preter spē absolutus est. Hi ergo duo Trasea & Heluidius: Brutoꝝ æmuli fuerunt in tuenda libertate. Hæc autem historia inserta est a poeta: non tam ut bonum uinum designaret: quā in inuidiā Domitiani: qui ut tradit Suetonius Iunium rusticum necari iussit: quoniā peti Traseæ: & heluidii laudes ediderat appellaueratq; eos sanctissimos: preterea eadem de causa philosophos omnes ab urbe expulit: & Heluidiū Heluidii filiū sustulit. ¶ Corōati sūptū ab Ionib. ppl'is asiæ: q̄ unguenti corōarūq; i cōuiuio dandarū: & secundæ mensæ ponendæ cōsuetudinē haud parua luxuriæ instrumenta: ut tradit Valerius: reperierūt: Veꝝ eū morē hoīes prius accepisse uident' a prometheo: q̄ quū ab Ioue uinculis liberatus fuisset: in monte caucaso coronā habuisse fertur: ut se uictorē ipune peccasse diceret. Itaque homines in maxima lætitia uictoriaque coronas habere cōstituerunt. Idemque maxime in exercitationibus conuiuiisque est custoditū. Lege Higinū. ¶ Cassii: nam & Cassius unus fuit ex interfectoribus Cæsaris studio libertatis. ¶ Ipse capa. Ordo est ipse uitro tenet phialas: appositiue capaces crustas heliadū: & inæquales berillos. Sicque designat Electrum: ex quo uasa potoria magni precii fiebant: id autem erat aurum: ubi quinta argenti portio inerat. Nam quum omni auro insit argētum uario pondere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua parte. Vbicunq; argēti quinta portio inest: electrum uocatur: ut scri. Pli. lib. xxxiii. ca. iiii. Ex electro in lindo isula rhodiorum. Helena sacrauit calicem Mineruæ māmæ suæ mensura. Electri natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Id poeta prosequitur: quod græci mendaciorum affectatores finxerunt: quod nostri postea imitati sunt. Phaetontis fulmine icti: sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridāum amnē: quem padū uocamus: & electrū appellatum: quoniam sol uocitatus sit electros. Quod esse falsum italiæ testimonio patet: neque enim in Italia ex arboribus fluere electrum cōstat: licet Oui. græcos imitatus dixerit. Deque ramis electra fluunt: que lucidus amnis. Excipit: & nuribus mittit gestanda latinis. Vñ & Mar. lib. iiii. græcos secutus ita dicit. Flentibus heliadum ramis dum uipera serpit. Fluxit in obstantem succina gemma Feram. Quæ dum miratur pingui se rore teneri. Concreto riguit tecta repente gelu. Nam succino siue electro illo ex arboribus destilante: animalia plerunque corripiebantur: quæ ita inclusa perpetuo uiuere uidebantur. Marti. in eodem lib. Et latet & lucet phaetontida condita gutta. Vt uideatur apis nectare clausa suo. Heliadum igitur sororum phaetontis: quæ in arbores populos fletu nimio mutatæ sunt ex quib. electrū fluat: & inde calices fiant. Helios enim sol appellatur. De electro & succino multa Pli. lib. xxxv. cap. ii.

Cardiaco nunquā cyatum missurus amico.
Cras bibet albanis aliquid de montibus: aut de
Setinis: cuius patriam: titulumq; senectus
Deleuit multa ueteris fuligine testæ:
Quale coronati thrasea Heluidiusq; bibebant
Brutorum & Cassii natalibus: ipse capaces

Cardiacus
Setinū uinum
Fuligo
Testa
Corōati
In cōuiuiis
Electrū

Berilli ¶ Inequalesq; berillos. Nam berilli: aliiq; lapides ꝑciosi poculis aureis inserebant. Berilli at coloris sunt chrystalli: sed crassioris: de hoc Mar. Et foelix niueum postula uincit ebur. Inæquales dixit: quia ut testat Pli. lib. xxxii. sex angulari forma poliebantur: ut color repercussu angulorum excitaretur. Hos autem mittit india. ¶ Tibi non cõmittitur aurꝫ: hinc apparet electrum esse ex gñe auri. ¶ Virro: nomen fictum diuitis. Qui numeret gẽmas: Gẽmatos calices intelligit. Nam poculis aureis gẽmæ inserebant: & precipue smaragdi: qui scythici dñr Pli. prohœmio lib. xxxiiii. Nec hoc fuit satis: turba gemmaꝝ potamus: & smaragdis teximus calices: ac temulentiæ causa tenere indiã iuuat. Mar. Gẽmaꝝ scythicis ut luceat ignib. auꝝ. Asp ce quot digitos exuit iste calix. ¶ Da ueniam ironicos: non est inquit mirũ si tam acurate custodiunt pocula. nam illic sunt iaspides preciosi: q mereñt custodiri: sicq; imoderatam sui temporis luxuriam taxat: & nimias deliciꝫt.

Iaspis ¶ Iaspis. Lapis est q uiret: & sæpe translucet: plurimæ ferunt eã gentes: & in agro nostro Brixiano maxima est uarii generis copia: sed quum diuersorũ sit colorum: optima est illa: que purpuræ quicq̃ hẽt. Secunda que rosæ. Tertia que smaragdi. ¶ Nam multi: tanta inquit est Lautitiæ affectatio apud Romãos: ut multi lapidibus preciosis: qui in digitis gestandi sunt: Calices ornẽt. ¶ Quas in uaginæ: solebat inqt Aeneas Troianus talibus lapillis non pocula sed uaginam gladii adornare: ut per Aeneam itelligas oẽm antiquitatẽ: q̃ oñdit a deliciis pẽitus fuisse ab horrentẽ: ut sic molliciẽ sui sæculi dãnet: eleganter ãt Aeneã noĩauit: utpote a quo Romani originẽ traxerunt: ac si dicat eos a uestigiis maioꝝ multũ declinasse. ¶ In fronte uaginæ: in sup̃cie & pte exterio re uagiæ: allusit autẽ ad illud Vir. Stelatus iaspide fulua Ensis erat. Iuuenis: Aeneas. s. ¶ Prælatus hi. quẽ Diodo. Hiarbæ regi Libyæ i amore ꝑposuit. Spreto. n. hiarba nupsit Aeneæ.

Zelotypus ¶ Zelotypo: Aemulo Zelotypus. n. dici potest æmulator formæ. Nã ζυλοσ æmulatõ est τυποσ forma: qui ergo ita amat: ut timeat: nequis amore suo fruat zelotypus est. Zelotypia diffinitur a Chrysippo: ægritudo animi ex eo prouueniens: quod timeas: ne adsit alteri: quod cum nemine uelis hẽre cõe.

> Heliadum crustas: & inequales berillos
> Virro tenet phialas: tibi non cõmittitur aurum
> Vel si quando datur, custos affixus ibidem:
> Qui numeret gẽmas: unguesq; obseruet acutos.
> Da ueniam: preclara illic laudatur iaspis.
> Nam uirro: ut multi, gẽmas ad pocula transfert
> A digitis: quas in uaginę fronte solebat
> Ponere zelotypo iuuenis prælatus hyarbæ.
> Tu beneuentani sutoris nomen habentem
> Sicabis calicem nasorum quattuor: ac iam
> Quassatum: & rupto poscentem sulphura uitro.
> Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;,
> Frigidior geticis petitur decocta pruinis.
> Non eadem uobis poni modo uina querebar,
> Vos aliam potatis aquam. tibi pocula cursor.
> Getulus dabit: aut nigri manus ossea mauri;
> Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
> Cliuosæ ueheris dum per monumenta latinæ

¶ Tu beneuentani sutoris: Tu quum uoles bibere: calices non habebis aureos: sed uitreos & deformes. Nam uatinius quidam beneuentanus sutor uitrearius fuit: cuius calices uitrei & deformes erant. Mar. Vilia sutoris calicem monumenta uatini. Accipe: sed nasus longior: ille fuit. De uatinio ita scribit Cornelius Tacitus loquens de Nerone: Apud Beneuentum interim consedit: ubi gladiatorium munus a uatinio celebre edebat. Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit sutrinæ alumnus: corpore detorto: facetiis scurrilibus: primo inter contumelias assumptus: dehinc optimi cuiusque criminatione eo usq; ualuit: ut gratia: pecunia: ui nocedi inter maximos emineret. Poeta autem in contemptu uatinii fœdissimi hominis: calices eius noĩat magis q̃ alterius opificis. Nomẽ sutoris. nam calices uatiniani appellabantur a nomine ipsius uatinii. ¶ Nasorum quattuor: quattuor rostrorum: ut sit descriptio uasis. Nam ita protensis quattuor rostris instar nasorum fingebantur: unde est illud Mar. in distichis. Vilia sutoris calices monumenta uatini. Accipe: sed nasus longior ille fuit. ¶ Poscentem sulphura: Nam uitrum ruptum sulphuratis permutabatur. Mar. Qui pallentia sulphurata fractis. Permutat uitris. Statius in syluis lib. ii. Quique cõminutis permutat uitreis gregale sulphur.

Decocta ¶ Decocta: aqua cocta absolute dicitur decocta. Scribit Plini. lib. xxxi. cap. iii. Neronis principis inuentum esse decoquere aquã: uitroque demissam in niues refrigerare: ita uoluptas frigoris contingit sine uitiis niuis. Vnde Mar. Non potare niuẽ: sed aquam potare rigentẽ. De niue cõmenta est ingeniosa sitis. Sene. lib. xv. ad Lucilium. Quid tu illam æstiuam niuem non putas callũ interioribus obducere: appellat ãt niuem æstiuã: q̃ decocta refrigerabat. Didicerunt. n. luxuria monstrãte romani: ut docet Sene. ad Lucilium: niues tẽpus æstatis: locis subterraneis custodire. ¶ Vos aliã po. aq̃: frequẽs est cõquestio apud Martialem: cliẽtes pari-

Apedibus bus cũ dño non excipi dapibus: ut illud in. iii. li. i pôticũ. Quũ uocor ad cœnã nõ tã uenalis ut ante. Cur mihi nõ eadẽ que tibi cœna dat. ¶ Cursor: nõ delicatus pĩcerna: sed q iter seruos ẽ cursor: & q officium hẽt eundi quocunque missus fuerit a dño: ii ẽt apedibus dicebant Mar. Cursorẽ sexta tibi ruffe remisimus hora. Carmina quem madidus nostra tulisse reor. Idem in. iii. Sed tuta fœno cursor oua portabat: nam mira erant pedũ pnicitate Spartianus ĩ uita cõmodi scribit: eũ cursoribus suis exemplo cupidinum alias frequẽter ap posuisse: eosque uentoꝝ noĩbus sæpe uocitasse. Coream aliũ: aliũ notũ: & itẽ aquilonẽ: aut circiũ: cæterisque noĩbus appellans. Et idefesse atque inhumaniter faciens cursitare. ¶ Getulus: ex getula africæ regione. ¶ Manus ossea. i. æthiops ipse osseus: nam æthiopi manus & reliqua corpis membra sunt exilia & sine pulpa. Nolis occurrere: uerreris enĩ ne manes essent alicuius: qui ex bustis

Monumenta existent. ¶ Monumenta: sepulchra dicta a monendo: q moneant: & nos mortuoꝝ & maioꝝ nostroꝝ: uñ & monumenta dicimus q̃cũque nobis memoriã alicuius rei relinquũt. ¶ Latinæ: de uia latina dictum in calce p̃me Satyræ.

¶ Flos asiæ.i.formosissimus pocillator ex asia. Inde.n.pulcherrimi habebant̄ serui. ¶ Quã fuit' census. Nec mi̧tanti seruũ emi:quũ scribat Pli.li.vii.ca.xii.M.Antoniũ duos pueros eximios forma mercatũ fuisse ducentis sester⸗tiis. ¶ Census Tulli:pluris inq̄t[seruos mercant̄ q̄ fuerint]opes Tulli tertii romanoꝝ regis: q Remulo ẽt ferocior fuit:uñ pugnacẽ appellauit. Vir.in sexto. Cui deinde subibit: Ocia q rũpet patriæ:residesq; mouebit: Tullus in arma uiros. ¶ Ancus martius quartus fuit rex a romulo:nepos numæ põpilii ex filia ætate & religione auo similis. Hi ãt paupes fuere reges. ¶ Et ne te teneã:ne lõgo uerboꝝ amfractu te remorer. ¶ Omnia friuola tñ inq̄t impẽ — Ancus martius

Flos asiæ ante ipsum precio maiore paratus:
Quam fuit & Tulli census pugnacis: & Anci.
Et ne te teneam, romanorum omnia regum
Friuola.quod cum ita sit, tu getulum Ganymedem
Respice cum sities:nescit tot miuibus emptus
Pauperibus miscere puer:sed forma:sed ætas
Digna supercilio:quando ad te peruenit ille?
Quando uocatus adest calidæ: gelideq; minister?
Quippe indignatur ueteri parere clienti:
Quodq; aliquid poscas: & q̄d' se stante recumbas.
Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum:solide iam mucida frusta farine:
Que genuinũ agitent non admittentia morsum.
Sed tener: & niueus molliq; siligine factus
Seruatur domino:dextram cohibere memento.
Salua sit artocopi reuerentia:finge tamen te
Improbulum, superest illic:qui ponere cogat.
Vix tu consuetis audax conuiuia canistris
Impleri:panisq; tui nouisse colorem.
Scilicet hoc fuerat:propter quod sepe relicta
Coniuge per montẽ aduersum:gelidasque cucurri

dũt in emẽdis seruis:ut oẽs regum rõanoꝝ facul⸗tates talibus pcus sunt inferiores. ¶ Oia friuola.i. nullius fere pcii in cõparationẽ eoꝝ:q̄ impẽdunt̄ in comparandis seruis. Nam friuola:autore festo: ꝑprie Vasa fictilia quasã: unde dicta uerba friuola:que minus sunt fide subnexa. De quo uocabu⸗lo plura diximus in.iii.saty.illic. Friuola transfert Vcalegon. ¶ Tu getulum ganymedem respice: ac si dicat non ẽ q̄ credas tibi a talibus pocula ministrari:sed respice ganymedem getulum.i.pincernam deformem & nigrum:utpote sole ustulatum quem supra cursorem dixit. Ganymedem autem Ironicos dixit. Nã is puer fuit delicatissimus Tros regis & Caliores filius:quem iuppiter uenantẽ conuersus in aquilam tulit i cœlum:mensæq; suæ remota hebe filia adhibuit pocillatorem. ¶ Sed forma.non ẽ inquit mirandum:si pauperibus ab⸗nuit ministrare:habet enim formam & ætatem dignam fastu & grauitate:nam in supcilio:ut autor est Pli.fastus & superbia sedẽ habet: licet in corde nascatur. ¶ Quando ad te peruenit.q.d.nunq̄ ad te ꝑuenit. ¶ Caldæ gelidæq; minister. Nam rõani habebant ministratores: qui domino calidã & gelidam aquã miscebant urceis.quos ministrato⸗rios appellabant: de q̄bus Mar.in ulti. Frigida nõ aderit non deerit calda petenti. Sed tu morosa ludere parce siti. Calda aũt ꝑ calida ueteres sunt usi. Vnde Quin.li.i.ita scri. Augu.quoq; in epi.ad.C. Cæsarẽ scriptis emẽdatius calidũ dicere q̄ caldum maluit:non q̄a id n̄ sit latinũ:sed q̄a sit odiosum. ¶ Ecce:pticula ẽ qua rẽ aliq̄ nouam & recentem ostendimus. ¶ Alius: subaudi seruus & minister. ¶ Mucida:mucore corrupta. ¶ Agitẽt:labefaciãt. ¶ Genuinũ:genuini dentes sunt hoi nouissimi:q circiter uigesimũ annũ gignunt̄ multis & .lxxx.autor ẽ Pli.dicti:q; a genis:ut scri.Festus:pendeant. ¶ Moli siligine Delicatissimus panis conficiebat̄ ex siligine:de quo Sene.sic in epist.de abstinentia & tẽperantia esus. Malũ panẽ inq̄s:expecta:bõus fiet: ẽt illũ teneꝝ tibi & siligineũ fames reddet. Idẽ de parsimonia uictus: utrũ hic panis sit plebeius an siligineus ad naturã nihil ꝑtinet. Pli.li.xviii. Siliginẽ dixerim ꝑprie tritici delicias:cãdor ẽ:& sine uirtute & sine pondere. Colu.li.ii.nec nos tanq̄ obtabilis agricolis fallat siligo. Nã hoc tritici uitiũ est:& q̄uis candore prestet:pondere tñ uincit̄. ¶ Artocopi:hoc ẽ pãis siliginei multo labore cõfecti ut docet cõpositio. αρτοσ enim panem significat & κοποσ laborẽ:& licet Pli.multa genera panũ noiet:ut ostrearios:artolaganos:speusticos:furnaceos:prichos:multosq; alios:nõ tñ Artocopus nomen ẽ ꝑpriũ panis:sed ipm intelligit siligineũ q multo labore cõfectus sit. Græci tñ αρτοκοποσ & αρτοκοποιον pistorem appellant:artoptã uidetur Plau.in Aulula.pro mensa panaria accipere quum ait. Ego hinc artoptã ex proximo utendam peto a Congrione:alii uero putant accipi ꝑ testa:ubi panis coqueretur:facta cõpositõe αποτου αρτου quod est panis & οπταω asso: artoptæ meminit & Pli.li.xviii.ca.xi.ubi locus est corrigẽdus:nam ꝑ artopta artoptesia scriptũ est. ¶ Salua sit reuerentia:salua dicit̄ reuerẽtia:quũ non uiolatur:fac inq̄t in pane illo reuerentiã nõ amittas:ut sit nõ tangas quasi cui reuerentia sit habenda. Verba sunt poetæ ridentis tam supbas & cõtumeliosas cœnas diuitum. ¶ Finge tñ:hoc est si te finxeris aliquantulũ audacẽ:ut apphendas panẽ:statim adest:q te inclamet:cogatq; deponere eũ. ¶ Improbulum.audaculũ. ¶ Vis tu cõsuetis:uerba sunt serui increpantis:uis ne panẽ tuũ cõsuetũ cognoscere: eoq; ipleri?legendũq; est cum obiurgatoria interrogatõe. Et uis legendum est a uolo & non nix. Est enim uerisimile:ut quem cogat panem de⸗ponere:cum ẽt acerbe rephendat. ¶ Scilicet hoc fuerat:uerba sunt Clientis conquerẽtis pro laboribus suis æquam mercedem sibi non rependi. ¶ Scilicet hoc fuerat:certe inquit hæc tam benigna in cænis tractatio fuerat causa:ut tot incommoda sustinerẽ. Legendumq; est cum Ironia. Nam hæc particula.s.fere semper ironicos profertur. Vt Persius Scilicet hoc populo Pexusque togaque recenti. Teren. Id populus curat.s. ¶ Sæpe relicta coniuge:osten⸗dit se sæpe ante Lucane tempore relicta coniuge ex lecto surrexisse: ut diuitem comitaretur euntem salutatum.

Calda

Ecce

Gẽuini

Pãis ex siligine

Artopta

Locus plinii

Scilicet

Aesquilias: fremeret saeua quum grandine uernus
Iuppiter: & multo stillaret penula nymbo.
Aspice quam longo distendat pectore lancem
Quę fertur domino squilla: & qbus undique septa
Asparagis: qua despiciat conuiuia cauda:
Cum uenit excelsi manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo
Ponitur: exigua feralis coena patella.
Ipse uenafrano piscem perfundit: at hic: qui
Pallidus offertur misero tibi caulis, olebit
Laternam: illud.n. uestris datur alueolis: quod
Canna mycipsarum prora subuexit acuta:
Propter qd' romae cũ Boccare nemo lauatur:
Quod tutos etiam facit a serpentibus atris.
Mulus erit domino: quem misit corsica: uel quem

Exquiliae ¶ Exquilias: unus est ex septẽ collibus urbis: dictae exquiliae ab excubiis regis: uel ab eo: q excultae essent a rege Tullo: un regio exqlina scda urbis. Lege Varro. ¶ Fremeret. hinc maxie emergit q̃rela. ¶ Iuppiter uernus. i. aer. Nam **Nymb.** iuppiter: autore Varro. aer dicitur & coelũ. ¶ Nymbo. Nymbus pprie appellatur: autore Seneca: pluuia repentina **Penula** maximo cum ipetu. ¶ Penula: tẽpore pluuio sumebatur penula. Aelius spartianus in primo opis sui limine sic scribit de Hadriano. Tribunus plebis factus est: in quo magistratu ad ppetuam tribunitiam potestatẽ omen sibi factũ asserit: q penulas amiserit: qbus uti tribuni pleb. tpe pluuiae solebant: Imperatores aũt nunq̃: un hodie quoq im peratores sine penulis a togatis uidetur. hinc ẽ locus ille apud Quintilianũ. Quũ Galla roganti penulã amico redit: nõ pluit n opus ẽ tibi: si pluet ipse utar. Vulpianus iuris cõsul. scribit: pẽulã cõem eẽ habitum tam uirorũ q̃ mulierum. Tradit Lampridius Alexãdrum constituisse: ut senatores pẽulis intra urbem frigoris cã uterentur: quũ id uestimẽti genus sp itinerariũ: aut pluuiae fuisset. Matrõas intra urbẽ uti uetuit penulis. Varro in Virgula diuina scribit: ut ẽ autor Marcellus. Nõ q̃rẽda ẽ penula hoĩs: q habet uirtutẽ. Penulae autem repertores Lacedaemonios fuisse scribit Tertuliãus i Apologetico. ¶ Aspice: alium luxũ ostẽdit diuitis: cũ maxima cliẽtis cõtumelia: sunt eni uerba poetae. Aspi **Squilla** ce inqt q̃ grandis Squilla paret' dño: tibi ãt cãmarus tantũ. Squilla aũt genus ẽ piscis ex genere concharũ: de qua sic Cicero in libro de natura deorũ. Pinna uero: sic eni graece dicit' duabus grandibus patula cõchis cũ parua squilla quasi societatẽ coit cõparandi cibi. Oratius satyra octaua. Affert' squillas inter murena natãtes In patina porrecta. ¶ Distẽdat: impleat. ¶ Asparagis: asparagi dicti sunt: q **Asparagus** ex asperis uirgultis legunt': & ipsi scapi asperi sint: non leues: nisi dictio sit graeca nã ασπαραγος dr: haec Varro. ¶ Qua cauda: qua maxime expetitur. Nam in squilla & locusta cauda optimi habebatur saporis. Fuisse autem lautae gulae docet Suidas: q scribit Apiciũ eo cibi genere bona cõsumpsisse: & eius auiditate in africã nauigasse. ¶ Despiciat: deorsum aspiciat: quũ sublimis a ministro ferat': sequitur enim Excelsis manibus sublata ministri. ¶ Cãmarus: ẽ ex genere piscium conchiliatorum: cuius meminit & Mart. Cõcolor i rubra cammare lance ru **Cammarus** bes. De eo sic & Lampridius in Heliogabalo. Primus fecit Iutia de piscibus: primus de ostreis & lichostreis: & huiusmodi marinis cõchis: & locustis: & Cãmaris: & Scyllis. ¶ Cõstrictus ouo. Cãmari enim immixti ouis coquebant'. **Coena feralis** ¶ Coena feralis: appositio ẽ. i. coena qualis mortuis dabatur. Vnde Apu. in. iiii. Floridorum. Exclamauit uiuere hominem: procul ignes amolirentur: rogum demolirentur: coenam feralem a tumulo ad mensam referrent. Feram. n. ueteres mortem appellauere. ¶ Venafrano. Totus. n. ager uenafranus bonitate olei cõmendatur. Vnde illud Plinianum & uulgo principatum in hoc quoq bono obtinuit Italia toto orbe: maxime agro uenafrano. est autem Venafrum oppidum campaniae. De oleo uenafrano Mart. Hoc tibi campani suadauit bachea uenafri. Vnguentũ quoties sumis & istud olet. ¶ Pallidus caulis. nam Brassicae pallescentes fastidium mouebant. Vnde ut uiriditatẽ custodirent cum nitro coquebantur Mart. Ne pallentes moueant fastidia caules: Nitrata uiridis brassica fiet aqua. ¶ Olebit laternam idest oleum: quale laternis solet indi. Nam in usum lucernarum pessimum paratur: laternam autem posuit pro lucerna. ¶ Vestris alueolis: satyrice appellauit patinas pauperis alueolos. Nam alueoli dicuntur **Alueolus** uasa proprie ex ligno excauata: sic etiam in sequentibus alueolos appellauit. Cuius & alueolos & lenam pignerat atreus: ubi locus est corrigendus. nam pro alueolis albiolos legitur. Ergo uestris alueolis, idest uestris patinis uilibus & ligneis. Alueolis item capitur pro tabula lusoria. Varro. Quales sunt tesserae: quibus in alueolo luditur. Vocabulum autem deductum uidetur per diminutionem ab alueo: licet illud diuersa significatione accipiatur: nã pro **Solium** uase ligneo ponitur: quod alio nomine solium appellamus: eo utebantur in balneis: unde Ci. in. iiii. Rheto. ad Heren. Deinde ubi uisum est: ut in alueum descenderet. pro concauitate fluminis: unde dicimus Alueum Tiberis: Alueum padi. ¶ Canna mycip. i. quod ex Numida romam uehitur. Nam Mycipsa Masinissae filius Numidarum fuit rex: qui mortuus regnum tribus filiis reliquit Adherbali: Hyempsali & Iugurthae fratris filio: quem in filium adoptauerat. ¶ Canna acuta prora. idest nauis. Hoc autem dicit: quia ut scribit Plini. lib. vii. cap. lvi. naues fiunt utiles in Nylo ex papyro: & scirpo: & harundine: simulque ad id respexit: quod in India harundines sunt tantae proceritatis: ut ex singulis internodiis nauiculae fiant: quae alueo nauigabili ternos interdum homines ferãt. Autores sunt Plini. lib. vii. cap. ii. Soli. Diodo. Mela. ¶ Cum boccare: tantus inquit est foetor olei: ut nemo romae lauetur cum boccare: hoc est cum Numida aliquo. Boccar autem: ut scribit Liui. lib. xxix. ab urbe condita: rex fuit maurorum: temporibus Masinissae regis numidiae: pro quo nunc poeta intelligit omnes Numidas & mauros: ¶ Tutos a serpen. tanta inquit ẽ uis tetri odoris olei: ut serpentes ipsi fugentur. ¶ Mulus erit: piscis est marinus: de quo in superiore satyra. ¶ Corsica: insula est in mari ligustico: alio nomine appellata Cirnus unde Virgilius i Bucolico. Sic tua Cirneas fugiant examina taxos.

❡ Rupes Tauromínitanæ:hoc ē Sicilia ipſa.Nā Taurominiū oppidū eſt Siciliæ nō lōge a Meſſana oli naxus uocitatū:autore Solino.❡ Quando oē:rō eſt:quare tam ex longinquo petant̃ pices:quoniā inqt iam mare noſtrū piſcibus ē exhauſtū:dum gulæ tantopere inſeruimus Seneca ad Luciliū. Vide quantū regꝫ p unā gulam tranſitum pmiſerit luxuria:terrarūq̃:mariſq̃ uaſtatrix.❡ Macello ſcrutante:hoc ē piſcatore maria quæq̃ uicina explorante. Macellū
Macellū.n.poſuit p piſcatorē. Eſt āt macellū locus ubi obſonia uēdunt̃ dictū:ut ſenſit Dona.a mactādis pecoribus: Macellarii
ut alii uero tradūt a Macello quodā:q exercebat in urbe latrocíniū:quo dānato cenſores Aemylius & Furius ſtatuerūt:ut in domo eius obſonia uēderent̃:a quo Macellarii dicti ſunt:q obſonia uenderēt:non autē q pecora mactarent:ii enī Lanii & laniones ſunt appellati:& laniena locus ubi mactaret̃:de quo pſa aū. Lanii Laniēa

Tauromínitanę rupes:quando omne peractū eſt:
Et iam defecit noſtrum mare:dum gula ſęuit
Retibus aſſiduis: penitus ſcrutante macello
Proxima:nec patitur tyrrhenū creſcere piſcem.
Inſtruit ergo focum prouincia,ſumitur illinc
Quod captator emat Lenas: Aurelia uendat.
Virroni murena datur:quę maxima uenit
Gurgite de ſiculo.nam dum ſe continet auſter:
Dum ſedet:& ſiccat madidas in carcere pennas,
Contemnunt mediam temeraria lina caribdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ:
Aut glacie aſperſus maculis tiberinus:& ipſe
Vernula riparum pinguis torrente cloaca:
Et ſolitus mediæ criptam penetrare ſuburræ.
Ipſi pauca uelim:facilem ſi præbeat aurem.
Nemo petit:modicis quæ mittebantur amicis

❡ Tyrrhenū:tuſcū & romanū.❡ Inſtruit ergo focū:quū mare inqt noſtrū piſcibus ſit exinanitū: ex pꝛinciꝑs & longinqs locis petunt̃:ſicq̃ poeta gulā ſui tpis notat. Quæ ēt a Seneca his uerbis taxat̃.Quod diſſolutus delitiis ſtomachus uix admittat:ab ultimo petat̃ Oceano.uomūt ut edāt: edūt ut uomant.❡ Lenas: p auaro captatore ponit̃:ut Aurelia p orba diuite cui mĺta mitterent̃ munera:uterque aūt fuit tpibus Iuuena.ut Callista & pactius.❡ Captator:hoc ē q muneribus alienas opes captat.❡ Aurelia uendat:nam lucri cupiditate munera uendebat.❡ Murena: Anguille ſimilis eſt in freto ſiculo capiunt̃. Macr.li.iii.Acerſebantur inquit murenæ ad piſcinas noſtræ urbis abuſque freto ſiculo.Lautæ habebant̃ gulæ adeo ut Licinii Craſſi Murenæ ſint cognomiati q hoc piſce effuſiſſime ſint delectati.Lege Pli.li.ix.Colu.& Macrobiū li.iii.❡ Nā dum ſe non uerent̃ inquit piſcatores:qeſcentibus uentis in mari ſiculo: licet periculoſo piſcari:ut oſtendat nihil intactum relinqui ad indomitā gulam explendā.❡ Auſter: Murena
auſtrū poſuit p oibus uentis.❡ In carcere:fabulā miſcet.Nā uēti i Eoliis īſulis:i qb.tpibus iliacis Eolus regnabat:i carcere ab eo coerceri dicebant̃: Virg.Eoliā uenit:hic uaſto rex Eolus antro.Luctātes uētos tēpeſtateſq̃ ſonoras. Imperio pmit.❡ Lina temeraria:hoc ē temerarii piſcatores utētes retibus.❡ Charybdim:in freto:quod ē iter Italiam & Siciliam ſcopulus eſt Sylla item charybdis:mare uorticoſum:ambo clara ſæuicia Carybdis autem peloro promontorio adiuncta eſt.De Scylla & charybdi plura referemus in.xv.ſaty.❡ Cognata colubræ :quaſi eiuſdem generis:ſcri.Pli.li.ix.capite.xxiii.Murenas in terram elapſas ſerpentibus cōmiſceri:ſed de anguilla hoc non legitur apud Plinium : uerum poeta ſequitur opinionem uulgarem : qui credit ſerpentes & angues coire cum anguillis. ❡ Aut Ty.lupū piſcē intelligit:q in tyberi ſtercore paſceret̃ : & imunda eſca inter cloacas urbis.Et licet hoc loco Iuue.Tyberinum piſcē:ut uilē pauperi apponi dicat. Varro tñ ut tradit Macro.piſci tyberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanaꝶ.xi. Ad uictum optima fert ager campanus frumentum: Falernus uinum : Caſſinas oleum: Tuſculanus ficū:Mel Tarentinus:Piſcē Tyberis.Nam omnes ex hoc amne piſces maximum honorem tenuerunt apud prodigos:imprimiſq̃ lupus:q inter duos pontes captus eſſet : q etiam Oratius indicare uidetur in ſatyra que incipit.Quæ uirtus.Lupus hic tyberinus an alto.Captus hiet pontem inter iactatus : an amnis Oſtia ſub tuſci.Columella lib.ix.cap.xvi.Loqrens de piſcinis ſic ſcri.Doctaque & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum:niſi quem tyberis aduerſo torrente defatigaſſet: quibus uerbis docet:lupum tyberinum in pcio fuiſſe. Verum forte tēporibus Iuuena.talis piſcis in præcio non erat:temporum longinqtate mores:ut fit:mutante ſicut & ætate noſtra anguillæ:q̃ tpibus poetæ in minima erant taxatione menſis noſtris ſunt gratiſſimæ:lupos etiā marinos laudat Pli.lib.ix.his uerbis Luporum laudatiſſimi:q appellantur lanati candore mollíciaq̃ carnis.❡ Aſperſus maculis:Nam lupi piſces maculis uariegati inueniebantur iique minoris æſtimationis:unde Colu.lib.ix.cap. Lupus
xvii.Vbi de poſitione piſcinæ mentionem facit.Tum etiam ſine macula (nam ſunt & uarii) lupos includamus. Eos nos eſſe putamus: quos uulgo appellant Lucios dictos lupos ab eorum uoracitate : nam reliquos piſces inſectantur : unde Colu.eodem lib.lupos rapaces appellat.❡ Glacie . per hyemem : uidentur enim maculis frigore aſpergi . ❡ Vernula : alumnus . ❡ Cloaca : nam tota urbs penſilis erat cloacis corriuatis ſeptem amnibus a . M. agrippa ſordes urbis in tyberim deferentibus : lege Liuium . ❡ Cryptam : cauernam : & loca riparum excauata : quæ piſcis depaſcens perſcrutatur. Vnde Lucilius acer & uiolentus poeta eum quaſi liguritorem catilonem appellat:ſcilicet qui proxime ripas & ſtercu inſectaretur.Proprie autem Catillones dicebantur qui ad polluctum Catillones
Herculis ultimi : quum uenirent : Catillos liguriebant . Crypta autem dicta eſt a κρυπτω quod eſt oculto.
❡ Suburræ : regio erat urbis celebratiſſima : de qua alibi ante : eo autem ait piſces ſtercus ſectantes peruenire. ❡ Ipſi pauca uellim: uelim inquit ipſum uirronem paucis alloqui : ſi me uelit auſcultare . ❡ Nemo petit : ſenſus eſt . Nemo inquit petit a tē uiro :ut in pauperes clientes tam munificus ſis:quam fuerunt Seneca : Piſo & Cotta:in amicos ſuos:quos multis donis proſequebantur : ſed ut cœnes ciuiliter : & cōibus epulis cum eis:& non diſcretis.

¶ A Seneca: Senecam diuitem fuisse & liberalem in amicos scribit Taci. apud quem lege de uita & nece eius. ¶ Piso bonus multi extitere pisones: uerum de illo intelligit: q amicus & familiaris fuit Sene. quiq; autor fuit cõiuratio nis in Neronẽ: a quo dicta est pisoniana. De eo ita scri. Taci. Nãq; facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos: & ignotos quoq; comi sermone & congressu. Vnde a poeta & liberalis & bonus appellat. ¶ Cotta: de quo i satyra. Et spes & rõ. Quis tibi Mœcenas: quis nũc erit aut proculeius. Aut Fabius. Quis Cotta iterũ: quis Lentulus alter. ¶ Nãq; & titulis: iõ ingt liberales & munifici erant in amicos: q ueteres gloriosius eẽ in homine putarũt: liberalitatem exercere q̃ dignitates adipisci. Salu. in Cati. Magisq; dãdis: q̃ accipiẽdis bñficiis amicitias parabat. ¶ Titulis honoribus qui p titulos & inscriptões ostendebant. Vnde Pli. li. vii. loquẽs de Põpeio: postea ad tota maria: & deinde solis ortus missus hos retulit patrie titulos. Proper. ulti. elegi. Et domus est titulis utraq; fulta sui. i. honoribus & laudatiõibus. ¶ Fascibus: consulatu & ptura: que dignitates inter alias pcipue habebant: ut p has dignitates oẽs intelligas. Cõsulẽ & ptorẽ lictores pcedebant fascibus uirgarũ Cõsulẽ duodecim sex uero ptorẽ. ¶ Cœnes ciuiliter. i. ut bonũ ciuẽ decet cõibus. s. epulis & indiscretis: eadẽ ẽ etiã expostulatio Mar. aduersus ponticũ. Cur sine te cæno: quum tecum pontice cænẽ? ¶ Hoc face & esto. cũ indignatõe pnũciandũ: face hoc inquit: & tibi cõcessore: ut uiuas diues tibi: & parcus amicis ut multi faciũt: sicq; sui temporis homines sordides taxat. ¶ Iecur anseris: pdigi: & lautæ gulæ hoies iter delicata obsonia iecur anseris statuerũt. Vñ Pli. li. x. ca. xxii. Iecur fartilibus in magnã amplitudinẽ crescit Exẽptũq; lacte mulso augeť. Nec sine cã in qõne ẽ quis primus tm̃ bonũ inuenerit Scipio an Marcel. uir consularis: an. M. Seffius eadem ætate eques rõanus. Mart. li. xiii. Aspice q̃ tumeat magno iecur ansere maius. Docuit Apicius saginare anseres: fico: carica: & lacte extinguere. ¶ Altilis: Gallinã intelligit que alebať ad saginã. Deliaci cœpere gallinas saginare unde pestis exorta opimas aues & suopte corpore unctas deuorauit. Quod postea lege fania prohibitum est: q̃ cautum est: ne quid uolucrũ proponeretur preter unam gallinam: que non eẽt altilis. Pli. ¶ Dignus ferro mele. i. tã prodigo sa magnitudine q̃ fuit is: quem Melegar calidonius interemit: nota est fabula. ¶ Flau. Flaus color: ut scri. Geli. ẽ ex albo: ruffo. & uiridi concretus: unde flauam appellamus cererem: alludentes ad frumenta: que i agris flauescere dñr: quũ maturescunt: ueg; hoc loco flauũ intelligimus pulchrũ & formosum: sicuti poetæ sæpe i hac significatiõe usurpant: ut añ. Et flauã cui det mandata puellam. ¶ Tubera: in genere fungorũ numeranť. Mart. Rumpimus altricem sũmo de uertice terrã Tubera boletis põa fecunda sumus. Ea undiq; terra circundata nascuntur: nullisq; fibris nixi: aut saltẽ capillamentis. neq; terræ coherent cortice etiam includunť ut plane nec terram esse possimus dicere: neque aliud qua terre callum. Laudatissima q̃ africæ crescunt: quũ fuerint Ibres autũnales & tonitrua crebra tunc nasci dñr: & maxime e tonitribus: nec ultra annum durare: tenerrima autem uerno tpe esse. ¶ Radũtur: utrum purganť abraso cortice: quũ apponuntur: an raduntur. i. euelluntur ex terra sarculis. ¶ Si uer tunc erit: Ordo est & sensus Aledius inquit o lybie habe tibi frumentum: ac si dicat frumentum ego non curo: mõ mihi mittas tubera: hoc inq̃ dicit: si uer tunc erit. i. & si tonitrua optata faciẽt maiores cœnas. Vnde poeta dixit si uer erit. ¶ Aledius inquit: Aledium aliqui dicunt equitem romanũ fuisse luxuriosum: quem pro homine guloso hic accipit. ¶ Disiunge boues: pme inquit frumentum non feres. Nam ex lybia frumenta mittebantur. Vnde Sidonius Arma calybs: frumenta lybes: campanus lacum. Ouidius in ponto. Cyniphiæ segetis citius numerabis aristas. Cyniphii. n. populi sunt africæ Plini. libro. xv. ostendit africam frugum fertilem esse his uerbis. Oleum ac uinum inuidit tantum africæ: satisq; gloriæ in messibus fecit. ¶ Structorem interea: aliam proponit contumeliam: ut undique inquit habeas quod doleas: Structorem peritissimum incidendorum obsoniorũ spectas: qui mira manuum: reliquiq; corporis agilitate ministret domino: Sicq; conuiuiorũ luxuriam lauticãq; sui temporis flagellat. Quod facit & Seneca his uerbis in lib. de breuitate uitæ. Conuiuia me hercule non posuerim inter uacantia tẽpora: quũ uideam q̃ solliciti argentũ ordinent: q̃ diligenter exoletorũ suorũ tunicas succingant: q̃ suspensi sint: qũo aper a coquo exius exeat: quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant: quanta arte scindantur aues in frustra non enormia: q̃ curiose infelices pueruli ebriorũ sputa detergant. Structor aũt is dicitur q curam habet struendæ mensæ: unde illud est Virg. Cura penum struere. ¶ Saltantem: ut optime agilem. ¶ Chironomata. Chironomon dictio est greca χειρ enim manum significat: & νομοσ legem. enim dicitur qui quadam manuum agilitate & ueluti lege obsonia incidit: declinatur autem sicut Creon creontis & leon leontis: formaturq; ab accusatiuo Χειρονομον sicuti cratera ab accusatiuo κρατηρα. ¶ Donec peragat dictata magistri: donec omnia incidendo exequatur: que didicerit a magistro: ita ut nihil prætermittat quod ad decoros incidendi gestus pertineat. Nam in urbe erant qui artem incidendorum rite obsoniorum docerent per uaria animalia formata ex ligno: ut latius in satyra undecima. Et tota sonat ulmea cœna suburra. ¶ Dictata: dicuntur numero pluratiuo quæcunque in omni genere scientiæ tam

A Seneca: quę Piso bonus: quę Cotta solebat
Largiri. nanque & titulis: & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria. solum
Poscimus: ut cœnes ciuiliter. hoc face: & esto.
Esto (ut nunc multi) diues tibi: pauper amicis.
Anseris ante ipsum magni iecur: anseribus par
Altilis: & flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper: post hunc raduntur tubera: si uer
Tunc erit: & facient optata tonitrua cœnas
Maiores: tibi habe frumentum Aledius inquit
O lybie disiunge boues: dum tubera mittas.
Structorem interea (ne qua idignatio desit)
Saltantẽ spectas: & chironomanta uolanti
Cultello: donec peragat dictata magistri

C. Piso.
Iecur anseris
Flauus color
Tubera
cyniphii
Structor
Chironomon
Dictata

liberalis q̃ ludicræ tradunt̃ discentibus. Hora. ad Loliũ. Sic iterat uoces: & uerba cadẽtia tollit. Vt puer℞ sæuo credas dictata magistro Reddere. Persi. Tẽ cirrator℞ cẽtum dictata fuisse Pro nihilo pendas? Tranquil. in Cæ. Tyrones per senatores armor℞ peritos erudiebat p̃cibus enitens: ut disciplinã singulor℞ susciperẽt: ipsiq; dictata exercentibus darent. Deductũ est uocabulũ a dictare: qđ ẽ aliquid (ut dixi) in cĩ genere sciẽtiæ discẽdũ tradere. ❡ Nec minimo: magnam inquit putant eẽ differẽtiã quo gestu singula obsonia incidant̃: decoro ne an rustico more. Vnde illud est Pli. loquentis de gallinis. Postea culinar℞ artes inuenerunt: ut clune spectentur: ut diuidantur in tergora: ut a pede uno dilatatæ repositoria occupent. Sic Seneca ad Lucil. Alius preciosas aues scidit: & p pectus & clunes certis ductibus circunferens eruditam manum in frustra excutit. Et alibi Sene. de breuitate uitæ: quũ uideã q̃ suspensi sint: q̃uo aper a coquo cesus exeat: q̃ta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant: quãta arte scindantur aues in frustra non enormia. ❡ Duceris plãta: alia dissuasio fugiendas eẽ tales cœnas. nã illud ẽt inquit tibi adest piculũ: ut si forte uelis aliquid īter cenandum loqui tanq̃ & tu sis nobilis: ilico foras aripiaris p pedes. ❡ Cacus: nota ẽ historia apđ Liui. Diony. Eutropiũ Cacũ fuisse pastorẽ ferocẽ: q captus pulchritudine boũ: quas Hercules ex hispania: Geriõe īterẽpto: romã abegerat surripuit eas: cumq; auertere eã p̃dã uellet: ueritus: ne uestigia quærentem dñm ad speluncam ducerent: auersas boues caudis in spelũcam traxit. Hercules tali furto elusus: quũ inde discederet: cũ reliquo armento boues quædã ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent: reddita iclusarum ex spelunca boum uox Herculẽ conuertit. Cacum in spelunca latitantem magna ui correptum pedibus extraxit. Virg. Abstractæq; boues adiuratæq; rapinæ. ❡ Hiscere: loqui & os aperire ad loquendũ: q; quũ sit ab hio: as debuit facere hiasco. ❡ Tanq̃ habeas tria noia: tanq̃ & tu sis nobilis. Nã nobiles & ciues romani ostẽdebant̃ noĩe: prænoĩe: & cognomine: ut. M. Tul. Cice. C. Iulius Cæsar. Id q; multis fuit freques. Vñ Ausonius de Ternario nũero. Tris eqtum turmæ: tria noia nobilior℞: qđ alii exponũt tria noia. i. sis fur: nõ placet: nã non tria sunt noia: sed tres tm̃ litteræ: uñ bñ Plau. in Aulu. appellat furẽ hoĩem triũ litterar℞. Q uæ itẽ a Politia. sup hoc loco narrant̃ argutius sunt excogitata: q̃ ut huic loco cõueniãt. De nomine: prænomine: & cognomine: ex autcritate Eutropii apud Persium nonnulla cõmemorauimus: ubi ostendimus Sabinos a Romanis ad confirmandam cõiunctionem noia illor℞ suis preponere consueuisse. Et inuicem sabinor℞ romanos: ita ut p tria nomina intelligendus oĩno sit nobilis romanus: qui p̃ter p̃nomen & nomẽ asciscebat & cognomẽ aut a maioribus partum: aut ab aliquo accidente acquisitum. ❡ Q uando propinat: diues inquit tam superbus est: ut nunq̃ tibi poculũ suum porrigat ad bibendũ neq; tuũ accipiat si porrigas. Nã propinare ẽ proprie poculum porrigere & p̃bere ad bibendum. Marti. Q ui nulli calicẽ tuum propinas. Humane facis Herme non superbe. Tran. in Ty. ignotissimum questuræ candidatũ nobilissimus anteposuit ob epotam in conuiuio propinante se uini amphorã. Hoc est porrigente: & p̃bẽte. Nec solũ p̃pinare ad potionem refert̃: sed etiam ad alia: unde Iulius capitolinus in. M. Antonio: ut parte cultri ueneno lita uuluã inciderit: uenenatam partem fratri edendam p̃pinans. Vnde & Teren. metaphoricos dixit in Eunucho. Hunc ego uobis comedendum & deridendum propino: hoc est trado & p̃beo: sicuti pocula p̃bent̃ bibenda. πινω enim idẽ est qđ bibo. ❡ Plurima sunt: sententia probatissima: p quam ostendit q̃ infœlix sit ubiq; paup. ❡ Quadringenta: uenuste mores humani generis explanat: apud quod homines non p meritis uirtutũ: sed fortunæ tantum sint fauorabiles. Vt sit sensus. Si tu qui nunc ob paupertatem diuiti es ludibrio: sorte aut deorum: aut alicuius hominis beneficio diuitias magnas sortireris: statim diuiti esses acceptissimus: te statim ille summa beniuolentia cõplecteretur. ❡ Q uadringenta: scilicet sestertia: quæ summa erat equestris ordinis. Mattia. Q uadringenta tibi non sunt cherestrate. Surge: Lectius ecce uenit. ❡ Aut similis: ordo est aut homuncio similis diis: scilicet liberalitate. ❡ Homuncio: ab hoĩe sunt q̃ttuor dimi. homulus: homululus: homuncio: & humunculus. ❡ Et melior fatis: qui melior uideretur & tibi magis propitius si tibi id diuitiarum largiret̃ q̃ ipsa fata hoc est ipsi dii qui te pauperem fecissent. ❡ Da Trebio: uerba sunt diuitis ad ministrum quem poeta ĩtroducit ita locuturum si cliens suus ditaretur. ❡ Vis frater: attende quam beniuola sit inuitatio. ❡ Ilibus: Ilia autore celso dicunt̃ pulpamẽta quæ inter coxam & uẽtrem posita sunt. ❡ O nummi: acclamatio poetæ subsanantis prauos sui temporis mores Blandit̃ inquit nummis: non homini. ❡ Dominus: licet Hic inquit diues cum superbus sit in te: facile tamen in omne tibi obsequium flectes: erisque ei dominus & rex. nam te ut cliẽs colet si tibi nulli erunt liberi. ❡ Paruulus æneas: idest paruulus filius: allusio est ad illud Virgilii in. iiii. ænei. Siquis mihi paruulus aula luderet æneas. ❡ Filia dulcior illo. s. filio. Nam parentibus filiæ sexus imbecillitate sunt magis cordi.

Omnia: nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores. & quo gallina secetur.
Duceris planta: uelut ictus ab Hercule Cacus:
Et ponere foris, si quid tentaueris unquam
Hiscere: tanquam habeas tria noĩa: q̃do propinat
Virro tibi: sumitq; tuis contacta labellis
Pocula? quis uestrum temerarius usq; adeo? quis
Perditus: ut dicat regi bibe? plurima sunt: quæ
Non audent homines pertusa dicere lena.
Quadraginta tibi si quis deus: aut similis dis
Et melior fatis donaret homuncio quantus
Ex nihilo fieres: quantus uirronis amicus.
Da trebio. pone ad trebium. uis frater ab illis
Ilibus? o nummi uobis hunc præstat honorem.
Vos estis fratres. dominus tamen: & domini rex
Si uis tu fieri, nullus tibi paruulus aula
Luserit Aeneas: nec filia dulcior illo.

Dictare

Cacus

Hiscere

Asciscer

Propiar

Homulus

Homululus

Homũcio

Homũculus

Ilia

¶ Vxor sterilis: uxor inqt: q̃ liberos nullos parit: facit tibi diuitem amicum. ¶ Sed tua nunc. Sed quãuis inquit Mychale uxor tua pariat nunc. i. quum sis locupletatus: non te penitus aspernabitur: sed tecum una gaudebit tuis liberis: munuscula iubebit afferri. ¶ Nunc: dum factus es diues. Nam dum pauper est cliens: nullam sentit diuitis in se humanitatem: nec in filios. ¶ Et pueros tres. i. tergeminos. potest. n. mulier uno partu tres parere: supra pdigiosum est Pli. libr vii. Tergeminos nasci certum est Oratiorũ. Curiatiorũq; exemplo: supra inter ostenta adducitur. ¶ Loquaci nido: loquacibus puerulis: ut sunt auiculæ garrulæ in nido: est. n. sumptũ ab auibus. ¶ Thoraca: thorax græca ẽ dictio: signatq; pectus. Pli. thoracẽ inqt purgãt: bilẽ detrahunt: & plærũq; capitur pro ueste: q̃ forte pectus tantũ muniat: ut hoc loco poeta accipit. Sueto. in August. Thorace laneo: & fæminalibus: & tibialibus muniebatur. ¶ Minimasq; nuces. i. auellanas. ¶ Assemq; rog. asses uariati fuerũt: nã liberales antea fuerant: postea Hannibale urgẽte Q. Fabio maxi. dictatore unciales facti sunt. In militari stipendio sp denarius pro decẽ assibus datus ẽ. Pli. ¶ Infans para. similis parasito: q libẽter mensas sectet. Nam parasiti hi dicuntur: qui mensas nobiliũ sectant causa gulæ. ¶ Fungi ancipites: periculosi: sunt. n. inuẽti plærũq; lætales: ut docet Pli. Sene. ad Lucil. Quid tu illos boletos: uoluptatũ uenenũ: nihil occulti operis: facere iudicas: et si præsentanei non fuerunt. ¶ Boletus: ex genere fungorũ est: olim romano palato grauissimus: eo quũ Claudius maxime delectaret: ab Agrippia eius uxore p hãc occasionẽ dato ueneno necatus est. Vñ sequit. Sed q̃lẽ Claudius edit. ¶ Claudius qntus fuit romanorũ imperator pater Britannici. ¶ Vxoris: Agrippinæ: Agrippinas duas extitisse pspicuũ est. Ex quarũ altera. C. Caligula ex altera Nero nati sũt: uterq; hũano generi pniciosissimus Germanicus ex Agrippina filia Agrippæ suscepit filiam Agrippinam: ex qua & Domitio Neronẽ: natus ẽ Nero princeps quẽ Claudius ducta ĩ matrimoniũ Agrippina sibi filium adoptauit: qui mox sublato opera matris Claudio: boleto medicato: imperium occupauit. ¶ Qualia ppetuus: nã antiqtas autore Pli. lib. xix. ca. iiii. Nihil prius mirata est: q̃ & hesperidũ hortos: ac regum adonis & Alcior. Alcinous enim rex fuit phæacũ: qui hortos habuit ppetuis fructibus uirentes: autor ẽ Home. in. vii. Odysseæ. Nã ut ille scribit pirũ piro succedebat: & malũ malo: & ficus fico. Vnde ẽ illud Papinii. Vos quoq; qui nunq̃ uacui prodistis ad æthera rami. ¶ Autumnus ppetuus. quia ppetuis: ut diximus fructibus uirerẽt. ¶ Phæacum: Corcyrensium. Nam antea insula appellata est Corcyra a uirgine Corcyra rapta a Neptuno. Ex his natus est phæacus: a quo phæaces sunt denominati. Ex phæaco Alcinous: qui Vlyssem in Ithacam deduxit. ¶ Sororibus aphis: In insula mauritaniæ finxerunt poetæ hortos esse Hesperidum: mala aurea ferentes: quos custodirẽt Aegle: Heretusa: Hesptusa & Draco peruigil: Hesperi autem dicũtur filiæ fuisse: qui Athlantis frater fuit: & Iapeti filius: Ea poma Hercules fertur: occiso Dracone: abstulisse. Fabulosum id totum ostẽdit: Pli. li. v. ca. i. His uerbis. Nec præter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore Minus profecto mirentur portentosa græciæ mendacia de iis prodita &c. ¶ Tu scabie fruere mali: pomum inquit tibi datur scabiosum. quale comedit miles in aggere: uidetur autẽ poeta pomum illum intelligere: quod milites ĩ aggere castrorum serebant. De quo ita Pli. li. xv. ca. xiiii. Peregrina sunt ziziphia & Tuberes: quæ & ipsa non pridem uenere in Italiam: hæc ex aphrica: illa ex Syria. Sextus papinius quem consulem uidimus primus utraq; attulit Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata: baccis similiora quã malis: sed aggeribus præcipuæ decora: quoniam & in tecta iam syluæ scandunt. Aut reuera omne aliud pomum modici saporis intelligit: quod milites plærunq;: deficiente copia commeatus: coguntur comedere. Vnde & Celius lib. viii ad Cicero. Quid nunc tibi nostri milites: qui durissimis & frigidissimis locis: deterrima hyeme: bellum ambulando confecerunt: malis orbicularis esse pasti uidentur. Ait enim ipsum militem rodere pomum in aggere: non autem pomum illic natum. ¶ Qui tegitur parma: periphrasis est: peditis: cuius arma sunt parma & galea. ¶ Ab hirsuta capella: hunc locum uariis exponi modis a commentatoribus non ignoro: ut alii dicant ab hirsuta capella. i. ab amento Caprino: quod hastæ uibrandæ: alligatur. Alii a sago cilicio: quod ex pilis hircinis texebatur: cuius usus esset & in nauibus & castris pharetra: quæ pelle caprina solet integi ex qua iacula promuntur. Ego uero expono. ¶ Ab hirsuta capella. i. ab hirsuto centurione: quem ideo capellam appellat: q Centuriones ut homines robusti toto fere corpore hirsuti sint: fructificantibusq; pilis sub halis: odorem hircinum oleant: quod ex sudore: nimiisq; laboribus prouenire solet: tales autem ad militiam idonei putabantur: unde & Persi. Hic aliquis de gente hircosa centurionum Iuuena. Sed caput intactum buxo: naresque pilosas Aduotet & grandes miretur Lelius alas. Hocque maxime placet: ut referas illud discit ad magistrum ipsum. Nam centuriones nouos milites erudiebant: neq; enim conuenit militem discere ab amento quasi amentũ dicta tradat: ut duplici ratione capellam appellet centurionẽ: & q odorem hircinum oleat & hirsutus sit: ut capella.

Iucundum & carum sterilis facit uxor amicum.
Sed tua nunc Michale pariat licet: & pueros tres
In gremium patris fundat, simul ipse loquaci
Gaudebit nido. uiridem thoraca iubebit
Afferri: minimasq; nuces: assemq; rogatum,
Ad mensam quotiens parasitus uenerit infans.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino: sed qualem claudius edit
Ante illum uxoris: post quem nil amplius edit.
Virro sibi: & reliquis uirronibus illa iubebit
Poma dari: quorum solo pascaris odore:
Qualia perpetuus phæacum autũnus habebat.
Credere quæ possis surrepta sororibus afris.
Tu scabie frueris mali: quod in aggere rodit
Qui tegitur parma: & galea: metuensq; flagelli

Thorax

Dẽarius

Parasitus

Agrippinæ duæ

Alcious

Corcyra

Pheacus

Pheaces

Horti hespetidum

Tubes

¶ Iaculum torquere: nam tyrones in castris uariis exercebantur modis. Cicero. in secundo officiorum. loquens de filio sic ait. Magnam laudem ab exercitu consequebare equitando: iaculando: omnia militari labore tolerando. ¶ Forsitan impensæ uirronem: inquit tam contumeliose te non tractat: quod impensæ parcat: sed ut te urat: nam maximam capit uoluptatem ex dolore tuo. ¶ Nam quæ comædia. Comædiæ enim & mimi iocis suis plurimum delectant: sed ex iis inquit tantam non capit uoluptatem: quantam capit ex merore tuo: quo ex gula afficeris. ¶ Mimus: genus est fabulæ parum a comædia distans: unde mimographi appellantur mimorum scriptores. Eotum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus Laberius æques romanus mimos scripsit: donatus a Cæsare quingentis sestertiis: & anulo aureo sessu iuit in. xiii. ¶ Presso molari: nam ex nimia indignatione dentibus frendimus: molares autem ultimi sunt dentium qui contruncatos prioribus cibos atque confractos subigunt & molunt: unde & molares uocati sunt: idem & maxillares: Molares etiam appellamus lapides: quibus frumenta molluntur in pristinis. ¶ Bilem: coleram: cuius motu ostenditur animi indignatio. ¶ Tu tibi liber homo: per sententiam alienam urbane ostendit hominem aliquo uitio laborantem ex dogmate stoico seruum esse: quum in potestate sit uitii & nō sua. Tu inquit per modicam prudentiam putas te liberum esse & conuiuam regis: sed ille te seruū gulæ agnoscit. ¶ Nidore: odore. Nam nidor idem est: quod odor ex quacunque re proueniens. Vir. Galbaneoque agitare graues nidore chelydros. Idem. Illi ingens barba reluxit. Nidoremque ambusta dedit. Cicero in pisonem: paulisper stetimus in illo ganeaꝝ tuatum nidore atque fumo. ¶ Culinæ: coquinæ. Nam culina dicta est a colendo quasi colina qđ ibi ueteres colerēt ignem locupletiorem domus auctor est Nonius. ¶ Quis. n tam nudus: sensus est. Quis inquit est aut natus liber aut libertinæ conditionis tam pauper: qui possit ferre tantam huius mensæ superbiam & contumelias. q. d. nemo ferat: nisi idem seruus sit. ¶ Ferat bis illum: ut quum semel expertus sit: iterum uelit experiri. ¶ Si contingit aurum hetruscum: idest si natus sit liber & ingenuus. Nam bulla aurea: quod insigne erat in speciem cordis dependens a collo: gestabatur a pueris usque ad quartumdecimum ætatis annum. Hetruscum autem appellat: quod Tullius Hostien. tertius rex romanorum: debellatis hetruscis: sellam curulem: lictoresque: & togam pictam: atque prætextam: quæ insignia magistratuum hetruscoꝝ erant primus: ut Romæ haberentur: instituit. Sed prætextam illo sæculo puerilis non usurpabat ætas: erant enim ut cætera: quæ enumeraui: honoris habitus. Sed postea Tarqui. priscus de sabinis triumphum egit: quo bello filiū suum annos. xiiii. natum: quod hostem manu percusserat: & pro contione laudauit: & bulla aurea: pretextaque donauit: insigniēs puerum ultra annos fortem p̄miis uirilitatis & honoris. Nam sicut pretexta erat magistratuum: ita Bulla erat gestamen triumphantium: quam in triumpho prese gerebāt: inclusis intra eam remediis: quæ crederēt aduersus inuidiam ualentissima: Hic deductus mos: ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparent ad omen & uota conciliandæ uirtutis: ei similis: cui primis in annis munera ista cesserunt. Sed bulla aurea cum p̄texta ingenuis tantum concessa est pueris: libertinorum uero filiis lorum tantum: & p̄texta: q̄ duo hoc loco poeta tetigit: de bulla & pretexta legito Macro. in primo Satur. & Asconium Pedia. ¶ Altilis: gallina saginata: ut dictū est supra. ¶ Minor: immutata a uirrone: qui partem eius comedit. ¶ Inde: ob eam rem: quod speretis aliquid ex iis habituros. ¶ Ille sapit: reuera inquit uirro sapiens est: nec possum non laudare: qui te ita tractat: si potes: idest quādo potes ferre tot contumelias: & debes scilicet ferre: dictumque est non sine stomacho: & indignatione a poeta. Pulsandum uertice raso. Eo inquit propter gulam paulatim perueniens: ut passurus sis: etiam more parasitorum uerbera. Nam parasiti domini mensas nobilium sectabantur: multis uerberibus aliisque contumeliis afficiebantur. Vnde parasitus ille apud Teren. in Eunucho. At ego infœlix neque ridiculus esse. Neque plagas pati possum. ¶ Vertice raso. quem tibi in ludibrium abraserint. ¶ Flagra: plagas illatas tibi per flagrum. idem enim est flagrū quod flagellum: sed hoc per diminutionem: illud uero principale. Tranquillus in Othone. A prima adolescētia prodigus ac procax: adeo ut sæpe flagris obiurgaretur a patre. ¶ Dignus: totum cum indignatione pronunciādū: dignus quidem ex talibus contumeliis & tali amico a quo ita tracteris: quando animo sis tam seruili.

Discit ab hyrsuta iaculum torquere capella.
Forsitan impensę Virronem parcere credas?
Hoc agit: ut doleas: nam quę comœdia: mimus
Quis melior plorantę gula? ergo omnia fiunt:
Si nescis: ut per lachrymas effundere bilem
Cogaris pressoque diu stridere molari.
Tu tibi liber homo & regis conuiua uideris:
Captum te nidore suę putat ille culinæ:
Nec male coniectat. quis enim tam nudus: ut illū
Bis ferat ethruscum puero si contigit aurum:
Vel nodus tantum: & signum de paupere loro?
Spes bene cœnandi uos decipit: ecce dabit iam
Semesum leporem: atque aliquid de clunibus apri:
Ad uos iam ueniet minor altilis: inde parato
Intactoque omnes & stricto pane tacetis.
Ille sapit: qui te sic utitur: omnia ferre
Si potes & debes. pulsandum uertice raso
Præbebis quandoque caput: nec dura timebis
Flagra pati: his epulis: & tali dignus amico.

Mimus

molares
Maxillares

Nidor

Culina

Bulla

Flagrū
Flagellū

Inspice fœmineus uiciis quam sexus abundet.

CRedo pudicitiam. Diſſuaſurus hac Satyra poeta amico ſuo Vrſidio: ne ducat uxorem: ingenti utitur ar
te: omnia. n. uitia: quibus genus fœmineum laborat: cõmemorat: nihil omittens: ꝙ ad partes diſſuaſio
nis pertineat. Denique monet cum omnem uitæ potius ſortem: quam connubium apprehendendam.
Talem igitur nactus occaſionem adulteria ſui temporis acerbitate ſatyrica inſectatur: irridenſq; legem
Domitiani: quam adulteria prohibuerat: tantum eſſe mulierum impudicitiam dicit: ut oſtendat reuoluta ſeculo
rum origine: ab ætate uſque argentea: mortales adulteriis flagraſſe. Hoc autem unum monendum putaui: ut iter
pretaturus hanc Satyram ſumma utatur reueren
tia: ne adoleſcentuli quorum mentes facile ad ui
tia inclinantur: turpia audiendo aliquo ſe flagi
tio contaminent. ¶ Pudicitiam mo. in terris. i.
mortales diu inter ſe bene: pudiceque uixiſſe.
¶ Saturno re. i. ſæculo aureo: quo tempore Sa
Aetas aurea — turnus regno ab Ioue filio pulſus: Latio cum Ia
no imperauit: tũc. n. ætas aurea fuiſſe dicitur quũ
homines poſt diluuium cacumina montium te
nerent: in ſpeluncisque uictitarent: pomis: cæte
riſque fructibus agreſtibus contenti. Vnde eſt il
lud Lucretii. Sed nemora atque cauos montes
ſyluaſque colebant. Et frutices inter condebant
ſqualida membra. ¶ Larẽque: unuſquiſque deũ
Lar — domi ſuæ colebat: quem larem familiarem ap
pellabant: eumque preſidem uocabant: cui canis
aſſiſtit: & ipſe deus pellibus caninis ueſtitur: cuius
rei rationem reddit Plutar. in problematibus: &
Apul. in li. de Demonio Socratis: plæraque dicit
& nos apud Perſium illic. Bullaque ſuccinctis la
ribus donata pependit: ut autem lares domi co
lerent: inde ortum docet Serui. quia apud Anti
quos mortui in domibus ſuis ſepeliebãtur: quos
ut deos domeſticos colere cœperunt & uenerari:
Lareſque appellarunt. ¶ Culmo: palea: unde cul
Culmus Culmia — mina domuum ꝙ culmis integerentur. ¶ Pelli
bus. Nam rudes illi antiquiſſimi ex ferarum pel
libus non modo lectos ſternebant: ſed & ueſtes
ſibi conficiebant. Vnde Lucr. Pellibus & ſpoliis
corpus ueſtire ferarum. Proper. Atque hynuli pel
lis totos operibat amantes. ¶ Non ſi. ti. non ea
mollicie nec iis delitiis: nam & luxu ueſtium: &
margaritarum oblectabantur: ut ſæpe conqueri
tur Proper. Quid iuuat ornato procedere uitta
capillo. Et alibi. Matrona incedit cenſus induta
nepotum: ſicque poeta ueteres laudãdo: uitupe
cynthia — rat mores ſui temporis. ¶ Cynthia: Propertii fu
it amica. Vnde illud cecinit. Cynthia prima ſuis
miſerum me cœpit occellis. Alibi. Cynthia pͥma
fuit: Cynthia finis erit: ea hoſtia dicebatᷣ: ſed Propertius mutato nomine cynthiam uocauit: ut autor eſt Apu. ĩ pri
ma Apo. ¶ Nec ti. ſ. o Lesbia amica Catulli: q̃ paſſerculũ quẽ ĩ delitiis hẽbat quũ amiſiſſet multũ fleuit: adeo mol
lis & dlicata erat. Vñ Catul. Paſſer mortuus ẽ meæ puellæ. Quẽ plus illa oculis ſuis amabat. Et infra. Tua nũc opa
meæ puellæ flẽdo turgiduli rubẽt ocelli. Ea ꝓprie dicebatᷣ Clodia: ut idẽ Apul. ¶ Horridior: ĩcultior & mĩus mol
lis. ¶ Ructãte glãdẽ. Nã ut dixĩus: rudi illa ætate: mortales añ uſum tritici agreſtib. pomis ueſcebãtur. ¶ Orbe no
uo: ætate illa aurea quũ hoĩes eẽnt noui & recẽs nati. ¶ Rupto robore. Quũ pͥma illa ætate hoĩes in ſpeluncis
Robur — ſyluiſq;: more feraꝝ hĩtarẽt: quũq; ex arborib. uetuſtate cauatis: tanq̃ ex dõicilio exirẽt putabãtur ex arborib. eſſe
nati. Qᷝ Vir. ſic pſeqᷣ. Hæc nemora ĩdigenæ. Fauni nymphæque tenebãt. Gẽſque uiꝝ trũcis & duro robore na
ta. Quis neque mos neque cultus erat: nec iũgere tauros. Aut cõponere opes norãt aut parcere pto. ¶ Roboĩ. Ro
bur arbor ẽ glãdifera: ueꝝ a poetis ſæpe capiᷣ ꝓ oĩ ligno: ut ẽ illd Cape robora paſtor. Robur itẽ poniᷣ ꝓ fortitu
ueſtigia — dine. Vñ robuſtũ appellamus corpus. i. forte & ualidũ. ¶ Cõpoſitique luto. Alluſio ẽ ad id: ꝙ ex luto prometheus
Iuueſtigare — hoĩem finxerit. q. d. Ex quo hoĩes cœperũt nõ ex arborib. naſci: neque ex luto formari: ſed ex pentib. procreari: &
cõnubia ſunt ĩſtituta adulteria cœperũt cõmitti. ¶ Multa pudicitiæ: Primis inqt tp̃ibus ætatis argenteæ: quũ Iup
piter regnaret: hoĩes ſcẽ & pudice uixerũt: exñte adhuc Ioue ĩpubere. Sed iã barbam ꝓducente cœperũt paulatim
adulteria cõmitti. ¶ Veſtigia pudicitiæ: hoc dcm̃ eſt ex ſñia eoꝝ: q crediderũt pudicitiam deam fuiſſe honeſtatis:
quæ quum inter mortales uerſaretur: uideretque ſe contẽni: ſtupraque ubique cõmitti: aufugiſſe fertur cũ iuſticia ĩ
cœlum. Veſtigia enim dicuntur ſimulachra pedum: unde eſt uerbum inueſtigare: quaſi per ueſtigia aliquid q̃rere.



Iunii iuuenalis Aquinatis Satyra Sexta.

CRedo pudicitiam ſaturno rege moratã
In terris: uiſamque diu: cũ frigida paruas
Præberet ſpelũca domos: ignẽq;: larẽq;
Et pecus. & domios cõmuni clauderet umbra:
Siluestrem montana thorum cũ ſterneret uxor
Frondibus & culmo: uicinarumq; ferrarum
Pellibus: haud ſimilis tibi Cynthia: nec tibi: cuius
Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos.
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis:
Et ſæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo: cæloq; recenti
Viuebant homines: qui rupto robore nati:
Compoſitiq; luto nullos habuere parentes.
Multa pudicitiæ ueteris ueſtigia forſan:
Aut aliqua extiterãt & ſub Ioue. ſed Ioue nondũ

Græci perfidi

¶ Græcis nondum paratis iurare.i.quum adhuc homines magna uiuerant syncceritate: nec adhuc eẽnt aliqua piu ria:quorum primi uidentur fuisse græci inuentores:nam semper perfidos fuisse & habitos indicat Plau.in asinaria Cætera que uolumus uti:græca mercamur fide.i.statim enumerato precio:quia aliter græcis non creditur. Tul.itẽ in oratione pro flacco. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.¶ Per caput alterius:sic.n. iurare consueuerunt.Per caput hoc iuro:per quod pater ante solebat.¶ Aperto horto .i. quum unusquisque uiue ret horto aperto non clauso:neque.n.fures timebantur:uerum postea:ut scribit Pli.Sæua latrocinatio cœpit prefi-

Barbato:nondum græcis iurare paratis
Per caput alterius:cum furem nemo timeret
Caulibus:aut pomis:& aperto uiueret horto.
Paulatim deinde ad superos Astrea recessit
Hac comite:atq; duæ pariter fugere sorores.
Antiquum & uetus est alienum Posthume lectum
Concutere:atq; sacri genium contenere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas:
Viderunt primos argentea sæcula mœchos,
Conuentum tamen:& pactum:& sponsalia nostra
Tempestate paras.iamq; a tonsore magistro
Pecteris: & digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras.uxorem Posthume ducis:
Dic qua tisiphone:quibus exagitare colubris:
Ferre potes dominam saluis tot restibus ullam:
Cum pateant altæ:caligantesq; fenestræ:
Cum tibi uicinum se præbeat æmilius pons:
Aut si de multis nullus placet exitus,illud
Non ne putas melius:quod tecum pusio dormit:
Pusio qui noctu non litigat:exigit a te
Nulla iacens illic munuscula: nec queritur quod
Et lateri parcas:nec quantum iussit anheles,

Astrea

geñ aspectus hortorum.¶ Astrea: de ea sic & Va le.flaccus.Terrisque relictis Innocet assiduo saturnia sydera questu.Astrea autem dicta est iusticia: q; Astræi gigantis ex aurora filia fuit. ¶ Hac co. hoc autem est ex uersu Hesiodi: qui scri. pudorẽ & iusticiam ætate ænea in cælum ascendisse.

¶ Antiquum: Aperte ostendit ursidio ducẽdam non esse uxorem: quãdo iam antiquum sit adulteria cõmitti:sicque utitur dissuasione a uituperatione rei.¶ Genium sacri.fulcri.i.religionem matrimonii. Nam genium deum appellabant: qui uim obtineret rerum omnium gignẽdarum, Aufustius Genius inquit deorum est filius & parens hominum:ex quo homines gignuntur: ppterea genius meus nominatur:quia me genuit. In honorem genii lectus nuptialis sternebatur: qui genialis nominabatur.Laberius uero ait. Genium deum esse generis nostri parentem:unde illud ẽ: indulge genio:& genialis agatur iste dies. Alii dixerunt Genium esse uniuscuiusque loci deũ.Apule.uero ait in lib.de deo.Socratis animum humanum dum in corpore nostro situs est: demonem nuncupari: quem lingua nostra genium uocare possumus:quoniam is deus:qui est animus sui cuiusque:q̃q̃ sit imortalis: tamen quodãmodo cum homie gignitur, De Genio plura diximus ex sententia Censorini:apud Persi.illic. Funde merum genio.¶ Fulcri.i.lecti. Nam fulcra dicuntur ipsa ligna:que lectum:fulciant & sustineant. Vnde & Sydõius: Sellarum equestrium ligna fulcta appellat his uerbis. Alii sellarum equestrium madescã sudoribus fulcra resupinant.¶ Sacri: uenerandi.

Genius

Fulcra

¶ Conuentum:hominum multitudinem & cœtum:a conueniendo: sicut cœtus a coeundo.

Conuentus
Cœtus
Spõsalia
Sponsa
Sponsus

¶ Spõsalia:nuptiaʒ contractũ q fit p stipl̃onẽ & spõsionẽ.Nã q uxorẽ ducturus erat ab eo:uñ ducẽda erat stipulabat̃ eã ĩ mr̃imõiũ ductũ iri.Qui daturus erat itidẽ spõdebat datuʒ:is cõtractus stipl̃onũ & spõsionũ spõsalia dicebant̃.Tũ q̃ pmissa erat:spõsa appellabat̃:q spopõderat ductuʒ spõsus.¶ Iã pecteris:iã poliris & cõeris:ut eas cultior ad spõsam.¶ Pignus:ãnulũ:quẽ spõsus puellæ digitũ iduit.De quo moñ Tert.auʒ nulla norat pterq̃ unico digito:quẽ spõsus oppignerasset pnubo ãnulo.Pli.tñ li.xxxiii.scri.tpibus suis solitum annulum mitti ferreum spõsæ eũque sine gẽma.¶ Vxorem post.du.ea interrogatione legendum:qua ne aliquid fiat inhibemus.¶ Qua Ti.quo furore:qua uesania agitaris?Nam per Tisiphonem oẽs furias intelligit:q̃ tres a poetis fingũtur ad tormẽta scelestementis:& insaniam mouẽdam destinatæ. Vnde & Orestes:furiis infernalibus fingitur agitatus.¶ Quibus colubris idẽ dixit.¶ Ferre potes?potes ne inquit cogitare de ducẽda uxore: quum ad mortem multæ sint tibi uiæ: ac si dicat longe satius esset tradere se morti q̃ cõnubium appetere.¶ Vllam dominam:facete aũt uxorem dominam appellat:q̃si que marito imperet.¶ Saluis tot re.quum possis uitam tuam laqueo finire.¶ Caligantes:que nimia altitudine sua caliginem oculis obiiciant.¶ Aemilius pons:unde te des precipitem est in uia flaminia distans ab urbe ultra pmum lapidem quem Scaurus Aemilius:ut autor ẽ Pli.de uiris illu.in censura fecit.¶ Aut si de mul. Sed si inqt tibi nullo mõ placet oppetere mortem:non ne putes melius puerum haberẽ:qui tecum dormit.¶ Pusio.d. illud attẽdẽdũ est:q; dormit dixit ñ dormiat.Innuit.n.ursidiũ turpit̃ pueros adamasse:ñ possum h̃ loco turpe poetæ cõsiliũ:ñ dtestari:q ec cecitatis puenerit:ut ea pbet:q̃ ab oĩ hõestate sint pẽitus soluta.Quañ illđ maxĩe ĩterptã tib.poetã seruãdũ eẽ cẽseo:ut quũ ĩ talia ĩciderit:aut illa ĩ totũ ptereãt:aut si qd dicendũ rati fuerit:talia modeste legant:ut adiutor a tali turpitudine penitus se auertat.¶ Pusio:pusum: ut autor est Var.puerum dixerunt & pusam puellam:unde pusio pusilius pueri.i.a dolescentulus:uideturq; uocabulũ turpitudinẽ sapere:& ĩ cinedos cõuenire: unde Apul.sic scri.li.ix.At uero adulter bellissimus ille pusio ĩclinatam dolio pnam uxorẽ fabri super incuruatus secure dedolabat.¶ Lateri.quæ nimio libidinis usu offendũtur,uñ Mar.Rũpis basse latus.Apu.li.viii.me.Sed diu uiuas:& dñis placeas:& meis defectis lateribus consulas.¶ Quantum ius.nec tam assiduus sis in coitu quã iussit.

Furiæ tres

Aemilius pons
Miluius pons

Pusus
Pusa
Pusio
Pusilus

Sed placet Vrſidio lex iulia:tollere dulcem
Cogitat hęredem cariturus turture magno:
Mulorumq; iubis:& captatore macello.
Quid fieri non poſſe putes, ſi iungitur ulla
Vrſidio: ſi mechorum notiſſimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro?
Quem totiens texit perituri ciſta latini.
Quid quod & antiquis uxor de moribus illi
Queritur.o medici mediam pertundite uenam.
Delicias hominis:tarpeium limen adora
Pronus:& auratam Iunoni cęde iuuencam:
Si tibi contingerit capitis matrona pudici.
Paucę adeo Cereris uittas contingere dignę:
Quarum non timeat pater oſcula.necte coronam
Poſtibus:& denſos per limina tende corimbos.
Vnus Iberinę uir ſufficit.ocius illud
Extorquebis:ut hęc oculo contenta ſit uno.
Magna tamen fama eſt cuiuſdam rure paterno
Viuentis:uiuat Gabiis:ut uixit in agro:

¶ Sed placet hæc Ironicos legenda ſunt.Non eſt inquit mirũ:ſi urſidius cogitat:de ducenda uxore:nam non uult
adulterii dãnari:lex.n.iulia lata erat contra adulteros.¶ Tollere:hoc loco educare Teren. Quicquid peperiſſet
Tollere decreuerunt tollere.Vale.li.viii.loquens de.C.Licinio Hoplomacho. quoniam hereditatem abſumere q̃ heredẽ
maluit tollere.¶ Heredem dulcem:dulcem filium,Vir.Nec dulcis natos.¶ Cariturus:quia captatores habẽtibus
liberos munera non mittunt.¶ Turture:hoc loco de aue magis intelligendum eſt q̃ de piſce: nã turturem lautæ
Turtur gulæ indicat fuiſſe Mart. Quũ pinguis mihi turtur erit lactuca ualebit.Et cocleas tibi habe perdere nolo famẽ:
item alibi,Aureus ĩmodicis turtur te clunib.im-
plet.Idem alibi.Et concubino turturum nates do
nat:nam quem græci trigona appellant.i.turturẽ
latini paſtinacam dicunt marinam: i cuins cauda
preſentiſſimi ueneni radius extat.¶ Mullorum
que iu.i.mulis iubatis & barbatis:nam ut ſcri.Pli.
gemina barba inſigniuntur labro inferiori. Sunt
.n.piſces marini:de quibus ante dictum eſt.¶ Et
ca.ma.i.obſoniis: que in macello ueneunt: nam
Macellũ Macellum appellarunt locum:in quo omnia que
ad uictum pertinebant:uendebantur:de quo ſu-
perius.¶ Capratore: per quod hereditates captã
tur.¶ Quid ſi.non po.Virg. Mopſo niſa datur
quid non ſperemus amantes. Iungentur iam gry
phes equis.¶ Mœchorum no. quaſi cui ciuitatis
adulteria ſint manifeſta.¶ Ora ſtu.i.ipſe ſtultus fi
gura eſt ſynecdoche.¶ Ciſta. Nam adulteri ſup
ueniente marito:ſic ſolent occultari:unde Orati.
An turpi clauſus in arca. Quo te dimiſit peccãti
Latinus conſcia herilis.¶ Latini.Latinus: ut diximus in
p̃ma ſaty.mimus fuit temporibus Domitiaiii: q
quum timeret delatores: ne falſis criminationib.
apud principem accuſaretur: iis uxorem ſuã Thy
melem ſubmittebat.uñ ſupra, Et a trepido Thy
mele ſubmiſſa latino:ideo poeta ait perituri: qa
ſemper uerebatur:ne delationibus periret: ut ſit
epitheton perpetuum latini.¶ Quid: quod &
antiquis:hoc riſu:& geſtu iuuandum eſt.¶ Medi
am uenam:hoc ẽ haurite ſanguinem ex uena me
Media uena dia:que feriri ſolet in delirio.Phyſici.n.tradunt in beachiis tres eſſe uenas deſcendentes ab epate: quarum una ba
ſilica:altera cephalica appellatur:tertia que in medio harum eſt media dicitur ſiue nigra:ſiue cõmunis que in furo
re feriri ſolet.¶ Delitias hominis:ac ſi dicat delicatum hominem qui puter ſe extra cõmunem fortunam ponẽdũ:
ut habeat que alii habere non poſſunt:ut alibi de Caluino.Te nunc delitias extra cõmunia cenſes ponendum.
¶ Tarpeium limen adora.Senſus eſt:ſupplex inquit fac ad aras Iouis & Iunonis accedas: quaſi gratias acturus: ſi
mulierem inueneris pudicam.¶ Tarpeium.Capitolinum.Nam mons capitolinus ubi ædes erat Iouis:mons autẽ
Capitolinus Tarpeius dictus eſt a uirgine ueſtali Tarpeia:que ibi a ſabinis necata armis & ſepulta:eius nominis reliquit monu
mentum:inde etiam appellata eſt rupes & ſaxum tarpeium:unde noxii precipitabantur hunc antea montem Sa-
turnium appellatum prodiderunt:& ab eo late Saturniam terram.¶ Auratam:nam uictimæ maiores: ut Pli.ſcri.
cornibus auratis dũtaxat ĩmolabantur:bene autem Iunoni ait Iuuencam mactandam:Iuno.n.nubentibus preeſſe
dicitur.Virg.Iunoni ante omnes:cui uincla iugalia curæ:& alibi.Pronuba Iuno.Colebatur item Iuno iugis in ui
co iugatio:ut eſt apud Li.ab ur.con,ꝙ ſcribit Feſtus ita appellatum:ꝙ nubentes coniũgeret.¶ Capitis: partem po
ſuit pro toto.i.corporis pudici.¶ Paucæ adeo Cæ.Tanta inquit libidine mulieres flagrant: ut paucæ inueniantur
theſmophoria matronæ pudicæ:que digne ſint ſacra cereris adminiſtrare:per matronas enim caſtas Theſmophoria.i.ſacra cære-
ris legiferæ celebrabantur.unde ita ſcribit Diony.in.i.Et ſacrificia faciebant per fœminas:& Nephalios: hoc eſt ſo
brios:ut lex eſt græcis.Ceres autem theſmophora appellatur quaſi legifera. θεσμωσ enim legem ſignificat: p̃ma
enim ut tradunt autores:inter quos Plini.in.vii.& Diodo.in.vi.leges inuenit.De cuius ſacris ita Liui.Sacrum anni
uerſalium cereris intermiſſum eſt:quia nec lugentibus facere id fas eſt:nec ulla illa tempeſtate matrona luctus ex-
pers fuerat.Diodo.quoque tradit cereris myſteria antiquitate caſtimoniaque apud omnes homines uulgata fuiſſe
¶ Pater oſcula:Nam ex ueteri inſtituto affines occurrentes oſculo excipiebant:unde Plini.li.xiiii. ſic ſcri. Cato iõ
propinquos fœminis oſculum dare:ut ſcirent:an temetum olerent:de hoc more:item Plutar.in problematibus di
ſputat.¶ Timeat oſcula:ut impudica.¶ Vnus iberinæ:ita loquitur poeta:quaſi urſidius reſpõdeat iberinam uno
uiro contentam pronunciatiue legendum.¶ Extorquebis:difficulter obtinebis.¶ Magna ta.fa. eſt. Iterum intro
ducit urſidium oſtendẽtem in agris quandam inueniri:quæ honeſte uiuat.¶ Viuat fidenis:uerba Iuue.ad urſidiũ:
quibus colligit non tam facile in urbibus q̃ in agris pudicitiæ locum eſſe.Sed tamen & in locis agreſtibus & mon
tanis multa per libidinem flagitia cõmitti:legãtur autem pronũciatiue uiuat gabiis:ut dixit in agro: ac ſi dicat nõ
ita uiuat ĩ urbe:ut uixit ruri.¶ Gabiis:ciuitas Latii:ubi ut ſcri.Diony.Ro.& Rẽus eruditi ſunt.¶ Fidẽis urb latii.

¶ Et agello:& particula indignationē sæpe exprimit:ut illud Virg.& qsquam nūme iunonis adoret: q̄si inuitus assentiat in agris caste degunt sit cōcedo qdem ita esse ut dicis:ꝙ in agro q̄dam bn̄ uiuātur. Sed quis tn̄ affirmet in agris nihil impudicum agi? ¶ Adeo:in tm̄:ita ne. ¶ Senuerūt Iup.& Mars: per Iouem & Martem oēs mechos intelligit. Nam Iuppiter & Mars:ut ex poetarū monumētis colligitur:mulierū maximi fuere stupratores. ¶ Porticibus pcurrit loccs:quo frequēter mulieres cōueniebant:uti erat porticus Liuia porticus pōpeia:Theatrū. Vn̄ Oui.i.de arte amādi. Tu mō Pompeia lentus spaciare sub umbra. Quum sol herculei terga leonis adit. Nec tibi uitetur que priscis sparsa tabellis Porticus:autoris Liuia nomen habet. Est ergo sensus: inuenies ne in his locis tantopere celebratis a mulieribus aliquā que honesta sit:& digna uoto tuo. ¶ Spectacula. Oui.in eodem. Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos. Spectatum ueniūt:ueniūt spectentur ut ipsæ. ¶ Cuneis:Sedilibus theatri. Vir. Nūcius anchisæ ad tumulum:cuneosque theatri. Incēsas perfert naues Eumelus Trangl.in aug. Prætextatis cuneū suum : & proximum pedagogis assignauit. Cuneus etiam dicitur: quo scinduntur ligna : & ordo in exercitu. ¶ Chironomō.ita inquit mulieres seculi nostri in libidinem sunt ꝓfusæ:ut uel lasciuæ saltatōnis spectatione pruriant & corrumpantur. Vnde Oui.de remedio amo. Corrumpūt alos cytharæ:cantusque lyræque. Et uox & numeris brachia meta suis. ¶ Chironomon ledam. Leda nomen est mollis saltationis que chironomia representabatur.i.manuum gesticulatiōe a χειρ quod est manus & νωμως lex:quibusdam.n. ueluti ꝑscriptis montibus & nutibus taciti saltabāt quorū alii appellabantur subiti:alii longi:miserabiles alii:De quibus illic sensit Claudianus. Qui lætis risum salibus mouisse facetus. Qui nutu manibusque loquax. ¶ Tucia mulier pudica:qualis fuit Tucia uirgo uestalis : que cribro sumpta aqua ex tiberi uirginitatem suam probauit. ¶ Non temperat.i. non compescit titillatum libidinis spectando ludos:ac per hoc docet:mores non modo turpia audiendo:sed etiam uidendo facile corrumpi. Vnde Massilienses debita laude fraudandi non sunt:qui in scenam nullum aditum mimis dederunt:ꝙ eorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus:unde & Diuus Cypria.in epi.suis sic scri. Adulterium discitur dum uidetur:& que pudica fortasse ad spectaculum matrona ꝓcesserat:de spectaculo reuertitur impudica. ¶ Batyllo.i. dum spectat Batyllum minimum saltantem mollem illam saltationem ledam. Nam Batyllus ut diximus in commentariis Persi.mimus fuit de quo & Persius. Tris tn̄ ad numeros satyri moueare Batylli: Batyllus item puer fuit dilectus ab anacreonte poeta:ut ondit Apule.in floridis:& Ora. Non aliī samio dn̄t arsisse Batyllo anacreonta teium:Batylli item populi septētrionales:autore Ptolo. Batyllus item instrm̄ est ferreum:quo utimur ad usum ignis Ora. Prætextam:& latum clauum:prunæque Batyllum. ¶ Apulla gā.nomen est mulieris : q̄ inquit ad pruritū mouetur:& uocis murmure libidinem exprimit:ac si esset in amplexu hoīs:dum spectat talem saltatoēm. ¶ Subitum ordo est. Thymele attendit subitum & miserabile & longum:noīa.n.sunt:ut diximus gestuum:q motu manuum fiebāt in saltatoē. ¶ Thymele:mulier:que saltatoībus olectabatur θυμελη ꝓprie dr̄ pulpitum scœna θυμελικος histrio. De Thymele aūt in ꝑma saty.huberius diximus. ¶ Rustica:rudis:an uere rustica:& pagana:ut ondat nō modo mulieres urbanas:sed & rusticas spectaculis lasciuis corrumpi. ¶ Ast aliæ. Sensus est. Quotiēs:inqt ludi theatrales cessant:& ludi circenses sunt longe a plæbeis hoīesque negociis forēsibus sunt occupati:mulieres p multum ocium ornamenta histrionica contrectant. Est aūt ordo. Aliæ tristes tenent personam & thyrsum:& subligacii:quotiēs aulea recōdita cessant:& quotiēs fora sola sonāt clauso theatro & quotiēs megalesia sunt lōge a plæbeis. ¶ Aulæa.r.i.uela & ornamēta scænæ ad ornatum:& ad solem arcēdum. unde Ora. in epi. Quatuor aut pres aulea ꝑmuntur in horas. ¶ Sola.f.i.iudiciaria:nam tria erant fora romæ:ut docet Trangl.in aug. ¶ Clauso .t. finitis ludis:clauso igitur theatro quātum ad ludorum celebrationem:non ꝙ mulieres non ingrederentur & istrumēta illa scænica pertractarent:ociosæ:taliumque rerum ualde studiosæ. ¶ Megalesia:ludi erāt circenses:qui in honorem magnæ matris celebrabantur:dicati a Iunio Bruto:quod docet Liui.his uerbis. Marcus Iunius Bru. ædē magnæ matris deum in palatio dedicauit:& ludos ob eandem dedicationem factos megalesia appellauit: μεγαλη enim magna dicitur μεγαλειοσ magnus. Tales ergo ludi magna cum uoluptate totius populi celebrabantur. De quibus Iuuena.infra.interea megalesiacæ spectacula mappæ Ideum solēne colūt: similisque triumpho prædo caballorum prætor sedet:ac mihi pace:īmensæ nimiæque licet si dicere plæbis:Totam hodie romam circus capit. ¶ Longe a plæbeis:subaudi sunt.i.quotiens ludi circenses:sunt longe a plæbeis.idest perfecti sunt: & plæbei a ludis discesserunt : nam ut diximus : initio ueris stato : solemnique die celebrabantur : magno totius plæbis studio & delectatione : unde ait. Ac mihi pace immensæ nimiæque licet si dicere plæbis. Et alibi. Nam qui dabat olim Imperium fasces:legiones:omnia nunc se:continet atque duas tantum res anxius optat:pannum & circēses. Eos plæbeios appellauere secundum Asconium Pedia.ꝙ exactis regibus pro libertate plæbis fecerunt:aut pro reconciliatione plæbis. ¶ Tristes : quia priuatæ sint ea ludorum uoluptate. ¶ Tenent:pertractant.

Viuat Fidenis: & agello cedo paterno,
Quis tamen affirmat:nil actum ī montibus? aut in
Speluncis? adeo senuerunt Iuppiter & Mars?
Porticibus ne tibi monstratur fœmina uoto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Qđ securus ames: quodq; inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante batyllo
Tucia uescicæ non imperat:appulla gannit
Sicut in amplexu:subitum:& miserabile longum
Attendit thymele, thymele tum rustica discit.
Ast aliæ quotiens aulęa recondita cessant:
Et uacuo:clausoq; sonant fora sola theatro:
Atq; a plębeis longe megalesia, tristes

Cuncus

chironomia

Leda

Tucia

batyllus

Batylli

Megalesia

Plebeii

Persona ¶ Personam: persona autem dicta est a personando: quoniam tegmen illud oris & capitis una tantum uocis emit tendæ uia puium magis claros: canorosque sonitus facit. Hæc ex Gelio. ¶ Thyrsum: hastam inuolutam pampino: quali utebantur bacchæ in sacrificiis liberi patris. Talia.n. omnia in theatro conseruabant. ¶ Subligar: quo histriones ad uelandas partes corporis inferiores utebantur. Idem subligaculum dicebatur. Cicero in officiis. Scænicorum quidem mos tantam habet uetere disciplina uerecũdiam: ut in scæna sine subligaculo prodeat nemo. Dionysius: certatores scænici in ludis uersabantur reliqua parte corporis nuda: circum pudenda uelati. ¶ Acci: nomen est histrionis. ¶ Vrbicus. Aliud uitium notat in mulieribus. Capiuntur inquit amore scenicorum. Sed quum ii fibulati uocem suam uẽdant in recitatione fabulaꝝ cogũtur soluere fibulas suas: ut coeãt cum eis. Nam cantores scænici: ut gratiorem conseruarent uocem infibulabantur. Sed quum duplex sit fibulæ genus. Indumentum .i. quo nõ solum utebantur ad inguina tegenda: sed ut etiam a coitu comprimerentur: unde est illud Mar. Menopili penem tam grandis fibula uestit. Vt sit comœdis omnibus una satis. Hunc ego crediderã (nam sæpe lauamur in uno.) Sollicitum uoci parcere flacce suæ. Et tenuissimum filum: siue æneũ: siue argenteum: quod preputio ab utroque lateẽ super glandem perforato addebat: id autẽ fiebat tum uocis conseruandæ: tum ualitudinis gratia: quod docet Cor. Cel. li. vii. Colu. loquens de bobus sic ait. Aenea fibula pars auriculæ latissima circũscribitur: ita ut manãte sanguine tanquam o litteræ ductus appareat: Placet magis intelligamus de hoc genere fibulæ: q̃ de indumento: hoc.n. modo uox magis seruari potest q̃ per indumẽtum. ¶ Vrbicus: nomen scænici. ¶ Exodio. Exodia: ut docet Liui. li. vii. ab urbe condita: ridicula quedam erant intexta uersibus: q̃ in scæna cantabantur. Verba. Liuii hæc sunt. Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto: ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: q̃ exodia postea appellata: consertaque fabellis potissimũ attellãis sunt. Ergo exodio attellanæ .i. ridiculo inserto fabellæ attellanæ. Nam Attellanæ fabulæ dictæ sunt a ciuitate oscorum attella. Vbi primum cœptæ: argumentis: dictisque iocularibus similes satyricis fabulis græcis. De iis Dio me. & Dona. in Teren. ¶ Gestibus: dum personam autoneos sustinet in agẽda eius fabula. Nam autonoe filia fuit Cadmi thebarum regis: & mater Actæonis. De Autonoe ergo scripta erat fabula. Hunc diligit hinc est indignatõ poetæ: quod delectata cantu uiri scænici: statim in amorem eius inciderit. ¶ Aelia pauper idest mulier nobilis: & pauper: ut ostendat non minus pauperes mulieres quam diuites libidinis æstu flagrare. Nam familia Aeliorum fuit pauperrima. Eodem enim tempore sexdecim fuere Aelii Tuberones in unis ædibus: quibus unus tantum fuit fundus in agro Veiente: & in circo maximo & flaminio spectandi locus: quæ quidem loca ob uirtutem publice donata possidebant: hæc ex Vale. cap. de paupertate. ¶ Cantare uetent: sunt alia inquit in causa: ne chrysogonus cantet: factus enim est raucus nimia libidinis continuatione. ¶ Tragœdo. uiro scænico: & inhonesto: unde sequitur. ¶ An expectes ut Quintilianus ametur: quasi dicat mulieres uiros sapientes & doctos non amant: utpote: qui a tali turpitudine abhorreant. Quinti. autem posuit pro omni uiro sapiente & docto. ¶ Accipis uxorem: de qua liberos suscipient uiri cytharœdi. nam Echion & Glaphyrus nomina sunt cytharœdorum. Mar. Plaudere nec cano plaudere: nec glaphyro. Glaphytus interpræatur festiuus: iucundus: astutus: ornatus politus. ¶ Fiat pater: suscipiat liberos. ¶ Choraules: tibicen: qui in choro fistula canit: nam χορος dicitur tripudium: cœtus: chorus. αυλος tibia fistula & αυλεω tibia cano. ¶ Ambrosius interpretatur diuinus & immortalis. ¶ Longa p angustos: hæc omnia per ironiam legenda sunt. Simus inquit læti: & in signum læticiæ nuptialis ornemus ædes Lauro: ut tibi infantem pariat uxor tua ex gladiatore. ¶ Figamus pul. nuptiarum .n. celebratione talia fieri solebant per urbem: ut res ludicras agerent. ¶ Ianua lauro: nam tota domus in nuptiis ornabatur: Ap. i asino aureo li. iii. Domus tota lauris obsita: tedis lucida constrepebat hymeneũ. Sta. in nuptiis Stellæ. Fronde uirent postes: & feruent compita flãmis. ¶ Infans nobilis. i. qui filius tuus putabitur: & nobilis: quum tamen ex gladiatore natus erit. ¶ Exprimat: referat similitudĩe: & oĩbus oris liniamentis gladiatorem. ¶ Eurialum: nomen est retiarii alterius ex gladiatoribus: alter. n. mirmilo appellabatur: de quibus plura diximus in. ii saty. illic: Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina gracchi. Tibi lent. ubi o ursidi posthume: qui lanista uideri poteris: quum domus tua repleta erit filiis gladiatoribus. Nam lentulus bardiacus lanista fuit: autore Plu. nobilissimus. ¶ Conopeo: lecto tuo. Nam conopeum uelum proprie appellatur: quo maxime Alexandrini utuntur ad arcendos culices. Extendi .n. circa lectum q̃q̃ uersum consueuit: quia ibi ex Nilo culices abundant. κωνωψ: culex dicitur: de quo ita Ora. Interque signa turpe militaria sol aspicit conopeum. ¶ Testudineo: nam lecti testudine citro: & ebore ornabantur. ¶ Nupta se. exemplo hippiæ: ostendit primarias mulieres intemperantiæ crimine non carere. Nam hippia uxor fabricii Veientonis uiri senatorii temporibus Domitiani: de quo Pli. meminit in epi. ad Sempro. Ruffum: relicto marito secuta est gladiatorem abeuntem ab urbe in ægyptum. De hoc Veientone intellexit ante in saty. Ecce iterum crispinus. Et cum mortifero prudens Veiento catullo. Vir enim fuit: ut diximus: senatorius: Neruæ familiarissimus.

Personam: thyrsumq; tenent: & subligar Acci.
Vrbicus exodio risum mouet attelanæ
Gestibus autonoes: hunc diligit Aelia pauper.
Soluitur his magno comœdi fibula. sunt quæ
Chrysogonum cantare uetent: Hispulla tragœdo
Gaudet. an expectas ut Quintilianus ametur?
Accipis uxorem: de qua cytharœdus Echion:
Aut Glaphyr9 fiat pater: Ambrosiusq; choraules.
Longa per angustos figamus pulpita uicos.
Ornentur postes: & grandi ianua lauro:
Vt testudineo tibi Lentule conopæo
Nobilis Eurialũ: aut mirmiuõem exprimat infãs.

Marginal notes: Persona; Sbligar; Fibula; Exodia; Attelãæ fabulæ; Attella; Glaphyrus; Choraules; Ambrosia; Conopeum

¶ Ludum:pro ludium posuit. Nam ludii & ludiones dicuntur histriones & uiri scænici:a ludo et ludiæ mulieres pari modo se in scænis exercentes. ¶ Ad pharon:pharos insula est opposita Alexandriæ : eique ponte iuncta : de qua Cæ.in cōmentariis:seu Oppius pro eo. Eiusdem nominis in ea est turris:ex qua faces exeruntur tempore noctis:indicantes ibi portum esse nauigantibus. ¶ Famosaque me.lagi.i. Alexandriam:que in ægypto est:ubi & pharos:& Nilus sunt. Nam Ptolo.qui Alexan.successit lagi fuit filius:unde & Lagidarum imperium cœpit:quod post multos annos morte cleopatræ euersum fuit. ¶ Famosa:infamia:aut quia:ut testatur Strabo:Omnes post tertium Ptolo. male uixerunt delitiis corrupti : omnium uero pessime quartus & septimus & ultimus Auletes : aut quia ibi Pompeius perfide occisus sit a Ptolo.aut quia in propinquo canopi sit fossa nocte dieque cymbarum plena : in quibus mulieres & uiri impudenter lasciuiunt. Sic.n.& Cæsar apd Luca.in.vii.appellat regna famosa ignaua & imbellia:quum hortatur milites aduersus Pompeia Itē per ignauas gentes:famosaque regna. Famosum item in bonam partem plerūque est legere apud autores Apul.in.xi.meta. At ille uir alioqn grauis & sobriæ religionis obseruatiōe famosus. ¶ Canopo damnante prodigia.i.canopo lasciua non probante mores urbis:ut sit sensus : licet cāopitatu lasciue & turpiter uiuerent: damnabant tamen inquit mores romanos:& tantam impudicitiam ueluti prodigiosam : Canopus nomen accepit:autore Strabo.a canopo Menelai gubernatore:qui ibi sepultus fuit distat autem ab Alexādria centum & uiginti stadiis: de quo etiam in prima satyra. ¶ Nil patriæ indulsit nihil pensi habuit : quominus patriæ suæ dedecori esset:nullum habuit patriæ respectū: quominus id ageret. ¶ Vt magis stupeas:magis mireris.publicam romanorum desidiam taxat qui tanto tempore ludis scænicis:circensibusque delectarentur.q.d.illud maxime est mirandum : quomodo etiam si filios relinqueret:ludos cirsenses relinquere potuerit : ex quibus tantam uniuersi caperent uoluptatem. ¶ Paridem:hoc est ludos scænicos:paris enī pantomimus fuit temporibus: ut ante diximus : Domitiani ei acceptissimus. ¶ Ludos.s. scænicos & circēses:quibus tota ciuitas tenebatur:alibi. Si potes auelli circensibus. ¶ Sed quāquam in magnis licet inquit molliter in domo paterna esset educata:contempsit tamen labores:& maritima tedia. ¶ Cunis. Cunæ & in cunabula dicūtur lectuli puerorum: unde & cuninam deam ueteres colebant:ꝙ preesset cunis. ¶ Segmentatis:que multis ornata fuisset segmentis : que ornamenta sunt muliebria:ut docet Vale,li.v.ca.de gratis:ergo cunæ talibus ornatæ erant segmentis: aut reuera circulis & zonis quibusdam distinctæ & pictæ. Nam Pli.li.vi. capi.xxxiiii. ostendit segmenta significare circulos his uerbis. Plura sunt autem hæc segmenta mundi:que nostri circulos appellauere:græci parallelos:nomen autem de ductum uidetur a secando:idest diuidendo de segmentis plura diximus ante in secunda saty. ¶ Famam contempserat olim:non mirum inquit eam mare contempsisse que iam famam floccifecerit : ut ostendat eas mulieres : q̄ pudicitiam suam iminuere ad omnia esse audaciores q̄ honestas:nihilque expauescere: quod bonis esset formidabile. ¶ Cuius.s.famæ. ¶ Minima est iactura:idest cuius minimam putant esse iacturam : & minimum damnū : quū eam amiserint. ¶ Molles cathedras.i.apud fœminas:que molliter & ociosæ sedent in cathedris:nihil operis faciētes. ¶ Tyrrhenos fluctus:mare inferum dictum:ꝙ littus tyrrhenum radat. Nam mare a locis que alluit nomen accipit:ut siculum quia siciliam. Rhodium quia rhodum: ionium quia ioniam radit. ¶ Constanti: forte & minime trepido. ¶ Iusta pericli:si forte inquit nauigandum sit aliqua iusta & utili causa:mulieres statim timent:nequeunt que ferre nauigationem. ¶ Durum est:durum ipse putant & laboriosum. ¶ Tūc:quum maritus iubet: & honesta est cā nauigatōis. ¶ Sentina:nauis fundum:quo tota decurrit aqua:a sentiēdo dicta:ꝙ maxīe putet & sentiat. Vale.li.ii.ca.de disciplina militari uī accepisse pro ipsa aqua que in fundo nauis corrupta teterrimi est odoris ut facile nauigantibus nauseam moueat:sic.n.scri. Hac turpi & erubescenda sentia uacue factus exercitus noster. ¶ Vertit aer.aeris q̄dam uertigo oculis oboritur. ¶ Illa:subaudi que maritum sequitur nauseat & uomit. ¶ Hæc.i.q̄ sequit mœchum. ¶ Rudētes funes nauiū dīr rudentes:ꝙ flantibus uentis rudere uidentur. ¶ Qua tn̄ exar.fo.hac iter rogatione acrius lacerat hippiam:ꝙ non forma:que nulla erat in hoīe:sed qa arma tractaret secuta sit gladiatorē. ¶ Ludia:nam ut diximus:ut ludii & ludiones dicebantur uiri scænici:ita & mulieres ludiæ appellabantur.

Ludius
Phaios
Cāopus
Cunæ
Incunabula
Cuninæ dea
Segmenta
Sentina
Rudentes
Ludii
Ludiōes
Ludiæ

Nupta senatori comitata est Hippia ludum
Ad pharon:& nilum:famosaque mænia Lagi.
Prodigia:& mores urbis damnante canopo.
Immemor illa domus:& coniugis:atq; sororis
Nil patriæ indulsit:plorātesq; improba natos:
Vtque magis stupeas, ludos.Paridemq; reliquit.
Sed q̄q̄ in magnis opibus:plumaque paterna:
Et segmentatis dormisset paruula cunis,
Contempsit pelagus:famam cōtempserat olim:
Cuius apud molles minima est iactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus:lateque sonantem
Pertulit ionium constanti pectore:quāuis
Mutandum toties esset mare.iusta pericli
Si ratio est:& honesta, timent:pauidoq; gelantur
Pectore:nec tremulis possunt insistere plantis:
Fortē aīum prestant rebus:quas turpiter audent.
Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauem.
Tunc sentina grauis.tunc summus uertitur aer.
Quæ mœchū sequitur:stomacho ualet.illa maritū
Conuomit.hæc inter nautas:& prādet:& errat
Per puppim:& duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarsit forma? qua capta iuuenta est
Hippia? quid uidit:propter quod ludia dici

Hiacyntus

¶ Nam sergiolus: ratio quare in homine nihil esset: ꝙ amaretur: nam omnem inquit formam exuerat: barbam enim totum guttur uestientem radebat: ut ostendat illum grandioris fuisse ætatis: sed quia gladiator erat: placebat ad modum: nam tales putant hiacyntos: hoc est formosos: qualis fuit hiacyntus dilectus ab apolline: quem cõstat ludentem disco a Borea irato: ꝙ magis apollinem amaret: interemptum mutatumque ab apolline in florem nominis sui. Sergiolus autem nomen fuit gladiatoris forma diminutiua per contemptum. ¶ Requiem. i. missionem: que gladiatorib. dabatur: quum aliquo fuissent debili membro Mar. Nuper quum myrino peteretur missio læsso.

Sustinuit: nam Sergiolus iam radere guttur
Cœperat: & secto requiem sperare lacerto.
Præterea multa in facie deformia: sicut
Atritus galea: mediisq; in naribus ingens
Gibbus: & acre malum semper stillantis ocelli:
Sed gladiator erat. facit hoc illos hiacynthos.
Hoc pueris: patriæq;: hoc pretulit illa sorori:
Atq; uiro. ferrũ est: qđ amant. hic sergius idem
Accepta rude cœpisset Veiento uideri.
Quid priuata domus: qd fecerit Hippia curas?
Respice riuales diuorum: Claudius, audi:
Quæ tulerit. dormire uirum quum senserat uxor
Ausa palatino tegetem preferre cubili
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius una:
Et nigrum flauo crinem abscondente galero.

¶ Sicut attritus galea. i. contusus multo attritu galeæ & deformatus: ita ut mirũ uideri possit ꝙ ab hippia sit dilectus. ¶ Gibbus: eminentia & tumor: qui nascitur in quacunque parte corporis. ¶ Sed gladiator erat: adiuuandum gestu. ¶ Hoc: ꝙ sint gladiatores. ¶ Ferrum est quod amant: amant inquit eos: qui arma pertractẽt: ut uiros ad coitum ualidos. ¶ Cœpisset ueiento uideri: si forte Sergius gladiator rudem accepisset .i. missionem impetrasset: statim ab Hippia derelictus esset: sicut & ueiento maritus: nam illum alterum ueientonem existimasset: ut ostendat illũ tantum placuisse: quia arma tractaret. ¶ Accepta rude. Rudis uirga erat: qua gladiatores impetrata missione donabantur: Ora. metaphoricos ait. Spectatum satis & dõatum iam rude queris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Ci. in .ii. philippica. ¶ Tam bonus gladiator rudem tã cito accepisti. ¶ Respice riuales: uult poeta ostendere non modo priuatas mulieres: sed & primarias: principumque uxores intemperantes: impudicasque eẽ: hocque probat exemplo Messalinæ uxoris Claudii: de qua Pli. li. vii. Cæteris facietas in coitu: homini prope nulla. Messalina Claudii Cæsaris coniunx regalem existimãs palmam elegit nobilissimam ex prostitutis ancillam mercenariæ stipis: eamque die ac nocte superauit quinto & uicessimo cõcubitu. Et Tacitus. Iam Messalina facilitate adulteriorum in fastidium uersa ad incognitas libidines profluebat.

Rudis

Riuales

¶ Riuales diuorum: Cæsares intelligit: qui rerum domini æmuli quodammodo deorum habebantur. Vnde extat illud. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Riuales autem dicuntur proprie autore Vlpiano: qui per eũdem riuum aquam ducunt. metaphoricos autem illos dicimus riuales: qui pari animorum affectu ad aliqd habendum studium suum conferunt. ¶ Quæ tulerit: quanta opprobria passus sit ex adulteriis Messalinæ uxoris sue impudicissimæ. ¶ Dormire uirum ordo est. Meretrix augusta linquæbat. scilicet uirum: quum senserat eum dormire. ¶ Meretrix augusta: Cæsarea: nam Cæsarum uxores dicebantur augustæ. ¶ Tegetem: lupanar. ¶ Cubili palatino imperatorio: nam imperatorꝝ sedes & domicilium erat in palatio. ¶ Cucullos. Cucullus genus est uestis uillosæ: de quo abũde diximus l. iii. saty. illic Veneto duroque cucullo: idem etiam cucullio dicebatur. ¶ Comite an. quum ad fornicem meretricium descenderet: nam unam tantum nobilissimam ut diximus: ex prostitutis elegerat quam quinto & uicesimo concubitu die & nocte superauit. ¶ Crinem nigrum. Nam matronis capillus flauus non concedebatur: sed niger tantum: contra flaua coma dabatur meretricibus: iõ Virg. uolens ostendere Didonem impudicam ait. Nondum illi flauum prosperina uertice crinem. Abstulerat: ergo Messalina: ne agnosceretur galero uicium texit. ¶ Galero. Galeꝝ siue galerus genus est pilei. Virg. Et temperat astra galero. Idem. Nec archadii bñ protegit umbra galeri: eo peculiariter utebantur pontifices: unde Apuleius in prima apologia. Verũtamen haec Diogeni & Antistheni pera & baculus: quod regibus diadema: quod imperatoribus paludamentum: quod pontificibus galeꝝ: quod lituum augurib. Vnde & Gelius de flamine Diali. Is solum galeꝝ habet album. Galero post crepusculum arrepto solitus est Nero popinas intrare circũque uicos uagari. Autor Tran. a galero fit per diminutionem galericulus pro paruo pileo. sed accipitur ẽt pro coma ex alienis capillis compacta instar galeri: qua nõnulli utuntur ad dissimulãdam capilloꝝ raritatem: quod fecit Otho. de quo ita Tran. Vulso corpore galericulo capiti propter raritatem capilloꝝ adaptato & annexo: ut nemo dignosceret. Eundem etiã capillamentum appellauit Tran. in Caligu. his uerbis. Ganeas atque adulteria capillamento celatus: & ueste longa noctibus obiret. Licet capillamentum alias pro capillo accipiatur: ut illud apud Apule. in secũdo de asino aureo. Tanta est denique capillamẽti dignitas ut quãuis aureo: ueste: gemmis: omnique caetero mundo exornata mulier incedat: tamen nisi capillum distinxerit: ornata non possit uidere. Et per similitudinem Plinius relique autores in fœniculo. Anetho: & ferula capillamenta appellant: ipsa folia: ꝙ instar capillorum sint. A galero etiam denominatur auis galerita galli co uocabulo: etiam legioni nomen dedit alauda: ut scribit Pli. libro. xi. capite. xxxvii. Varro cũ appellat galericũ: quod in capite habeat apicem. ¶ Lupanar: fornicem meretricium: a lupis dictum: meretrices enim dictæ sunt lupæ: quod non minus ad quaestum sunt auidæ: ꝗ lupi ad cibum. ¶ Calidum: nimia frequentia celebratam.

augustæ
cucullus
cucullio
Capilli nigri
Galerus

Capillamentũ
galerita.
Alauda.

Cẽtões

Ocreas:posuit ocreas pro oibus armis cū sint cruꝝ arma turæ:dicteque q̄si ob crus. Titus Li.in.i.decade loquēs de seruio Tullio. Nec de armis quicquam mutatum:ocreæ tm̄ adeptę:legēdumque est Ironicos: & gestu adiuuandum:q̄le inq̄t ornamētum reꝝ uideas:si publica auctōe Balteus & manicæ reliquaque arma uxoris uendantur. Nam auctio appellatur uenditio:que publice fit ab auctu precii:qui fit a circūstantibus:unde & auctarium appellatur additamētum precii. Plau.in mercatore: Auctarium adiicito:uel mille nūmum plusquam poscet. Balteus: cingulum militare ex corio:a quo arma dependebant pugnatoria:dictum ait Varro a bullis: q̄bus erat distinctū. Māicæ:q̄ ad manū cōseruatōem gestantur aduersus pugnātes:eas ēt manicas appellamus: quibus māus aduersus uim frigoris muniunt: unde Pli.ad Macrū:ad latus notarius cum li.& pugillaribus cuius manus hieme manicis muniebantur: manicas item dicimus uincula:quæ māib.iniiciūtur Virgil. Manicas atque arcta:leuari uincla. Cristæ:quæ gestari solent in uertice galeæ. Dimidium te.hoc āt dcm̄ ex more Etholoꝝ: qui autore Macro. in bellum uno tm̄ mō pede calciatos descendebant:qđ institutum Virg.imitatus ait li.vii.de hernicis. Vestigia nuda sinistri instituere pedis:crudus tegit altera pero. Dimidium āt dixit: quia a pede usque ad genu crus tm̄ integebatur: reliqua uero pars nuda erat scuto eam tegēte. Sinistri cru. Bene aūt sinistrum ait armari. Nā in pugna crus sp̄ sinistrū ꝓtēdit:ideo munitur.

Ocræ
Auctio
Auctarium
Balteus
Manicæ

Prelia:tum fœlix ocreas uendente puella.
Hę sunt quę tenui sudant in cyclade:quarum
Delitias: & panniculus bombicinus urit.
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus.
Et quanto galeę curuetur pondere:quanta
Polpitibus sedeat:quam denso fascia libro.
Et ride scaphium positis cum sumitur armis.
Dicite uos neptes Lepidi:cœciue Metelli
Gurgitis:aut Fabii:quę ludia sumpserit unquam
Hos habitus?quando ad palum gemit uxor asili?

Hæ sunt q̄ te.risu satyrico subsanat mulieres:q̄s ait in turpi facinore nullū ꝑsus sentire laborē:in ope hōesto sudare. Quas inq̄t uides tā fortiter arma ꝑtractare:illæ sunt:que uel leuiū gestamie uestiū sudāt. Cyclade uestis est muliebris tenuissima:& rotūda uñ nomen:cyclos.n.græce circulū significat latine:de cyclade Prop. Quæ mō p uiles inspecta ē publica noctes:Hæc nūc aurata cyclade signat humū: Lāpridius in Alexādro sic scri. Matronas regias cōtētas esse debere cyclade:q̄ sex unciis auri plus nō hēret. Cyclades ēt īsulæ sunt in mari ægeo dictæ ꝙ in orbē & circulū iaceāt. Pāniculus bom. Pānus & uestimētum cōfectū ex bōbyce coa. Nā Bōbices uermes sūt ī assyria:q telas araneoꝝ mō texūt ad uestē luxūꝙ fœminaꝝ:q̄ bōbycina appellātur:eas telas mulieres retorquēt rursusque texere didicere:tāta materiæ tenuitate: ut denudet fœminas uestis bōbycina:uñ Mar. Fœmineū lucet sic per bōbycina corpus. Aspice quo fre.hoc ēt risu satyrico ꝓnūciādū. Aspice igt q̄ strēnue ex disciplina tractandoꝝ armoꝝ feriat aduersariū. Quō fre.q̄ uociferatōe. Nā ut scri.Ci.in.ii.tuscu. In stadio cursores exclamant q̄ maxīe pn̄t ut se intēdāt ad firmitatem faciūt idem quum exercentur athletæ. Pugiles uero ēt quum feriunt aduersarium iniectis cæstibus ingemiscunt:non ꝙ doleant aīoue succumbant:sed quia in perfundenda uoce oē corpus intenditur:uenitque plaga uehemētior:hinc igitur Iuue.ait eam in feriēdo fremere:hoc est uoce itonare. Perferat.i.ferat in aduersarium. Quāto ponde.cur.ac si dicat non est miꝝ:si ualde incuruatur:q̄a onerosa ē galea. Sedeat popli.expressio ferientis ictum:qui genibus nititur incuruatis. nam poplites ꝓprie dn̄r genuum concauitates. Quam denso fascia li.i.aspice q̄ denso li.i.denso uolumine uestium fascia adsit ipsi mulieri. nam fascia succinctæ mulieres ludebant. Mar. Harpasto quoque subligata ludit. Et ride hoc:ita superioribus coniungitur: ut sit sensus. Aspice & ride quasi qua diuersa faciant:ridiculum.n.est eas arma tractare: & mox depositis armis in scaphium mingere. Est.n.scaphium:ut Iulius pollux tradit.uas fœminarum in quod mingerent. Vlpianus de auro & argento lega. Scaphia habita uentris causa non puto argento legato contineri:quia argenti numero nō habētur:dictio autem est a græco deducta.nam σκαφη uas concauum:& peluim significat. Victruuius tñ lib.viii. ostendit scaphium non solum esse uas ad usum uentris:sed etiam ad alios usus aptum his uerbis. Scaphiū æreum aut plumbeum:aut peluis ex his:quod erit paratum:Idque intrinsecus oleo ungatur &c. Et ride:sic.n.poetæ ridēdo notat uicia. Ora.in.i.epistola. Quid puer:ride:mutat cœnacula:lectos. Dicite uos neptes le. Hi tres:lepidus:metellus:& Fabius gurges fuere uiri grauissimi:hoꝝ poeta citat neptes:ut mulieres seueras: & ex parentibus seueris natas rogatque nunquid temporibus suis talia mulierum extiterint monstra. Sicque suis temporis uicia flagellat:ostendens omnia in deterius labi: Lepidi:de.M. Aemilio lepido intelligit:qui p̄nceps senatus a censoribus lectus:antequam expiraret:p̄cepit filiis lecto se strato sine linteis:sine purpura efferent.in reliquum funus: ne plusquam æris denos cōsumerent:imaginū specie:nō sumptibus nobilitari maximorum uiroꝝ funera solere. is bis consul fuit pontifex maximus:& censor collega Fuluii flacci:qui quum aduersus eum graues inimicitias exercuisset:eas ut simul censores enunciati sunt:in campo deposuit. Cæciue metelli qui orbam luminibus exegit senectam amissis incendio:quum ex aede uestae ardenti pōtifex palladium raperet memorabili cā: sed euētu misero. De hoc dixius.& i.iii.fa. Gurgitis.f. Hic est ille Fabius gurges qui aliquot matronas ad ppl̄m stupri dānatas pecūia mulctauit ex quo mulctaticio aere ueneris ædē:q̄ ꝓpe circū ē:faciēdā curauit:filius aūt fuit illius. Qu.Fabii cōsorris:a quo i q̄tuor trib.redacta ē turba forēsis:uñ nomē fuit Fabio Ma.datum:iure ergo citat neptes Fabii Gurgitis:utpote ex eo natas q uitia mulieꝝ exosus fuerit dōaueritque. Quæ.l. q̄ minima fecerit id per tātā impudētiam:ꝙ fit a matrōis nostri sæculi. Hos hi.i.tales hītus athleticos.& gladiatorios.s. Qn̄ ad pa.ge.uxor asyli.q d.maiore uerecūdia uiuit minima.& uxor gladiatoris q̄ matronæ nostri tp̄is. Neque.n.ludis ad palū exercet:sicuti matronae. Asylus gladiatoris nomē est. Bene autem gemis.q̄a ut diximus pugiles quum feriūt aduersa

Cyclas
Bōbice
Poplites
Scaphiū
Asylus

rium:ingemiſcunt:non ꝙ doleant:animoue ſuccumbant:ſed quia profundenda uoce omne corpus: ut dixi: intē

Lis dit᷑. ¶ Sp habet lites Alia diſſuaſio. Sp inq̄t lites & iurgia marito ſunt ſentiēda:ut nullus . t. ne in lecto q̄dem lo

Iurgium cus q̄etis:lis ꝓprie appellat᷑ inimicoꝝ cōcertatio:iurgiū aūt beniuoloꝝ & ꝓpinquoꝝ Cic. in li. de rep. iurgāt ergo lex putat inter ſe uicinos nō litigare. ¶ Minimum dormit᷑.i.modicum & paꝝ dormitur. ¶ Tunc grauis illa uiro. Aliam notat exquiſitam in muliere maliciam:que cum amator ſuo:quum fuerit:uerita ne maritus male de ſe ſentiat:aut ſuſpicet᷑:ipſa ultro maritū per fictas lachrymas accuſat totaq; eſt in ſuſpirio & gemitu : ut diſſimulata prauitate eū dcipiat credētem ex uehemēti ī ſe amore id fieri.

Semper habet lites:alternaq; iurgia lectus:
In quo nupta iacet.minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa uiro:tunc orba tygride peior:
Quum ſimulat gemitus occulti conſcia facti:
Aut odit pueros:aut ficta pellice plorat
Vberibus ſemper lachrymis:ſemperq; paratis
In ſtatione ſua:atq; ipſis expectantibus illam:
Quo iubeat manare modo.tu credis amorem.
Tu tibi tunc curruca places:fletumq; labellis
Exorbes:quæ ſcripta:& quot lecture tabellas:
Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.
Sed iacet in ſerui complexibus:aut equitis.dic:
Dic aliquem ſodes:dic Quintiliane colorem.
Hęremus.dic ipſa.olim conuenerat inquit:
Vt faceres tu quod uelles:nec non ego poſſem
Indulgere mihi:clames licet:& mare cœlo
Confundas:homo ſum.nihil eſt audacius illis
Deprenſis:iram atq; animos a crimine ſumunt.

¶ Tūc grauis:ordo ē illa tūc eſt grauis uiro accuſans eū & peior tigride orba:quum conſcia facti occulti.i.adulterii ſui admiſſi ſimſat gemitus.i.ſimulat ſuſpiria ac perinde ſe mariti Zelotypā ꝓbat. ¶ Orba tigride. Tigris aīal eſt : qd᷑

Tigris indi & hircani ferunt uelocitatis tremēdæ: & tū maxime ablatis fœtibus ſæuit precipua feritate in littore quū raptor in nauib. ſe cōtulerit: a celeritate nomē accepit:nā tigris lingua perſica ſagittam ſignificat. ¶ Aut odit pueros .i. inſectat᷑ ſeruos:ut adulterii miniſtros : oſtēdit qūo grauis ſit uiro. Nā quo irata ei uideat᷑ : oīa in domo pturbat.ut grauiter offenſa. ¶ Aut ficta pellex ea ap

Pellex pellat᷑ q̄ cū eo cubat:cui uxor ſit : de qua plura il

Statio lic diximus. Reſidēs in codice pellex. ¶ In ſtatōne ſua:hoc ē in ſede ſua. Nā Statio appellat᷑ oīs deſtiatus ad ſtādum:excubādumque locus: ſæpe ēt Statio pōitur ꝓ ipſis cuſtodibus.ut illud apud Trāquillum in Nerone:ſed adiuuāte uulgi ꝑces ēt ſtatōe militū:que tūc excubabat:repētatuꝝ ſe pollicitus ē:inde ēt dn̄r milites ſtatōnarii. Statio

Statiōarii itē pro ipſo offō ſtādi:ut illud apud Valeriū. Voluntaria ſtatōe & corpora & aīos corroborabant. Alibi antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat de quo uocabulo pluſcula dicemus in .xi. ſaty. illic. Statōes:oē theatrū. ¶ Quo iubeat manare:oſidit poeta quā facile ſit mulieri lachrymas emittere:que ubi libuit:eas fundit:nec minus in re ficta quā ī uera:uñ illud ē Oui. Credidimus lachrymis:an hæ ſimulare docētur. Hæ quoque hn̄t artes:quaque iubētur eūt. Terē. Hæc uerba una me hercle falſa lachrymula extiguet. ¶ Tu.c.amo. inſultat inſcitiæ mariti nimis creduli.credis inquit hoc fieri:qa te amet᷑. ¶ Curruca pla.

Curruca ignominioſe currucā appellat maritū q̄ſi q alienos educet liberos ꝓ ſuis:uxorēque ſuam ab aliis poſſeſſam amplectat᷑. Nā curruca:ut ſcribit Ari. li. vi. de natura aīalium:auis eſt:in cuius nido cuculus parit oua:q̄ Curruca:ut ſua fouet:excludit:& educat. Parit itē interdū in nidis minoꝝ auium:& oua q̄ aliena repit edit:maxime uero nidos palūbium petit:quaꝝ oua eſu abſumēs ſua relinq̄t. ¶ Quæ ſcri. q̄lia ſcripta:ac ſi dicat ipudica:& amatoria : adiuuādūque eſt geſtu. ¶ Scrinia:ubi & ſcripta:& unguēta reponunt᷑. Pli. li. xiii. Caſtris Darii regis expugnatis in reliquo

Scrinium eius apparatu Alexander cœpit ſcriniū unguētoꝝ. Ora. in epi. Calamum:& chartas:& ſcrinia poſco:a ſcrinio dn̄r

Zelotypus ſcriniarii:qui ſcriniis preſunt. ¶ Zelotypæ:que ſe zelotypā ſimulat:nā zelotypus ꝓprie appellari pōt æmulator & amator formæ ζηλοσ æmulatio ē:& amor τυποσ forma:qui igit᷑ ita amat:ut ſolicitus ſit:nequis amore ſuo

Zelotypia perfruat᷑:zelotypus ē. Et zelotypia diffinit᷑ a Chryſippo ægritudo aī ex eo ꝓueniēs:ꝙ timeas ne adſit alteri:ꝙ cū nemine uelis hēre cōe. ¶ Sed ia. i ſer. cō. Oſtēſurus ē mulierē nō mō ad oīa uicia eē ꝓnā:ſed in flagitio dephēſam mira ſe ēt audacia dfendere. Si inq̄t forte accidat:ut eā iuenias in cōplexib. aut ſerui:aut eq̄tis:ita ut ne ſūmus q̄dē orator eloquētia ſua q̄at rē tueri ipſa iq̄t facile:ſe ſtati tuebit᷑. ¶ Dic qn. q tp̄ib. Domitiāi floruit: ſcripſit libros de inſtōne oratoria:q ad nos ꝑuenerūt:urbis fuit magr̄ ꝑmus:q mercedē publicā accepit a fiſco:ut ſcri. Euſe. Docuit ēt nepotes Dōitiāi. Mar. Quintiliāe uagæ moderator ſūme iuuētæ. Gl̄a rōanæ q̄tiliane togæ. ¶ Aliquē co. i. dic ſcī rōem. Nā græci choran appellāt:qd᷑ nos colorē. i. rōnē:q ſcm̄ excuſat. Sene. in. iii. Decla. Māifeſtus ē adoleſcentis color ut dicat ſe autoritate pr̄is oppſſum. idē ī. vi. cōtrouerſia. ii. libri. colore ħ uſus ē latro ꝓ pr̄e puellæ nō miſericordia motā:ſed libidīe:& iō ñ eē bn̄ficiū. Idē ī ſequēti cōtrouerſia Alio colore uſus ē:dixit. n. ñ irā illā pr̄is fuiſſe:ſed caliditatē. Q ō q̄ ſine colorē ē cōſiſtere neq̄t:ħ mō. C. Vatienus ſiniſtræ māus digitos: ne bello Italico militaret:abſcidit:reus:ē læſe reip. Hic q̄m color ſcī nō inuenit᷑:cā neq̄t cōſiſtere:ſicque dfenſio ſubuertit᷑. Vñ iucūde poeta interrogat Q uīti. tanq̄ optimū rhetorē:ut cām hāc dfendat & ſcī rōem afferat. ¶ Hæremus: uerba q̄tiliāi. Certe inq̄t hæremus. i. ābigimus:quo pcō rē tā euidētē poſſimus dfendere. ¶ Dic uerba q̄tiliani. q. d. quū nos id neſciamus:dic tu ipſa o mulier. Illud obſeruādum eſt hoc ꝓnomen ipſe iūgi ꝑmæ pſonæ ſecūdæ & tertiæ: ut ipſe feci:ipſe feciſti:ipſe fecit. ¶ Olim. c. arguta defenſio mulieris. ¶ Mare. c. ſolēt. n. ira pciti ita clamādo elemēta ciet᷑ ut illud Teren. O cœlum:o terra:o Maria neptūni. ¶ Hō ſum:crimen a ſe remouet in ſexus ibecillitatem transfferēs:ut ſit hō ſum. i. mulier ſum:& ꝓinde nec miꝝ:ſi aliq̄n a recto tramite declino: q̄n cuiuſque ſit hominis errare.

¶ Vnde hæc mõstra tñ:forte inqt regris:uñ hæc tãta mulierꝫ scelera ꝑueniãt: ex nimio inqt ocio nimioque rerũ luxu hæc sunt:qđ p sequẽtia idicat. Nã quũ rõani pauptate & bellis ꝑmebantur:summa in urbe uigebat pudicitia & ꝓbitas:unde est illud Salustii in iug. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatẽ retinebat: q̃re elegãter sequitur prestabat castas &c. Verꝫ iis oibus amotis incõmodis luxuria inualuit:mores totius ciuitatis corrupti sunt. Sic poeta mõet:in delitiis periclitari hõestatem. Vnde illud est Oui. Quærit ægistus q̃re sit factus adulter. In promptu cã est:desidiosus erat. ¶ Labor:nã dum uariis intẽti laboribus paupertatem tuebantur:uitiis carebant. Oui. Ocia si tollas periere cupidinis artes.

Vnde hæc mõstra tamen:uel de quo fonte requiris?
Prestabat castas humilis fortuna latinas
Quondam:nec uitiis contingi parua sinebat
Tecta labor:somniq; breues:& uellere tusco
Vexatæ duræque manus:ac proximus urbi
Hannibal:& stantes collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala.seuior armis
Luxuria incubuit:uictumq; ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest:facinusque libidinis:ex quo
Paupertas romana perit:hinc fluxit ad histros:
Et sybaris colles:hinc rhodos atque miletos:
Ac coronatum petulans:madidumque tarentum.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit:& turpi fregerunt sæcula luxu

¶ Tusco: aut q̃a in uico tusco lanificiũ exercebatur. Tuscus aũt uicus fuit i urbe: qua itur ad uelabrũ ubi cõsistebãt unguẽtarii & lenones. Ora. Vnguentarius ac tusci turba impia uici:aut reuera:q̃a ex ætruria urbi uicĩa lanificiũ habebat. ¶ Ac ꝓ.ur.hã.i. bella: q̃lia hãnibal gessit aduersus romanos. Hãnibal ãt post canẽsem cladẽ ad Anienem fluuium tria milia passuum ab urbe castrametatus est: quo tpe ploratus: autore Liuio: mulierꝫ non ex priuatis solũ domib. exaudiebat:sed undiq; matronæ in publicũ effusæ circa deũ delubra discurrebãt crinibus sparsis:nixæ genibus supĩas manus ad cœlũ tẽdentes orãtesq; ut urbẽ romã e mãibus hostiũ eriperẽt:matresq; romanas:& liberos ꝑuos inuiolates seruarent. ¶ Stãtes in turre collina .i. Nam senatus censuit:ut hãnibale ꝓximo urbi: consules põerent castra inter portam collinam & exquilinam. Cõsules senatusque in castra uenerunt ibi de summa reipub. cõsultatũ Collinã ãt dicã scri. Var. a uarietate colliũ:quã q̃rinalis hũit collis. ea .n. porta ad Quirinalẽ ducebat. Nunc patimur ex nimio inqt ocio multa nũc mala patimur. Luxuria.n. urbem inuasit que grauius q̃dem q̃ bellũ oẽm honestatẽ expugnauit. ¶ Victumque ulciscitur orbem: sumit inquit uindictam:& suppliciũ de rõanis:q totũ orbem uicerũt. q.d. satius fuisset:si totum orbem non superassent:ne luxuria urbem occuparet. ¶ Nullum crimẽ abest. Ex quo inquit ciuitas imperio & opibus aucta est oẽ genus sceleris exerceri cœpit. Vnde & Titus Li. sic scri. in prologo suo Quãto rerꝫ minus:tãto minus cupiditatis erat nuper diuitiæ auaritiam & abũdantes uoluptates desideriũ p luxũ atq; libidinẽ pereũdi pdẽdiq; oĩa iuexere. ¶ Hic nõ solũ inqt mores urbis p luxũ corrupti sunt:sed & aliæ ciuitates urbis exẽplo luxuriãt. ¶ Fluxit.s. luxuria. ¶ Ad histros. Histri ex littore illyrico in italia ueniẽti occurrunt ab iis ait Festus Põ. appellatos esse histriones:ꝙ ꝑmum illic uenerit:ut inde appareat eos molliter uixisse. Li. tñ in septimo ꝑmæ decadis:& Tacitus & Val. li. ii. de antiq̃s institutis ludiũ q tusco uerbo histrio appellatus ẽ: ex ætruria romam ꝑmum accitum cõtẽdũt. ¶ Sybaris:opꝑidũ est nõ lõge a Cratone cõditũ ab Achiuis inter duos amnes cratidẽ & Sybaridẽ:a quo cognomen habuit autor Strabo. li. vi. Bñ ãũt ait luxuriã ad Sybaritas defluxisse. Nam cõstat eos luxu:delitiisque notabiles fuisse. Vñ Philõ hæbreus i uita Mosæ. Comedias inqt & Sybariticas neq̃tias cõponẽtes. Stra. eodem li. scri. Sybaritas adeo luxuria defluxisse: ut oĩ illa felicitate infra septuaginta dies a crotoniatis exuti fuerĩt & debellati. ¶ Hic rhodos atque miletos:casus sunt noĩati.i. luxuria rhodia:& milesia:hinc est .i. ex urbe roma nata est. Et exemplo urbis rhodii & milesii luxuriare didicerũt. Rhodos aũt insula est maris lycii cognominata a rhodo filia ex sorore Telchinũ. Bene aũt Rhodon & Mileton noĩauit. Nam oẽs fere populi orientales:maximeque asiatici oĩ rerꝫ luxu affluxerũt. Vnde est illud Vale. in .ii. Spartana ciuitas seuerissimis Lycurgi legibus obtẽperãs aliquãdiu ciuiũ suorꝫ oculos a cõtẽplanda asia retraxit:ne illecebris eius capti ad delicatius uitæ genus ꝓhiberẽtur:audierant.n. lauticiã inde:& in modicos sumptus: & oĩa non necessaria uoluptatis genera fluxisse:qđ & Liui. affirmat li. ix. de bello macedonico. ¶ Miletos:ciuitas est ioniæ patria Thaletis philosophi in Asia minore. ¶ Coronatum & ma. hoc iõ dicit:q̃a ibi conuiuia luxuriosa agitabantur:in quibus sumebantur coronæ. Cõsuetudinem aũt cœnãdi cũ coronis:iones ꝑmi reperisse tradũtur:autor Vale. in .ii. de mollitie tarentinorũ sic finem ꝓfecto fruẽdarꝫ opũ:q̃b. ad inuidiã diu abũdaueras Tarentina ciuitas q̃siuisti. Sydonius ipsaq;: que piit trepidarat uncta tarẽtus. Ora. in epi. Sed uacuũ tybur placet:aut molle tarẽtum.i. luxuriæ uacãs fuerunt.n. opulentissimi Tarẽtini. ¶ Petulãs:ad id respexit:ꝙ nõ mõ per superbiã res romanorꝫ in portu suo captas reddere noluerũt:sed alterꝫ ex legatis:q a senatu missi fuerãt ad eas repetẽdas urina respersferint. ¶ Pĩa pegrinos. Oñdit nimia diuitiarꝫ abũdantia urbis mores corruptos esse:ciuitas.n. iam cI orbe subacto in oẽm prorupit luxum:est ergo sensus:Pecunia ipsa.i. diuitiæ multæ fuere causa ut mores peregrini & luxus in urbem inueherẽtur: ut si q̃d apud nationes peregrinas ad luxum esset id omne romani usurparent:unde illud in tertia satyra. Iam pridem in tyberim syrius defluxit orontes. Ex asia enim. ut docet Liuius li. ix. de bello macedonico. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu asiatico inuecta in urbem est:inde primum lectos auratos:uestem stragulam preciosam plagulas: & alia textilia:& que tum magnificæ suppellectilis habebantur:monopodia & abacos romam adduxerunt. Tunc psaltriæ:sambucistrieque:& conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis:epulæ quoque ipse: & cura & sumptu maiore apparari cœptæ. Tunc coquus uilissimum antiquis mancipium & æstimatione:& usu in precio esse.

Tuscus
Collina
Histrio
Sybaris
rhodos

Diuitiæ molles:quid enim uenus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit:
Grandia quę mediis iam noctibus ostrea mordet:
Quum perfusa mero spumant unguenta falerno:
Quum bibitur concha:quum iam uertigine tectũ
Ambulat:& geminis exurgit mensa lucernis.
I nunc: & dubita qua sorbeat aera sanna
Tullia:quid dicat notę Collactea maurę
Maura:pudicitię ueterem quum pręterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas:micturiunt hic:
Effigiemq; deę longis syphonibus implent.
Inq; uices equitant:ac luna teste mouentur.
Inde domos abeunt.tu calcas luce reuersa
Coniugis urinam magnos uisurus amicos.
Nota bonę secreta deę:cum tibia lumbos

¶ Quid.n. uenus ebria curat.Snīa est gn̄alis ꝑlata:tn̄ nũc pp luxũ intẽperãtiamque mulieꝝ:ut sit sensus.Nemo
inqt locuplex diuitiisque abũdãs hõestatis rõnẽ hẽt:oĩa.n.per summum luxũ ĩtẽperãtiamq; agit: ut p uenerẽ ebriã
ĩtelligas effusum in oẽm luxũ ociũ hoĩs ebrii.i.diuitiis repleti:q plenis ĩtẽperãtiæ uelis ad oẽs & aĩ & corporis de
fert uoluptates.¶ Inguinis & capitis.Mulier inqt:que delicatis replet cibis:uinoque multo inebriat : unguentis
delibuta pciosis nõ discernit tãto reꝝ luxu rõnẽ ĩpediẽte:qd ĩtersit ĩter fellatõem & coitũ:hoc est turpiusne sit cri
men fellatõis an coitus:sicque multiplicem mulieꝝ sui tpis ĩpudicitiã flagellat:ac si dicat.oĩa hæc ĩdifferẽter agũt
nulla turpitudine abstinẽt. Vñ & Ora. carmĩe ly
rico ondit p uiolẽtiã licitã & illicitã libidinẽ ex
erceri.Monet sithoniis nõ leuis euius.Quũ fas at
que nefas exiguo fine libidinũ discernunt auidi.
Ordo ãt ẽ mulier q mediis noctibus ostrea mor
det:nescit q̃ sint discrimina ĩguinis & capitis : ut
Ostrea per inguẽ intelligas naturalẽ coitũ:per caput fel
latõem.¶ Mordet:cõedit. ¶ Ostrea: pisces sunt
concha intecti:uenerẽ si cõedãtur excitãt. ¶ V.n
guẽta pf.i.ĩmixta uino & epota:nã in tm̃ unguẽ
torũ luxuria adoleuerãt:ut nõ solũ iis linerẽtur :
sed ẽt biberẽt:unde Pli.li.xxxi. ita scri.At hercu
les iam qdã ẽt in potu addũt:tãtique amaritudo
ẽ:ut odore ꝑdigo fruãtur:ex utraq; parte corpo
ris exteriore.s.& interiore.¶ Quũ bibit cõcha
hyperbolicos.i.grãdi poculo. ¶ Quũ iã uertigi
ne tectũ. Vidẽtur.n.oĩa ebrio in uertiginẽ agi cõ
geminarique lucernæ. Orat.ut sel icto accessit fu
ror capiti:numerusque lucernis.Sene.ad Luciliũ:
Adice illũ ignorãtẽ sui dubia: & ĩexplanata uer
ba incertos oculos:gradũ errantẽ: uertiginẽ capi
tis:tecta ipsa mobilia : uelut aliquo turbine circũ
agẽte totã domũ.¶ I nũc & dubita. Honesta est
inhibitio p cõcessionẽ:ut õdat minime dubitã
dũ eẽ.Sic & Mar.ĩ octauo.I nũc & dubita uates an diligat ipsos.Iuuenalis alibi.I nũc:& uẽtis aĩam cõmitte. Quũ
Sanna hæc inqt mulierib.uitia esse cognoscas:dubitabis quo cõtemptu:quaq; irrisiõe hẽant arã pudicitiæ : cũ iuxta illã
Collu- ꝑtereũt? Est ergo cũ indignatõe legẽdũ.I nũc posthume ursidi & dubita qua sanna.i.q̃ oris distorsiõe tullia rideat
ctea arã pudicitiæ.Quasi dicat nõ debes dubitare pudicitiã a mulieribus miris modis cõtẽni q̃ ꝑcipua ueneratõne co
lere deberent.Est.n.Sãna irrisio:q̃ fit qdã oris:& nasi distorsiõe. Vnde subsannare.i.stridere.Persius.Posticæ occur
rite sanne.i.irrisiõi:q̃ fieri solet post terga.¶ Sorbeat aera.i.ore distorto & hianti respirat in cõtẽptũ deæ.¶ Colla
ctea:hoc loco nomen est ꝑpriũ. Aĩs collactea illa est:autore Capro:q̃ eodẽ lacte nutrita est. ¶ Quid dicat:q̃ mul
ta ignominiosa in ipsam pudicitiam effutiat.¶ Quum ꝑterit:hoc ãt dicit : qa quũ deberet ex uetere istituto arã
ꝑtereundo uenerari subsannat:& irridet.Nã apud antiquos hic mos custodiebatur:ut non sine summa ueneratõ
ne templa preterirentur.Apul.in ꝑma Apol.Si fanum aliquod pretereat:nefas habet adorandi gratia manum la
bris admouere.¶ Implent effigiem deæ:mingẽtes deam lotio respergũt q̃ contẽnunt:ut impudicæ & hõestatis
aduersatrices:sicque cum superiorib.cõueniũt:magis quã intelligas de fellatõe dici:ut ostẽdat poeta mulieres tan
Siphões tum ab oĩ hõestate resilire:ut ipsam quoq; pudicitiã q̃ ꝑcipue colere deberent:miris mõis cõtẽnãt.¶ Lõgis sipho
nibus.Siphones ꝑprie dicũtur fistulæ:& tubi:& cãnæ ex quacũq; materia:unde liqda fluere possunt. Corne. Cel.
prodest ẽt aduersus tardam concoctionem uinum frigidum bibere : & post cibum magnam potionem : sed ut su
pra dixi per siphõem.Quibus uerbis declarat fistulam:& siphonem idem signare:nam pauloante dixerat : duos
cyathos per tenuẽ fistulam bibant.Pli.li.ii.de aqua in summa iuga erũpẽte.Quo spũ acta:& terræ põdere pressa si
phonum mõ emicat.Per siphones igitur longos uesicæ meatus ĩtelligit:ex qbus urina exit:inde per diminutõem
Siphunculi dicuntur.Pli.ad Apollinarẽ:in hoc fonte crater circa:siphunculi plures miscent iucũdissimũ murmur.
Et paulo infra.E stibadio aq̃ ueluti expssa cubãtium põdere siphũculis effluit:cauato lapide suscipitur. ¶ Inq; ui
ces eqtant.Hinc apparet deam haberi cõtẽptui in cuius conspectu turpissima quæque peragãt:expressit aũt triba
des mulieres:hoc est fricacitres a τρίβω qd' est frico:siue tero:q̃lis fuit sapho:ut ipsa fatetur & Porphirio docet :
quod genus sceleris primo instituisse dicuntur lesbie mulieres:unde apud Aristotelẽ λεσβίζειν id agere ẽ. ¶ In
uices:ut altera alteram ineat.Pli.li.vii.Androgynos cõstat utriusq; esse naturæ inter se uicibus coeuntes.Alibi.In
Tribades Androgynos. ue.Ne faciant uicibus.¶ Coniugis urinam:quam emisit ante effigiem pudicitiæ.¶ Magnos uisurus amicos .i. ex
consuetudine Romana amicos salutaturus matutino.¶ Nota bonæ secreta deæ: ita inferuntur a poeta .q.d. mi
rum est:quam sint ẽt obscæna q̃ in sacris bonæ deæ fiũt a mulieribus:estq; adiuuãdum gestu.De bona dea dictũ ẽ
in.ii.satyra.Atque bonam teneræ placant abdomine porcæ.¶ Secreta bone deæ:Secreta aũt dicit: qa ut autores
sunt Macr.& Plutar.in Cæsare & Cicerone:hoꝝ sacroꝝ ritus arcani fuerũt:quumque celebrarentur: uiris interesse
non licebat:ea tãtum in domo summi põtificis noctu a mulieribus celebrabantur.¶ Quum tibia lũbos:sic illud
Persii.Quũ carmina lũbũ intrãt.Nã lasciuo cantu & sono libido maxime excitatur.In iis.n.sacris ad Tibiam: ut
ait Plutarchus:saltabant mulieres multa Bacchanalib.silia peragẽtes.unde supra.Nullo gemit hic tibicina cornu.

¶ Vinoque feruntur: licet in iis sacris uino uterētur: tā lactis noīe nūcupatur: & uas mellariū: autor est Macro. Or do est aūt: o quātus ardor cōcubitus est illis mētibus: quū tibia icitat lūbos. & menades: attonitæ cornu & uino fe runtur. i. agitātur. ¶ Vlulante priappo: uult oīo ondere poeta in sacris bonæ deæ oīa fere fieri a mulieribus: q̄ fie ri consueuerāt in Bacchanalibus: in qb. ut diximus in. ii. saty. Autore Liuio Viri & mulieres non gratia sacrorum sed cōcubitus cōueniebāt: nā ibi stupra erāt ꝑmiscua ingenuoꝝ & fœminarū: tū inter se: tum cū marib. ibi aderant sacerdotes & Priapi: & Cybeles: multique ululatus cymbalorū: & tympanorū: & id genus instrorum musicorū: per qđ ait poeta ululante priapo. i. sacerdote Priapi edēte sonos: instrumentis: hoc āt faciebāt: ne que ritantis uox per uim stuprū patientis exaudiretᷣ. De qbus bacchanalibus sic meminit Diuus Augustinus li. xviii. de ciuitate dei. Et tñ eius uelut dei noīe per īmūdos demones bacchanalia sacra uel potius sacrilegia sunt instituta: de quorum ra biosa turpitudine post tam multos ānos sic sena tus erubuit: ut in urbe romana esse prohiberet. ¶ Mænades: eas mænades appłłat: q̄ multa bac chanalibus filia peragerent. Nam mænades dīr Bacchæ a μαινομαι quod idem est: qđ furo. ¶ Saltāte libidine: Titillāte pruritu: & uredine. ¶ Quantus torrens. Hyperbolæ est. i. quantus discursus ſpermatis collecti ex nimio haustu ui ni. ¶ Lenonum ancillas. Carpit mulieres triba des sui tp̄is: cōqueriturque quod in iisdem sacris bonæ deæ: cum corona seruantibus uirginitatē daretur: nunc ꝑponatur tribadib. ¶ Laufeia: de qua alibi. Quantum Laufeia bibebat. ¶ Prouo cat: quasi melius libidinatura. ¶ Coxæ pendētis nam que succūbit: sublimi coxa excipit tribadē incūbentem. ¶ Adorat frictum: hoc āt dicit: qa genibus icuruatᷣ ad frictū. ¶ Medulinæ crissantis mouētis se ad turpitudinem. Nam crissari mulie rum est: sicuti Ceuere uirorum. ¶ Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat. Quum īter mu lieres inquit cæteris in rebus: honestisque officiis nobilitatis rō habeatur: ita ut semper nobiliores ꝑponantur: In hoc tñ obscœno libidinisflagitō uictoria & corona tā ignobili quam nobili idif ferenter datur: prout quæque melius libidinata fuerit: nulla prorsus illic habita rōne nobilitatis. Ergo inq̄t nullū illic habetur discrimen inter mulieres: sed uirtus. s. libidinandi & coeūdi inter dominas. i. que exercetur inter ipas mulieres æquat palmam. i. facit: ut ipsa que uictrix sit: æquetur natalibus. i. nobilitati: nam per natales numero plu ratiuo nobilitatem intelligimus. Vñ Corne. Taci. loquens de Cornelio fusco ait. Cornelius fuscus ingens ætate: Clarus natalibus. Seneca ad Lucilium. Conditor ille iuris humani non natalibus nos: nec nominum claritate disti xit. ¶ Laumedontiades. i. Priamus Laumedontis filius. Per Priamum autem & Nestora oēs extremæ senectutis intelligit: speciem pro genere posuit. ¶ Hernia: græci Enterocelen & epiplocelen uocant: autore Celso: quod nos Herniam: est enim quum intestinum: aut omētum in sinum Testiculoꝝ: quem græci oscheon. Latini scrotum ap pellant: descendit: quo uitio senes maxime laborant. ¶ Nestoris. Nestor nelei regis pyli fuit filius: q ut tradit Ho merus: tertiam hominum ætatem uixit. Vnde Ouidius in metamorphoseon. Vixi Annos biscentum: nūc tertia uiuitur ætas. ¶ Tūc: qunn oīa aperte peragūtur: oī amota simulatōe. ¶ Prurigo: libidinis excitatio: oīsque uredo. ¶ Tunc fœmina simplex: Tunc inquit simpl'r oīa agit mulier: neque turpitudinem aliquo pudoris uelamento te git. ¶ Repetitus clamor: a fœmina expetente adulteꝝ. ¶ A toto antro: ab loco sacroꝝ occultiore. ¶ Iam fas est: uerba mulieꝝ libidinis impatientium: uocantiumque uiros intra ædes sacrorum. ¶ Dormitat adulter. i. si adulter dormit: nec uenit illa iubet iuuenem ad se alium accersi. ¶ Cucullo: cucullus genus est uestis: de quo abunde dictū est in tertia satyra. Veneto. duroque cucullo. ¶ Si nihil est: subaudi amantium. ¶ Seruis incurritur. i. ad seruos re currūt: ut cum eis libidinētur. ¶ Aquarius. Alii tradūt aquariū illum dici: qui aquam coquo ministrat: qđ hoīs est uilissimus. Aquarium ēt accipi pro eo: qui publice aquam uēdit: ut Romæ & Venetiis nostris tp̄ibus fit. unde Ce lius ad Cicerōem: nisi ego cum tabernariis: & aquariis pugnarem ciuitatem ueternus occupasset: unde & aquariū appellamus signū in zodiaco humectīm & hymbricum. Nam sole in eo existente pluuie cadunt in terras. Iulius uero Frontinus de aquæ ductibus ostēdit illum dici aquarium: qui curam haberet aquaꝝ deducendaꝝ per urbē: sic enim scribit. Cuius rei fraus aquarioꝝ est: quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum deriuare depræ hendimus. Alibi Nouus autem anio uiciabat cæteras aquas: nā quum editissimus ueniat: & in primis abundans defectōi aliaꝝ succurrit ipitia aq̄rioꝝ deducētiū in alienos cū specus. Aq̄rioli āt dicebantur mulierum impudica tū sordidi asseclæ. Apuleius in. ii. Apologia. hisce auditis exacerbatus: aquatiolus iste uxoris suæ ita ira extumuit.

Incitat: & cornu pariter: uinoq; feruntur
Attonitæ: crinemq; rotant ululante priapo
Mænades. o quātus tunc illis mentibus ardor
Concubitus: quę uox saltante libidine: quantus
Ille meri ueteris per crura madentia torrens.
Lenonum ancillas posita Laufeia corona
Prouocat: & tollit pendentis pręmia coxę.
Ipsa Medullinę frictum crissantis adorat.
Palmam inter dominas uirtus natalibus ęquat.
Nil ibi per ludum simulabitur: omnia fient
Ad uerum: quibus incendi iam frigidus ęuo
Laumedontiades: & Nestoris Hernia possit.
Tunc prurigo morę impatiens: tūc fœia simplex:
Et toto pariter repetitus clamor ab antro.
Iam fas est. admitte uiros. dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo:
Si nihil est, seruis incurritur. abstuleris spem
Seruorum, ueniet conductus aquarius. hic si
Quęritur: & desunt homīes, mora nulla per ipsam
Quominus imposito clunem summitat asello.

Bacchanalia

Mænades

Crissari
Ceuere

Natales

Hernia
Oschcō
Scrotum
Nestor

cucullus
Aq̄rius

¶ Atque utinam ritus. Dolet poeta in mulieribus tãtam esse libidiuis uredinem ut deorum ẽt templa profanent. Pudicitiam contẽnant in sacris bõæ deæ nulla turpitudiue abstineant. ¶ Publica sacra que pro salute populi Ro. celebrabãtur. Plutar. ¶ Mauri: Mauritania in extrema est parte aphricæ ad occidẽtem ad montẽ atlãtem. ¶ Indi: ppli sunt ad oriẽtem siti ꝓpe oceani refluxus: & solis exortus: est. n. sensus: oriẽtales pariter & occidentales natões nouerunt: que psaltria tulerit penem maiorem q̃ sint duo anticatones. ¶ Psaltria: q̃ optie canit a psallo. i. cão: uñ psalmus. i. cãtus: & psalteriũ instrm musicum. Quas psaltrias græci dixerũt: latini fidicinas appellarũt. ¶ Penẽ: uere trum: penis dr a pẽdendo: nã penẽ: autore Festo caudã uocabãt: uñ offam porcinã cũ cauda offaz penitã dicebãt: nũc uero penis capitur pro membro uirili sicuti ẽt cauda salax. ¶ Duo Cæsa. anticatones. Cice. libellũ in laudẽ catõis uticẽsis scripserat. Cõtra Cæsar idignatus duos libros scripsit quos appellauit anticatones. De qbus ita Suetonius in Cæsare Reliqt & de Analogia duos libros & Anticatones totidẽ. In qbus cõplexus ẽ cria quãplurima in Catonẽ: de anticatonibus ẽt Cic. intellexit quadã epl̃a Ad Atticũ sic scribẽs. Qualis futura sit Cæsaris uituperatio cõtra laudatõem meã pspexi ex eo libro quẽ Hirtius ad me misit: in quo colligit uitia Catonis: Vocabulũ ẽ aũt cõpositũ ex græco & latino. Nã dictiões autore Quin. I pmo ex pegrino & nr̃o cõponũtur: ut Epitogiũ & Anticato: Epitogiũ ẽ ãt gẽus uestis q̄ togæ superinduebat' ἐπὶ ꝓpositõe græca & togã formatũ ẽ. Anticato uero ab ἀντὶ q̄ est cõtra & cato: sic aũt duo libri in uolumẽ unũ cõplicati erãt: & cõuoluti specie tereti. Vñ & uolumina sunt denoĩata: ut diximus latius i prima satyra. Cui uolumini mõ penem illũ cõparat poeta. ¶ Vñ fugit mus: tãtæ pudicitiæ terũt bonam deã fuisse autore Macro. Vt extra gynæceũ nũq̃ sit egressa: nec nomen eius in publico fuerit auditũ: nec uirũ unquam uiderit: uel a uiro uisa sit. Propter q̄ nec uir tẽplũ eius ingredit'. Vñ Tibullus: Sacra deæ marib. nõ adeũda deæ. Et Propertius: fœmineæ loca clausa deæ fontisque piãdos Impune & nullis sacra retecta uiris: & ut testatur Seneca: ita mares ab eius sacris arcebant': ut picturæ quoque aĩalium masculoꝝ cõtegerent'. Ostẽdit igit' poeta in Brutis maiorẽ esse pudorẽ q̃ in mulieribus: qs nõ pudeat ueretra in sacris bonæ deæ inferre: Vñ fugiat ipi mures tãquam q sciãt ea sacra oĩ amota uirili figura celebrari cõsueuisse. ¶ Et qs tũc hoĩum. Vt sit sensus. Priscis tp̃ibus tãta ueneratõe colebant' dii: ut nemo unquã ausus sit eoꝝ ritũ cõtẽnere. Nũc aũt ita ludibrio hñt: ut in oĩbus tẽplis: obscœnissima quæque fiant. ¶ Numæ: q secũdus post Romulũ rex Romanoꝝ sacra plurima instituit: ædem uestæ cõfecit: uirgines uestales elegit: Flamines tres Dialẽ: Martialẽ: Quirinalẽ: Salios martis sacerdotes: in sacris fictilibus usus est. ¶ Simpuuiũ: uas cuius usus erat in sacris: dcm̃ a sumẽdo: ut scribit Varro. ¶ Catinum: uas a capiẽdo dictum. ¶ Patellas. f. i. fictiles a frãgendo. Nam & patella uas erat: quo ẽt utebãtur in sacris: unde scri. Valerius C. Fabritiũ Patellam deoꝝ & Salinum habuisse: Aemiliũ quoque Pappum addit: quum hereditatis acie ea accepisset religiõis cã a se ab alienanda non putasse. ¶ Vaticano est sic appellatus: qd' eo potitus sit populus romanus uatum responso expulsis ætruscis. ¶ Ad quas non Claudius aras: subaudi accedit: per Claudium intelligit omnẽ adulterum. nam Clodius: ut diximus captus amore Pompeæ uxoris Cæsaris: sumpto habitu muliebri: domũ Cæsaris summi pontificis ingressus est: ubi sacra bone deæ celebrabantur: sicque ausus est: nulla habita sacrorum reuerentia: ea polluere. ¶ Audio qd ueteres: intelligo inquit o amici ueteres qd nunc moneatis me. s. mulieres custodia in castitate posse cõtineri. ¶ Olim: Tria tp̃a cõplectitur: Præsens ut hoc in loco: & Præteritum: ut illud Oratii Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Futuꝝ ut illud Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit: olim itẽ pro interdum & nõnũquam ponitur: ut illud Oratianum: Vt olim dant crustula blandi Doctores. ¶ Quis custodiet ipsos. Monet poeta nec mulierem tutam esse a custodibus: qñ ab iis ipsa incipiat: Mar. Sed positis custodibus ingens. Turba fututoꝝ est ingeniosus homo es. ¶ Eadem libido oẽs inquit mulieres pauperes inxta & diuites in libidinem ruunt. ¶ Pedibus q̃. c. i. q̃ lectica nõ gestatur sed pedib. suis ambulat: ac per hoc pauper. ¶ Nec. m. subaudi est q̃ diues mulier. ¶ Atrũ hoc loco aspeꝝ: al's nigrum. ¶ Vehitur. c. i. gestat' lectica a seruis syriis. ¶ Lõgorum proceroꝝ: nam lecticarii quærebãtur magni & proceri. ¶ Vt spectet ludos: Aliud uitium notat in mulieribus q̄. s. ambitiosæ sint q̃uis pauperes uolunt. n. diuites & nobiles uideri. ¶ Nutricem: nam inter ancillas Romãi diuites & nobiles habebant nutrices liberorum suorum. ¶ Flauam puellam: Pulchram. nam: ut diximus ante: Poete flauum pulchrũ appellant: unde Ora. Phillidis flauæ decoret parentes. Alibi si flaua excutitur Cloe: hoc est pulchra.

Atque utinam ritus ueteres: & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Nouerunt mauri: atque indi: quæ psaltria penem
Maiorem: quam sint duo cæsaris anticatones
Illuc: testiculi sibi conscius unde fugit mus
Intulerit: ubi uelari pictura iubetur
Quæcunq; alterius sexus imitata figuram est.
Et quis tunc hoĩum contemptor numinis: aut qs
Sympuuium ridere numæ: nigrumq; catinum:
Et uaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat: sed nunc ad quas nõ Claudius aras?
Audio quid ueteres olim moneatis amici.
Pone seram. cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est: & ab illis incipit uxor.
Iamq; eadem summis pariter: minimisq; libido:
Nec melior pedibus: silicem quæ conterit atrum:
Quam quæ longorum uehitur ceruice syrorum.
Vt spectet ludos: conducit oculina uestem:
Conducit comites: sellam: ceruical: amicas:
Nutricem: & flauam: cui det mandata puellam

Marginalia: Mauritania — Indi — Psaltria — psalteriũ — Fidicina — Penis — Offa penita — Epitogium — anticato — Volum̃ — Simpuuium — Catinũ — Patella — Collis uaticanus — Olim — Flauus

¶ Hæc tñ argẽti: licet inqt mulier modicas possideat diuitias: tñ quodcũque argẽti paterni superest .i. quodcũque relictum est ex cẽsu maiorꝝ suorꝝ donat athletis. ¶ Athletis: pugilibus. nam ατλοσ certamen significat ατλεσ uero certo. ¶ Leuibus: politis: & sine pilis: ac per hoc iuuenibus: nam leue dicimus qđ est sine pilis. Mar. Leue aũt est mulierꝝ corpus: quasi frigore naturali densetur. ¶ Nouissima uasa: q̃ ei extrema fuerũt ex censu maiorꝝ. ¶ Multis res angusta dõi: subaudi est: licet inqt mulieres multæ sint pauperes: nullo tñ paupertatis pudore retinẽtur: quo minus sint prodigæ: modumque fortunarꝝ suarꝝ excedant: nam ille dĩ pudorẽ paupertatis non hẽre: q non timet: ne rep̃hẽdatur paupertatis: si qd ultra modũ facultatum fecerit. nã pudor est timor iustæ rep̃hẽsiõis. ¶ Ad illum modum ad illã mẽsuram rerꝝ quã dedit ei pauptas: nõ uiuit pro qualitate facultatũ. ¶ Prospiciũt uiri .s. pdigi. ¶ Recidiuus Recidiua pgama appellat Vir. que post casum sint restituta: sic nũmus recidiuus: q̃si q renascat: postq̃ iã perierit. In uetustis codicib. legit̃ rediuiuus: ꝙ ex uetusto renouatum significare oñdit Festus ergo nũmus rediuiuus q̃si q renouetur & reuiuiscat. ¶ Pullulet: sumpta metaphora satis: q̃ quũ e terra siue arbore exeũt: Pullulaĩ dñr deducto uocabulo a pullo .i. nouello Ora pullã appellat myrtũ: q̃ nouella sit. ¶ Sũt q̃s: aliã mulierũ ĩpudicitiã notat: qđ Eunuchis delectẽtur: ea .s. rõne: ut uoluptates sentiãt: & nõ cõcipiãt: uñ illud ẽ Mar. Cur tm̃ Eunuchos hẽat tua Gelia queris Panice: uult futui gelia nõ parere. ¶ Imbelles: sunt .n. ueluti mulieres. ¶ Mollia: q̃si muliebria quũ Eunuchi sint. ¶ Desperatio barbæ. Barbã .n. Eunuchi ñ pducũt: ꝙ fieri scri. Macro. ĩopia caloris. Calor .n. ẽ: q pilos creat: uñ Eunuchis deiũt. Quorꝝ naturã nullus negauerit frigidiorẽ eẽ q̃ uiri. ¶ Et qđ abortiuo: alia rõ quod spadonib. đlectẽtur: qa nõ cõcipiãt: ac p h̃ abortiuos ñ faciat. De abortiuo dcm̃ est in .ii. Satyra ¶ Illa uoluptas. Sũma tñ. Est ueluti antipophora q̃si aliqs dixerit: quã uoluptatẽ p̃nt capere ex hmõi Eunuchis: quũ sint male mẽtulati. sed sũma inqt ẽ uoluptas: qa nõ utũtur Eunuchis nisi qui castrati fuerũt in ætate adultiore: ut matura hũerit genitalia. ¶ Inguina. Ordo ẽ inguĩa matura .i. q̃ creuerũt ad ltĩmã mẽsurã. Tradũtur medicis: ut inde testes excidãt. ¶ Ergo expectatos: mulieres ĩqt spadonib. delectãtur: sed eos nõ iubẽt p̃us castrari: q̃ ad ætatẽ maturã pueneĩt. Lomitiãus tũ mares castrari uetuit: & spadonũ: qui residui erãt apud mãgones Pretia moderatus ẽ. ¶ Rapit Heliodorus: Interp̃tat̃ donũ solis. ¶ Tõsoris dãno: qa ñ lucrabit̃: nã eũ nõ tõdebit: quũ barbã (ut diximus) nõ pducat. ¶ Cõspicuus: penis magnitudine: nã in Balneis bene mẽtulati a cynedis obseruabãtur: Ordo aũt ẽ: & sensus. Spado factus a dña .i. q castratus fuit imperãte dña lõge conspicuus: & notabilis cũctis .i. quẽ oẽs ut p̃cipuũ spadonẽ notẽt: & obseruẽt. Intrat balnea & puocat penis magnitudine ip̃m p̃appũ .i. p̃t certare cũ p̃appo de magnitudine mẽbri. ¶ Custodẽ uitis & horti .i. p̃appum: qui (ut scri. Diodo. in qnto) nõ solũ in urbiũ tẽplis: sed in agrestibus quoque locis tãquam uinearꝝ: atque hortorꝝ custos colitur: fructuũ fures castigans cui deo sacra cũ risu & ludo fiũt: sicuti ẽt Diony. p̃ri. Nã antiq fabulãtur: eũ filium fuisse Diony. & ueneris: ea rõe: qđ q uino ĩdulgeãt sint natura ad uenerẽ pmptiores. Asserũt nõnulli p̃scos illos: quũ uellent hominũ pudẽda occultius noĩare: p̃appũ dixisse: Omitto multa alia q̃ a Diodo. diffusius p̃scribuntur. ¶ Bromiũ: puerũ tuũ formosum q̃lis fuit Bacchus q Bromius ẽ appellatus. απο του βρομου .i. a crepitu & sonitu qui ei per tonitruũ cõtigit: quũ natus ẽ. ¶ Si gaudet cãtu. Varia mulierꝝ studia pcurrit poeta: earꝝ sp flagellans ĩpudicitiã: si mulier inqt cytharedis: & cãtorib. delectat̃ nullus ẽ: q durare possit: ita defatigãtur cõtinuo cãtu. ¶ Nullius fibula durat .i. nullus adolescẽs infibulatus p̃t tã diutinũ canẽdi laborem pferre. Infibulabãtur enĩ adolescentuli (ut diximus pauloante) interdũ ualitudinis: ĩterdũ uocis cõseruãdæ gr̃a: frequẽs .n. coitus facit: ut adolescẽs raucescat. Eius infibulatõis rõem hãc scri. eẽ Celsus ut cutis: q̃ supra glãdẽ ẽ extẽdat̃: noteturq̧ utrinq̧ laterib. atramẽto. q̃ perforatur: si glãs a notis libera ẽ? Is locus idoneus fibulæ ẽ: tũ q̃ notæ sunt cutis acu filũ ducẽte trãsuitur: eiusq̧ fili capita iter se deligãtur: quotidieq̧ id mouet̃: dõec circa foramĩa cicatriculæ fiãt: ubi hæ cõfirmate sunt exempto filo fibula additur: q̃ quo mellior: eo lenior ẽ. Erat .n. ãnulus tenuissimus argẽteus siue aureus siue æneus. Alii ĩterp̃tant̃ ꝙ mulieres p̃cio corrumpãt cytharedos: & cantores ad coitum. & sic fibulam soluere cogitur: qđ falsum est: nam non amat

Athlete
Leue
Pudor
Recidiuus
Rediuiuus
Pullulaĩ
Priapus
Heliodorus
bromius

Hec tamen argenti superest quodcunque paterni
Leuibus athletis: ac uasa nouissima donat.
Multis res angusta domi: sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec se metitur ad illum
Quem dedit hæc: posuitq̧ modũ: tñ utile quid sit
Prospiciunt aliquando uiri: frigusq̧: famemq̧
Formica tandem quidam expauere magistra,
Prodiga non sentit pereuntem fœmina cẽsum:
Ac uelut exhausta recidiuus pullulet arca
Nũmus: & e pleno semper tollat̃ aceruo,
Non nunquã reputant quanti sua gaudia constẽt.
Sunt quas eunuchi imbelles: ac mollia semper,
Obscula delectent: & desperatio barbę:
Et quod abortiuo non est opus. illa uoluptas
Summa tamen: quod iam calida & matura iuuẽta
Inguina traduntur medicis: iam pectine nigro.
Ergo expectatos: ac iussos crescere primum
Testiculos: post quam ceperunt esse bilibres
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.
Conspicuus longe: cunctisque notabilis intrat
Balnea: nec dubie custodem uitis: & horti
Prouocat a domina factus spado. dormiat ille
Cum domina: sed tu iam durum posthume: iamq̧
Tondendum eunucho bromium cõmittere noli.
Si gaudet cantu: nullius fibula durat

Vocem uendentis prætoribus;organa ſemper
In manibus:denſi radiant teſtudine tota
Sardonices:criſpo numerantur pectine cordę
Quo tenet hedymeles opam dedit :hũc tenet:hoc ſe
Solatur : gratoque indulget baſia plectro.
Quędam de numero lamiarum: ac nominis alti
Cum farre:& uino Ianum:Veſtamq; rogabat,
An capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare:& fidibus promittere.quid faceret plus
Aegrotante uiro?medicis quid triſtibus erga
Filioſum?ſtetit ante aram:nec turpe putauit
Pro cythara uelare caput:dictataq; uerba
Protulit(ut mos eſt)& aperta palluit agna.
Dic mihi nunc quęſo:dic antiquiſſime diuum
Reſpondes his Iane pater?magna ocia cęli.
Non eſt(ut uideo)non eſt quid agatur apud uos.
Hęc de comœdis te conſulit:illa tragœdum
Commendare uolet:uaricoſus fiet aruſpex.

eos mulier:ut coeat:ſed ut uoluptatem capiat ex cantu:nam in ſequentibus ait.Sed cantet potius: quam totam p
uolet urbem.Supra uero taxauit alias mulieres:que cytharedos amarent ad coitum.Soluitur is magno comœdi ſi
bula.Sunt quæ Chryſogonum cantare uetent.Ergo poeta notat hic mulierem:q̃ ſtudio Cytharedoꝶ canentium
Organũ teneretur.❡ Vocem uendentis p̃toribus.Prætores.n. q ludis p̃erant adoleſcentes emebant:q cantica peragerent.
Onix ❡ Organa.Inſtrũ ẽ muſicũ hñs autore Feſto cordas.❡ Denſi ſardõices.Tota inqt Cithara lapidibus p̃cioſis ador
Sardo= nata eſt.Onix gẽma ẽ:cui nomẽ ẽ cõiũctũ cũ ſarda alio lapide.Nã ut ſudíes ait(autore Pli.) Onyci cãdor ẽ unguis
nix hũani ſiſitudie. Item . Chryſoliti & iaſpidis &
Sardæ unde nomĩs ſocietas oritur.Sardonicem
Ptolomeus a Sardõice mõte indiæ deriuari ſcri
bit:ea uſus eſt p̃mus ſupior aphricanus: Autor
eſt Pli.de quo diximus latius apud Perſiũ: illic.
Et natalicia tãdem cũ ſerdonicæ albus.❡ Teſtu
dine.i.cithara : quã Mercurius p̃mus Teſte Era
toſthene ex Teſtudine fecit: quãque poſtea Or
pheo:ſiue ut alii uolunt Apollini tradidit: quũ
ab eo cõtra dono Caduceum accepiſſet. ❡ Nu
Pecten merantur:percutiuntur:nam numerari uident:
Plectrũ quum feriuntur plectro.❡ Pectine.Pecten latie
.i.qđ græce dicitur plectrum:quo corde feriũtur
Vir.atque eadẽ digitis:mox pectĩe pulſat ebur
no. Plectrum aũt dictum eſt a απληττω qđ
eſt percutio:ꝗ corde eo p̃cutiãtur.❡ Hedyme-
Hedy= les:nomen fictum Cytharedi: nam κλυ ſignifi
meles cat dulce:& μελοσ cãtum.❡ Operam đdit .ſ.
cãtui.❡ Quædam de nũero lamiarum:ideſt no
bilium:& potentiorum: Qualis fuit familia la=
mia: que nobiliſſima fuit deducta origĩe ab La
Lamus mo:q formiaꝶ rex fuit ĩ Cãpania. De quo Ora
rex tius Heli:uetuſto nobilis ab Lamo.Q ñ & p̃o
res hinc lamias ferunt Denominatos & nepotũ
Per memores genus omne faſtos.❡ Q uũ far=
re & uino.Docet Cato in re ruſtica cap.cxxxiii.
quõ Iano ſacrificaret:his uerbis.Iano ſtruẽ com
mouero ſic Iane pr̃ te hac ſtrue cõmouẽda Bo
nas preces te precor:uti ſies uolens propitius mihi:liberiſꝗ meis:Domo familiæꝗ meæ :Mactus hoc ferro : Po=
ſtea uinum Iãno dato ſic . Iane pater uti te ſtrue commouenda bonas preces bene precatus ſum : eiuſdem rei ergo
macte uino inferiori eſto.Ouid.in primo faſt.Ara mihi poſita eſt paruo coniuncta ſacello : Hec adolet flammis cũ
ſtrue farra ſuis.❡ Veſtamꝗ rogabat.De ueſta abunde dictum eſt ſuperioribus ſatyris . ❡ An capitolinam : roga=
bat inquit mulier quædam de nobilioribus Ianum & ueſtam facto ſacrificio : an pollio cytharædus : cuius amore
flagrabat:futurus eſſet uictor in certamine capitolino.❡ Q uercum capitolinam.i.coronam quærnam: quæ daba
tur uictori in certamine capitolino.Martia. O cui tarpeias licuit contingere quærens & alibi . Q uid pro tarpeiæ
frondis honore poteſt.Nam Domitianus:autore Tranquil. inſtituit quinquẽnale certamen Capitolino Ioui Tri
plex:muſicum:equeſtre:Gymnicum:& aliquanto plurium quam nunc eſt coronatorum:Certabatur etiam & pro=
ſa oratione græce:latineque:ac preter cytharædos : Corocythariſtæ quoque : & Pſallocythariſtæ . ❡ Fidibus.i.ipſi
cytharædo:ſcilicet ipſam coronam.❡ Quid faceret.Non plus inquit anxia eſſet pro ſalute mariti ægrotantis : aut
filii:q̃ eſt pro cythara:hoc eſt pro ipſo cytharædo.❡ Velare caput:nam qui rem diuinam faciebant ex ueteri inſti=
tuto caput uelabant:unde apud Virg.Helenus uates precipit ſic æneæ . Purpureo uelare comas adopertus a mictu
Nequa inter ſancto ignes in honore deoꝶ.Hoſtilis facies occurrat & oĩa turbet. Hunc ſocii morem ſacrorum hũc
ipſe teneto.Hac caſti maneant in religione nepotes.De hoc ritu ſacrificãdi multa ſcri.Plutar.in Problematis.❡ Di
ctataque uerba.Ab haruſpice.ſ.q uolẽti uerba dictabat.❡ Vt mos eſt.ſ. haruſpex dictet uerba quæ poſtea p̃ferat :
qui uotum facit.❡ Aperta agna:ex cuius extis haruſpices futura cognoſcebant.❡ Dic mihi:hac interrogatiõe oſtẽ
dit tales p̃ces indignas eſſe:quæ exaudiãtur.❡ Antiquiſſime diuum:nam habitus eſt antiq̃ſſimus deoꝶ:unde illđ
eſt Ouidii in.i.faſto.Me chaos antiqui:nam ſum res priſca uocabant.❡ Iane pater:hoc uerbum eſt ex ritu.nam ĩ ſa
cris Ianum geminum:Ianum patrem:Ianum Iunonium inuocabãt:Patrem aũt quaſi deorũ deum : lege Marco.li.
.i.Saturna.❡ Magna ocia:ſubaudi ſunt.❡ Hæc de co.Comœdi & tragœdi dicũtur qui comœdias: & Tragœdias
Varices agunt:Comici & Tragici qui ſcribunt.❡ Varicoſus:in homine: ut in Perſium diximns . Vene tumeſcentes in ua=
Haru- rices conuertuntur:nec in cruribus ſolum:ſed in toto corpore conſpiciuntur.Vnde celſus ita ſcrib.Præter hoc eue=
ſpex nit in quorundam uentribus uarices ſunt:quarum quia nulla alia curatio eſt: quam quæ in cruribus eſſe conſueuit :
Haruga & Varices autem dicuntur ex nimia mora ſtandi prouenire . Inde illud eſt Vatinii in Ciceronem uaricoſum glo=
riantem ſe humeris Italiæ ab exilio reportatum:unde ergo tibi uarices?Haruſpex igitur: quum exta cõſulit diu ſtã
do fit uaricoſus.Haruſpex dicebatur:qui exta pecudum inſpiceret:ex quibus futura prænoſcebat:ab haruga deno
minatus:nam haruga dicitur hoſtia ab ara:in qua concluditur & ſeruatur.Hara autem eſt in q̃ pecora includũtur .

¶ Sed cantet potius. Hinc ostendit poeta mulieres cantoribus: cytharedisq; delectari: ut diximus: non ut cũ eis coeāt: sed ut ex cantu uoluptatem capiant. Cantet inqt potius: & cum cantoribus uersetᷣ: q̃ per urbē uaget. sicq; notat mulieres ambulatrices: que sp impudicæ habitæ sunt. Vnde est illud pceptum Catonis in re rustica. Mulier ne sit ambulatrix. ¶ Ferre cætus uirorum: uersari magna audacia cum uiris. ¶ Cũq; paludatis. Plaudamentum uestis militaris imperatoria. Apule. in prima apologia. Verumtamē hæc Diogeni: & antistheni pera & baculus. Quod regibus diadæma: quod imperatoribus plaudamētũ: quod pontificibus Galerum: quod lituum auguribus. Tran. in Cæsare. Plaudamētum mordicus trahēs: ne spolio potiretᷣ hostis. ¶ Strictisq; mamillis: ita coarctatis: ut in sũmo natēt sinu. ¶ Quid seres: populi scythiæ primi hoĩm: q noscantᷣ: lanitio syluarũ nobiles: pfusam aqua depectētes frondiũ cãiciē. Cœtũ reliquoꝝ mortaliũ fugiũt quũ cōmerita expectat. Pli. li. vi. ¶ Quid traces populi septētriōales. ¶ Regi armenio: parthoq;: utpote iperii romãi hostib. ¶ Cometē instātē: exitiũ minãtē: nã cometas græci uocant: q̃s nos crinitas stellas appellamus horrēte crine sāguineo: & comaꝝ mō in uertice hispida. Pli. ¶ Facit niphatē iste. ita rē narrãdo dispōit: ut faciat niphatē eē ĩ quosdã populos. Niphate fluuius est armeniæ. Luc. Armeniusq; tenēs uoluentē saxa niphatē: est ēt mōs eiusdē nominis ut scribit Stra. ¶ Teneri. diluuio. i. inũdari: & aq̃s obrui. ¶ Nutare urbes: terræmotu q̃ti. ¶ Subsidere: introrsũ ire. Ouid. subsidũt ualles. ¶ Nec tñ id uitiũ: nec illud uiciũ: uagãdi p urbē: & pscrutãdi res nouas grauius ē: q̃ q iracũdiæ & seruitiæ uitio laborat. ¶ Rapere: trahere ui. ¶ Vicinos hũiles: hoc ē paupes si forte iterruptus fuerit ei sõnus p canes eorũ. ¶ Exorata: ēt exorata. ¶ Grauis: terrifica. ¶ Balnea nocte subit: nã añ cœnã lauabantᷣ. ¶ Conchas: uasa q̃bus utebantᷣ ĩ balneis. ¶ Et castra: q̃si casta. i. multã supplectilē q̃ secũ ferat: ¶ Gaudet sudare: gaudet inqt ĩ balneis lauari strepitu magno & ãbitiose: uñ titulus epistolæ Senecæ i. viii. talis ē nota: tumultuosã balneorũ luxuriã. ¶ Graui massa: graui alterũ pōdere: nã q balnea igrediebãtᷣ quo facilius sudorē elicerēt: añq̃ lauarentᷣ se exercebãt nũc grauiora onera mãibus ferēdo: nũc alteres rotãdo: q̃ rē Sene. ad Lucili. optīe ostendit lib. viii. ubi notat tumultuosam luxuriã balneoꝝ sic dicēs. Quũ fortiores exercentᷣ: & manus plumbo graues iactãt: quũ aut laborãt: aut laborãtē imitantᷣ gemitus audio: quotiēs retētũ spiritũ remiserũt sibilos: & acerbissimas respirationes. Idē alibi ad Luciliũ loquēs de exercitatiōib. Cursus: & cũ aliquo pōdere manus motæ: ergo graui massa. i. graui altere: q aliud nihil ē q̃ massa plũbea. Dictus aũt alteres ab ἅλλομαι q̃ ē salio nã saltãtes susceptis alteribus exercebantᷣ. Martia. Alterē facili rotat lacerto. ¶ Aliptes: unctor ab ἀλείφω quod ē ungo: ungebantᷣ eni q uolebãt lauari. ¶ Callidus: astutus: nã dũ ungit mulierē genitalia manibus maxīe palpat: & pcutit: Seneca libro octauo: loquēs de strepitu balneoꝝ. Quũ in aliquē inertē ac plæbeia unctiōe cōtētũ icidi: audio crepitũ illisæ manus humeriis: q̃ ut plana pue nerit aut concaua: ita sonũ mutat. Idē in eadē epistola. Aliptũ cogita tenuē & stridulã uocē: quo sit notabilior exprimentē. nec unq̃ tacentē: nisi dũ uellit alas: & aliũ p se clamare cogit. ¶ Cristæ: genitalibus. ¶ Exclamare: strepitũ facere ex pcussu manus. Sũmum fœmur: summã partē fœmoris: nã fœmur totã coxam appellamus: hoc est ptē exteriorē. & interiorē uno uocabulo: Apule. li. ix. metamor. Nã q̃dã colonus ptē uenatōis imanis cerui pinguissimum fœmur domino illi suo muneri miserat. Fœmina uero tantum partes iuteriores. Vñ Apule. eodē lib. Nam si faciem tuam mediis eius fœminibus emiseris facile percunctaberis: quã grandem tibi demonstret patientiam: loquebatur autem de Asino. Plini. autem lib. xxiii. Fœmina atteri: adurię equitatu notum est. Apuleius in. x. Illam titionē candenti inter media fœmina detruso crudelissime necauit. ¶ Conuiuæ miseri: hoc est qui illam domi expectant cum ea cœnaturi: ut sit tota ipsa familia. ¶ Interea: dum lauatur: Tandem: post longam expectationem.

Paludamētum

Seres

Cōetæ

Niphates

Alteres

Aliptes

Fœmur

Femen

Sed cantet potius: quam totam peruolet urbem
Audax: & cœtus possit quam ferre uirorum:
Cumq; paludatis ducibus pręsente marito
Ipsa loqui recta facie: strictisque mamillis.
Hęc eadem nouit: quid toto fiat inorbe:
Quid seres: qnid traces agant. secreta nouercę:
Et pueri. quis amet: quis decipiatur adulter.
Dicet quis uiduam prægantem fecerit: & quo
Mense: quibus uerbis cōcũbat quęque: modis quot.
Instantem regi armenio: parthoque cometen
Prima uidet: famam: rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas. quosdam facit isse niphatem
In populos: magnoque illic cuncta arua teneri
Diluuio: nutare urbes: subsidere terras
Quocunque in triuio: cuicunque est obuia narrat:
Nec tamen id uitium magis itolerabile: quam quod
Vicinos humiles rapere: & concidere loris
Exorata solet: nam si latratibus alti
Rumpuntur somni: fustes huc ocius inquit
Afferte: atque illis dominum iubet ante feriri:
Deinde canem: grauis occursu: teterrima uultu.
Balnea nocte subit: conchas: & castra moueri
Nocte iubet. magno gaudet sudare tumultu.
Cum lassata graui ciciderunt brachia massa.
Callidus: & cristæ digitos impressit aliptes:
Ac summum dominę fœmnr exclamare cœgit.
Conuiuę miseri interea somnoque: fameque
Vrgentᷣ tandeem illa uenit rubicundula totum

Oenephorum sitiens: plena quod tenditur urna
Admotum: pedibus: de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.
Dum redit: & terram luto ferit intestino,
Marmoribus riui poperant: aut lata falerno
Peluis olet: nam sic tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit: & uomit. ergo maritus
Nauseat: atque oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen grauior quę cum discũbere cœpit,
Laudat uirgilium: periturę ignoscit Elisæ.
Committit uates: & comparat inde Maronem:
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici. uincuntur rhetores. omnis
Turba tacet: nec causidicus: nec pręco loquatur.
Altera nec mulier. uerborum tanta cadit uis:
Tot pariter pelues: & tintinabula dicas
Pulsari. iam nemo tubas: atque ęra fatiget.

Oenophorum ¶ Oenophorũ: uas ad ferenda uina οἶνος enĩ uinũ significat & φέρω porto. ¶ Quod tendit: quod plenũ est: uñ & ubera distẽta dicũs: q̃ plæna sunt. ¶ Admotũ a pedibus. i. appositũ seruis ut pessimum: nã pessimũ erat uinum: qui enĩ uomere uolebãt uinũ pessimũ bibebãt: quale dabat seruis: qđ appellabãt τροπην quod significat uersionem: q̃ scilicet stomachũ perturbabat. Id uerbũ est apud Martia. bibit ergo tropin: ut uomat. De apedibus aũt diximus in prima satyra illic. Ab octaua Marius bibit. ¶ Sextarius alter. i. duo sextarii. Est autẽ Sextarius sexta pars

Sextarius Cõgius cõgii. Congius. n. sex capit sextarios: autor ẽ Priscia. ¶ Ducit: bibit. Oratius ducere nectarios succos. ¶ Ante cibũ: idest ieiuno stomacho: contra uinũ optimũ uomitũ coercet. Oratius. uel qđ fluentẽ nauseam coerceat Metire nobis cecubũ. ¶ Rabidã orexim. i. rabidum appetitum: orexis enĩ dictio est

Orexis græca: q̃ appetitũ significat: ὀρέγομαι enĩ græce appeto latine: pro uomitu ẽt ponit Plini. ad priscum de sania ægrotante pro uomitu sic scribit. Hoc discrimine implicita est insidẽs febris tussis. Orexis summa macies: summa defectio. Iuuena. alibi in sequentibus. Hic surgit orexis. Hinc stomacho bilis: nam uinũ illud pessimum bibebant: ut uomerẽt: sicq; euacuato p uomitum stomacho maior esset edendi appetẽtia. Vñ Sene. Vomunt: ut edant: edunt ut uomãt. Idem Seneca ad Lucilium loquens: de itemperantia mulierũ. Nõ minus inqt potant & oleo & mero uiros prouocant. Aeque inuitis ingesta uisceribus per os reddunt: & uinũ omne uomitu remittunt. ¶ Dum redit. Sensus ẽ: & ordo. Sextarius alter ducitur: idest hauritur: & bibit ante cibum facturus rabidam orexim: idest rabidam appetentiam dum redit scilicet ex stomacho. i. dũ remittitur: & uomitur: nam p uomitũ exsinanito stomacho appetitus edẽdi magnus excitat. ¶ Luto intestino. i. uino luteo: qđ in intestina hauserat: luto. n. positum ẽ pro luteo: sic Virg. Croceo mutabit uellera luto: & in sequentibus Iuuen. Incude & luto uulcano ad rhetora misit. Quẽ locum aĩaduerti sic legendũ & nõ lut eo: primã n. habet longam. Persi. Surgit tibi lutea pellis. Carmen exametrum luteo nõ admittit duabus extremis longis & media correpta: ergo luto pro luteo. ¶ Riui. Hyperbolicos quasi riui. ¶ Aut lata falernum peluis olet: est. n. sen=

Oleo sus uomitus uini: aut in terrã cadit: aut pelui excipitur. ¶ Olet falerno: oleo & accusatiuo iungitur. Ora. Pastillos ruillus olet: & ablatiuo. Ouid. Non arabo noster rore capillus olet. ¶ Bibit & uomit. Marti. Nec cœnat prius:

Nausea aut recumbit: quã septem uomuit deunces. ¶ Maritus nauseat: idest marito stomachus subuertit: & ad uomitum mouetur. Nam nausea proprie appellatur ipsa stomachi subuersio sine tamen uomitu. Sene. lib vii. Nausea enim me segnis hæc sine exitu torquebat: que bilem mouet: nec effundit. Nauseo autem unum est ex sex uerbis desinẽ

Sex uerba in eo primæ coniugationis tibus in eo: q̃ primæ sunt coniugationis: que sunt hæc: Beo: creo: meo: nauseo: screo: laqueo: cum compositis. Reliqua uero in eo desinentia secundæ sunt coniugationis: p̃ter eo & queo cum compositis q̃ quartæ sunt. ¶ Bilẽ substringit. Sed choleram inqt compescit continendo. ¶ Illa tamen grauior. Ridendo ait poeta eam maioris eẽ grauitatis: q̃ ẽt in cœnis disputet de poetis. Sic Persi. Ecce iter pocula querunt. Romulidæ saturi: qd dia poemata narrent. ¶ Perituræ ignoscit Elissæ: ita bene historiam ait scriptam a Virg. de nece Didonis ut non irascatur ei: q̃ ipsa sibi mortem attulerit: sed ignoscat: laudetq; ut ab ea recte factum: ut totum sit in laudem Virg. qui causas ne

Elissa; Dido cis optime descripserit. Solemus. n. irasci: & nullo modo ignoscere: cum quis se interimit nulla existẽte causa honesta. ¶ Elissæ. i. didoni: nam Elissa nomen fuit proprium. Dido uero pœnotũ lingua uiraginem significat: q̃ in

Cõmittere ignem se imiserit. ¶ Cõmittit uates: quasi pñtes in certamen deducit: ut alter cum altero concertare possit. Est enĩ committere idem quod compararet: & in contentionem adducere. Propertius. Et sua quum antiquæ cõmittit scri

Trutina pta puellæ. De cuius significatione huberius illic dicimus in prima saty. Rutulumq; ferocem. Cõmittas. ¶ Truti-

Rhetor na. i. stathera: Idem. n. significat Victruuius lib. xi. Id autem ex trutinis: que statheræ dicuntur: licet considerare: a

Orator Trutina fit uerbum Trutinor. Persius. Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. ¶ Cedunt grãmatici. Et si inqt grammatici: & rhetores clamosi sunt: tamen superantur a muliere strepitu uocis. ¶ Rhetores. Differt rhetor ab Oratore quod ille precepta artis tradit hic uero secundum precepta loquitur. ¶ Nec causidicus. Hoc uult intelligi tantum esse mulieris clamorem ut oporteat omnes silere: dum loquitur etiam qui soleant esse clamosi: ut causidici precones: & reliquæ mulieres: ac si dicat: si causidici & precones loquerentur ea dicente non exaudirentur: tantus est strepitus uocis muliebris: omnes inquit tacebunt: quando in cassum loquerẽtur: si ea loquetur quia non audirentur. ¶ Cadit: exit ex ore. ¶ Tot pariter: tu dicas uocem illam tam sonoram tot pelues esse & tot tintinabula. ¶ Peluis uas aquarium in quo uaria perluuntur unde & nomen. ¶ Nemo fatiget tubas. Nemo inquit

Peluis ad succurrendum lunæ utatur tubis neque alio strepitu quandoquidem mulier uoce sua omnes uincat strepitus.

¶ Lunæ laboranti. Nã ut scri. Pli. libro secundo ca. xii. Viri ingentes: inter quos fuit Stesichorus & Pindarus crediderunt: Lunã eclypsim: & q̃si mortẽ pati excãtationib: uñ ne id luna pateret' dissono crepitu succurrebãt. Titus Liui. lib. vii. tertiæ decadis. pliũ non solito mõ: clamore: ac tumultu: sed ad alioꝝ uiroꝝ equoꝝ: armorũque sonũ disposita in muris cãpanoꝝ imbellis multitudo tm̃ cum æris crepitu: q̃lis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet: edidit clamorẽ: ait ergo poeta tã clamosam esse mulierẽ: ut sine tubis: aliisq; crepitaculis sola facile possit sua uoce lunæ excãtationibus laborãti auxiliari: ne excãtationes audiat. ¶ Imponit finẽ: nõ solũ inq̃t mulier de poetis iudicat: sed ẽt more philosophi precepta dat de rõne recte uiuẽdi: ergo & p ẽt ĩponit finẽ rebus hõestis. i. ẽt præter iudiciũ: qd' habet de poetis: p̃cipit finẽ & modũ rebus hõestis. i. docet ipsa. sapiẽs: qd sit honestũ: q̃ utile: q̃ pulchrũ pronũciandũ est risu satyrico. ¶ Nã si docta: ex quo inq̃t sibi usurpat officiũ uirorũ: ut more philosophi de uirtute & honesto disputet: iudicetq; de poetis: dẽt ẽt habitũ sumere uiris sapientib. congruũ: & oĩa facere: q̃ faciunt philosophi & uiri litterati: si cupit uideri docta & facunda: ut queadmodũ doctrina uiris parẽ se facit: ita & habitu sit similis: estq; legẽdũ cũ risu: ut mãifesta sit sciolæ mulieris irriso. ¶ Crure tenus medio. Talẽ ẽt habitũ Oratoris fuisse ostẽdit Quinti. li. xi. Tunice prioribus oris infra genua paulũ posteriorib. ad medios poplites usq; pueniãt: nã ĩfra mulieꝝ ẽ: supra cẽturionũ. ¶ Cædere syluano porcum. debet inq̃t oĩa facere: q̃ fieri solẽt a poetis: & uiris litteratis: qui cũ loca solitaria q̃rant: & nemora: ubi sine strepitu cõmodius possint scribere Syluano Syluaꝝ deo sacrificãt: mactantes porcũ: uideturq; poeta ad id respexisse: quũ dixit porcũ mactandũ Syluano: q̃m: ut docet Cato in re rusti. Marti syluano i sylua interdũ in capita singulã boũ uotũ faciebãt. Nã martẽ syluanũ appellarũt: cui porcũ imolabãt. Mulieri ad eã rẽ diuinã adesse nõ licebat: neq; uidere quõ fieret pmittebat'. Vñ nunc poeta ui per ironiã hortari mulierem ẽt ad sacrificia: q̃ a uiris dũtaxat peragunt'. Ora. in epi. Syluanũ placari lacte sic docet ab agritolis. Tellurẽ porco Syluanũ lacte piabant. De hoc tñ aliquid certius querẽdũ est. ¶ Quadrante lauari: exigua mercede: qualẽ psoluunt pauperes philosophi. unde Orati. in. iii. saty. irridẽs cynicũ: ut miserũ & pauperẽ ait. Quadrantem balneatori datuꝝ. Dũ tu quadrante lauatũ Rex ibis. ¶ Nõ habeat dicẽdi genus: nõ sit ea eruditione: ut ex arte possit dicere: cognoscatq; genera dicendi: q̃ tria sunt grande: mediocre: & humile. Sic & Marti. Optat esse uxorẽ suam. Sit mihi uernasatur ut non doctissima cõiunx. ¶ Torqueat enthymema. Rhetores enthymemata appellant sñias cõclusas ex contrariis: non qd' oĩs sñia enthymema non proprio nomine dicat': sed ut Homer. pp excellentiã cõmune poetarum nomen efficit apud græcos suũ (nam græci quũ uelint ostendere aliquid dictũ ab Homero dicũt poeta ita dixit). Sic quum omnis sñia dicat' enthymema: quia uidetur: quæ ex contrariis conficiatur acutissima: sola proprie nomen cõmune possedit: eius generis hæc sunt. Hunc metuere: alterũ in metu nõ ponere. Eam quã nihil accusans: damnas. Bene quã meritã autumas: male mereri iudicas. Id qd' scis prodest nihil id quod nescis obest. Tales igitur sententiæ que cõcludunt' ex repugnãtibus a rhetoribus enthymemata nũcupant'. Alii Enthymema: ut scri. Quintil. Rhetoricum syllogismũ. Alii imperfectũ syllogismum uocare: q̃a nec distinctis: nec totidem partibus concluderetur. Enthimema intellectum unũ habet: quo oĩa mente concepta: significat: ενθυμημα. n. idẽ est quod cogitatio: siue cõmentũ: & cõmentatio. ¶ Rotato sermo. i. celeri: & breuibus cõpræhenso. ¶ Palæmõis: tãtæ ut testat' Suet. de claris grãmaticis arrogantiæ fuit Rhemius hic Palæmõ Vincẽtinus ut de se diuinasse diceret Virg. quum dixit. Tãtũ uicine palæmõ: ut uidelicet poetarũ aliq̃do arbiter foret. Varro. porcũ litteraꝝ appellabat: litteras dicebat secum eẽ natas: & secũ morituras. ¶ Antiq̃ria. q uerba ab usu remota: & pene exauctorata scrutant': q̃si inde eruditõis famã aucupãtes antiquarii appellantur. Quit. eos irriret sic famã eruditõis affectabãt: ut quedã soli scire uidereñt'. Cacozelos ãt & antiq̃rios ut diuerso genere uiciosos pari studio spreuit autore Trangl. Augu. Nam Cacozeli latine dici posse uidẽtur mali affectatores æmulatoresq;. Quinti. li. viii. ait Cacozelon malã esse affectationẽ per oẽ dicendi genus peccãtẽ. Nã tumida: & exilia: & pdulcia: & abundãtia: & accersita: & exultãtia sub idẽ nomẽ cadũt. ¶ Nec curanda uiris: illam etiam inq̃t odi: que exq̃sitæ est diligentiæ circa studia: ut etiã amicæ barbarismos (rem sane minimã) castiget: quod uiris etiam negligendũ sit: cum ab amicis tale quid cõmittatur. ¶ Opicæ barbaræ: & ueluti incultæ latinitatis. De opico dictum est in. iii. saty. Et diuina opici rodebant carmina mures. ¶ Solœcismũ. Solœcismus est: ut docet Ci. ad Herẽ. quũ uerbis pluribus cõsequẽs uerbum superiori nõ accõmodatur. Asinius capito in litteris: quas ad clodiũ tuscũ dedit hisce uerbis definit. Solæcismus ẽ inq̃t ĩpar & ĩconueniẽs compositura partium oratõis: quũ græcum autẽ uocabulum sit solœcismus: an attici hoĩes: q elegantius locuti sunt: usi eo sint quæri solet. Sed nos inq̃t Aulus Ge. neq; solœcismum neq; barbarismũ apud græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut barbaron ita Solœcon dixerũt. Nostri quoq; antiq̃ores Solœcon facile solœcismum haud scio an unquam dixerint: quod si ita est: neq; in græca neq; in latina lĩgua solœcis

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam quæ docta nimis cupit & facũda uideri.
Crure tenus medio tunicas succingere bebet:
Cædere siluano porcum: quadrante lauari.
Non habeat matrona: tibi quæ iuncta recũbit.
Dicendi genus: aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema: nec hystorias sciat omnes.
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego: q̃ repetit: uoluitq; Palæmonis artem
Seruata semper lege: & ratione loquendi.
Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus:
Nec curanda uiris opicæ castigat amicę
Verba: solœcismum liceat fecisse marito.

Syluãus

Enthymema

Antiquarius

Cacozelus

Solœcismus

Nil non permittit mulier sibi:turpe putat nil
Cum uirides gemmas collo circũdedit:& cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nihil est:quã fœmina diues.
Interea fœda aspectu:ridendaque multo
Pane tumet facies:aut pinguia poppeana
Spirat:& hinc miseri uiscantur labra mariti.
Ad mœchum ueniet lota cute.quando uideri
Vult formosa domi:ʼ mœchis foliata parantur.
His emitur quicquid graciles huc mittitis indi.
Tandem aperit uultũ:& tectoria prima reponit.
Incipit agnosci:atque illo lacte fouetur.
Propter quod secum comites educit asellas:
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.

Stribili go Scriblita mus probe dicitur a uetustioribus autem latinis Stribiligo dicebatur:a uersura uidelicet & prauitate tortuosæ orationis:tanquam strebiligo quedam.Nam στεβλω apud græcos torqueo:ac deprauo significat: unde & Scriblita appellata ẽ:quod in circuitu ad restis modum torqueretur:unde a nostris torta appellata est.Martialis.Circunlata diu mensis scriblita secundis.Vrebat nimio sæua calore manus.❡ Laceat fecisse marito.Non sit inquit tam docta:ut intelligat:quum maritus incongrue loquitur.Sic & Martialis:ut diximus:optat eẽ uxorem suam.Sit mihi uerna satur:sit non doctissima coniunx.❡ Nil non permittit sibi:mira inquit est mulierũ ĩpudicitia:que oĩa sibi licere putant:quãdoquidem nec eas pudet circa collũ gẽmas gestare:& auribus uniones suspẽdere.❡ Virides gẽmas.Smaragdos intelligit:qbus ait Pli.nihil cõparatum omnino uiridus uitere.❡ Cõmisit auribus:idest suspẽdit.Vnde Sene.in.vii.de beneficiis:uideo uniones nõ singu

Elẽchus los singulis comparatos:iam.n.exercitatæ aures oneri ferẽdo sũt.❡ Elẽchos Pli.li.ix.cap.xxxv.Vniones fastigiata lõgitudine elẽchos appellat hos inqt digitis suspẽderẽ:& binos: ac ternos auribus fœminaꝝ gloria est.❡ Interea.i.mulier dũ sibi oĩa permittit:indulgetq; :totã faciem domi linit medicamentis & operit:ut tenera & candida cutis fiat:atq; ita a marito amplexu & osculis interea fouetur:quum uero ad mœchum proficiscitʼ deponit linteola & medicamenta exerit que curatam faciẽ.Ordo autẽ est.Interea facies fœda aspectu:& ridenda tumet multo pãe :hoc est pane madido lacte asinino.Nã eo lacte cutẽ

Poppeanum in facie erugari:& tenerescere:candorẽq; custodiri putant:autor est Pli.qđ fieri solitũ ab othõe sic scribit Tran.ꝙ pane madido faciẽ linere consueuerit:ubi intelligẽdũ panẽ fuisse lacte asinino maceratũ ut dixĩus.❡ Pinguia poppeana Spirat.Alii poppeana medicamẽta esse intelligunt.i.offas panis madidi lacte asinino:ut si idẽ bis repetitũ :multo pane tumet facies & pinguia poppeana spirat.Ego uero unguẽta fuisse interp̃tor his rõnib.& ꝙ pinguia dixit & spirat:Nã unguẽti ẽ esse pingue & suauis odoris ex pane aũt macerato lacte asinino:neq; odor ullus habetur:neque pingue:unguẽtũ igitur expone p̃ciosissimum:qđ ipsa poppea Neronis uxor adinuenerit:usaq; sit.Nam & unguentoꝝ usus fuit apud mulieres:ut placerent:seqtur eñi Mœchis foliata parantur:ut ita appellata sint propeana a poppea : quemadmodum Cosmiana a Cosmo:& Niceroniana a Nicerote confectoribus:& magistris.❡ Et hinc miseri hinc maxime indignatur poeta:ꝙ mulier se poliat:non ut marito placeat:sed amatori tantum.Nam medicamenta illa e facie non lauat domi:parum curans an placeat marito:unde inquit labra mariti uiscantur : quum eam osculatur.❡ Q uando uideri uult for.do.cum interrogatione legendum est:ut sit nunquã curat uideri formosa apud mari

nardinũ Spicatũ tum.❡ Foliata:unguenta nardina:nã ea preciosissima habebantur:que ex foliis & spicis nardi fiebant.Vñ Pli.de folio nardi plura dicere par ẽ:ut principali in unguentis:inde addit.Cacumina nardi in aristas se spargunt:ideo gemina dote nardi spicas:ac folia celebrant.Idem alibi ait unguẽtum regale appellatum:quod parthorum regibus ita temperantur.Constat myrobalano:costoamomo:cinamomo:comaco:cardamomo:nardi spica:maro.myrrha &c.Vnde spicatum unguentum dicebatur:ꝙ exspicis fieret.De quo Diuus Marcus in euangelio mẽtionem fecit.Et attulit alabastrum unguenti spicati:ubi loco deprauato legitur pistaci : ꝙ omnino culpa librariorum factum est:qui parum curiosi pistaci prospicati transmutatis litteris scripsere:totidem.n.eædẽq; littere sunt in dictione pistaci:que in spicati:itaque locus est emendandus quum unguentum dicatur spicatum ab ipsis spicis nardi :& non pistacum.❡ Parantur mœchis:ac si dicat non iam marito:uult inquit per unguenta placere:& grata esse amatoribus suis:bene autem ait parantur:unguenta.n.inuenta sunt ad alienam uoluptatem : & enim qui odorem gerit: ipse nõ sentit.❡ Emitur his.i.ab his mulieribus.❡ Indi mittitis:ex india enim multi ex huiusmodi odoribus habentur:unde sic Plini.de Costo & Nardo loquens.Radix & folium indis ex maximo præcio.❡ Graciles tenues corpore:& non pulposi:sic etiam appellauit mauros.Et nigri manus ossea mauri:qui ossa tantum habere uidentʼ: qaam sint exili & macilento corpore:hocq; ratione nimii æstus:qui macilentiæ causa est:sicut humor pinguedinis.❡ Tectoria.Ironicos integumenta illa medicamẽtorum:sumpta metaphora a parietibus:qui tectoriis coope

Tectorium riuntur:ut sint pulchriores:nam tectorium appellatur incrustatio illa ex calce:que parietem reddit leuigatiorem: de quo plæraque diximus apud Persium illic.Tectoria:linguæ.❡ Illo lacte:ad illud respicit:quod ait Pli.ut ante dixĩus:cutẽ in facie erugari:& tenerescere: & candorem custodiri lacte asinino:notũq; quasdam quotidie septingentas custodito numero fouere poppea hoc uxor Neronis principis instituit balneorum quoque sic solito tẽperato asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus.❡ Exulitanta inquit est decoris affectatio: ut quocunque etiã migrandum fuerit in erũnis etiã uoluptatibus indulgeat.❡ Axem hyperboreum.i.septẽtrionales regiones.Soli.

Hyperborei scri.Hyperboreos incolere ultra aquileonem:apud quos mundi cardines esse credunt.Domus sunt nemora ĩ diẽ arbores uictum subministrant.Dicti hyperborei:idest super aquilonares:uetustas enim hyperboreos uocauit incolas locorum:quæ super scythiam sunt quasi originem boreæ introrsum recedendo transissent,

¶ Sed q̃ mutatis. Ordo est: sed facies: que inducitur: & fouetur tot medicaminibus mutatis: & accipit offas siliginis coctæ & madidæ: dicetur ne facies: an ulcus. Legendũ cũ interrogatione. q. d. ulcus potius dicendum est quam facies: nam & ulcera eodẽ modo emplastris & medicamentis foueri solent. ¶ Offas coctæ siliginis. i. frustra pãis cocti & macerati lacte asinino: nã appellatione offæ intelligimus frustra panis: carnis: casei: & hmõi re℞: unde dicimus offam porcinam. i. frustum carnis porcinæ: unde Iuue. in Saty. ii. Et patruo similes effunderet offas. Persius item appellauit globum carminũ offas illic. Carminis offas Ingeris: itẽ Pli. inquit amygdalas cõtusas: & in offam redactas. ¶ Siliginis: genus tritici: ex quo fit panis delicatissimus: de quo plura añ. ¶ Periit lib. quum. n. in maritum aĩaduertere non possit ĩ familiam sæuit. Libraria ante dcã est a libris: quos dñæ exscriberet. Sicut librarius domino exscribebat: uñ Pli. lib. vii. loquẽs de Cæsare. Epistolas uero tanta℞ rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret septenas. Ci. etiam Cice. filius ad tyronem ita scri. Peto a te: ut quã celerrime mihi librarius mittatur: maxĩe qdem græcus: multum. n. mihi eripitur opere in exscribendis hypomnematis: nisi forte uocabulum de ducatur a libra: ut libraria ancilla diceretur: que dispartiendis pensis pesset. Librariam etiam eleganter dicimus: quã græco uocabulo bibliothecam appellamus Gelius in noctibus atticis lib. v. ca. iiii. In libraria ego & paulus consederamus. ¶ Ponunt tu. i. deponunt: ut flagellentur. Plau. Persa. Vbi captum est flagrum: dũ tunicas põit: q̃ta afficitur miseria. ¶ Cosmetæ: ancillæ que dominam ornant. Nam κοσμεω idem est quod orno: & κοσμωσ ornamentum. ¶ Liburnus: seruus: nam ex liburnia mittebãtur serui robusto & procero corpore: ut diximus illic. Et ĩgẽti curret sup ora liburno. ¶ Pœnas alieni somni. i. mariti: qui dormiuit: nec uxorem ea nocte attigit. ¶ Hic frãgit ferulas: in dorso suo ita dictũ: sicut alibi de Mario. Nodosam frangebat uertice uitẽ: dũ uerberabatur. ¶ Flage. nam tortores in seruos flagellis aĩaduertebãt. Sene. ad Luci. Audio inqt circa horam tertiã noctis flagellorũ sonum: q̃ro qd faciat dicitur rõnes accipere. Romæ flagella uendebant in suburra. Mar. Tõtrix suburræ faucibus sed et primis: Cruẽta pendẽt q̃ flagellam torto℞. Tortoribus: lorariis: quos inter seruos hẽbant. ¶ Annua p̃stant: annua absolute salaria appellamus: siue alimenta unius anni. Vnde Trangl. in Tyberio. Sed & peculio concesso a patre: p̃bitisq; annuis fraudauit per spẽm publici iuris. Idem ĩ opusculo de claris loquens de palæmone uincentino. Quanq̃ ex schola quadringẽta annua caperet: sic etiam accipimus diurnum p uictu: siue mercede unius diei. Sene. in. ii. controuersia℞. Consors modo omnis fortunæ diurnum petam. Idem diurnum accipit: incentuculo dormit. Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorum dierum rationes notantur ut infra. Et cedens longi relegit transacta diurni. Sueto. in Claudio. Extat talis scriptura in plærisq; libris: ac diurnis: titulisq; operũ. ¶ Obiter. i. simul ut sit sensus. Verberat & simul faciem linit: & audit amicas: de quo plura alibi in tertia saty. Atque obiter leget aut scribet. Pli. lib. xii. Vt obiter quæque genera odorum dicantur. i. simul dicantur. ¶ Considerat contemplatur. ¶ Vestis pictæ: uestem phrygiam forte intelligit: quam: ut est autor Pli. acu facere iuenere phryges: unde & phrygiones appellati sunt qui acu uestes pingunt. Possumus ẽt itelligere uestẽ attalicam. Nam attalus res asiæ uestibus au℞ intexere inenit: unde Attalicis nomẽ. Hæc Pli. ¶ Et cædens: uerberãs: hoc est dum uerberat. ¶ Transuersa: consueuisse romanos rõnem querere ex seruis suis ostendit ut diximus paulo ante Sene. ad Lucil. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagello℞ sonum: quero qd faciat: dicit rõnes accipere. Mulier igitur furibunda: & irata recognoscens: & diligẽter trutinans errata longi diurni uerberat seruum. ¶ Transuersa: ego intelligo errata: & delicta cõmissa: quum perperam rõnes notauit: unde dicimus fert transuersus: quum non recte q̃spiam incedat: & a recta uia declinet. ¶ Horrendũ: pro horrẽde: nomen pro aduerbio. ¶ Intonat: clamat inqt horrende. ¶ Exi: profectura domo. i. quum iam domo fit pfectura peracta iam cognitione tum demũ intonat. Exi iam fessis cædẽtibus. ¶ Sicula nõ mitior aula. i. Phalaride Agrigentino℞ tyrãno: cuius crudelitatem tantam fuisse constat: ut p̃mia nouo℞ inuentoribus tormento℞ pponeret: cui ut placeret perillus optimus artifex æneum tantũ conflauit ut inclusus reus subiecto igne torqueretur: & uox hoĩs exclamantis mugitum bouis imitaretur. Cæte℞ phalaris perillum nouo instrumẽto inclusum supplicio mortis affecit. Vnde Oui. Vt munus munere penses. Da p̃cor ingenio munera digna meo. Dixerat & phalaris pœnæ mirandæ repertor. Ipse tuum p̃sens imbue dixit opus. ¶ Iam cognitione peracta. Iam omnibus rationibus diligenter recognitis & excussis. ¶ Nam si constituit. Ordo est Psecas infœlix componit crinẽ: si constituit: dña. s. cũ adultero: & si optat ornari decẽtius solito. Et si properat: & si iam expectatur in hortis: aut potius apud sacraria lenæ Isiacæ.

Sed quæ mutatis inducitur: atque fouetur
Tot medicaminibus: coctæque siliginis offas
Accipit: & madidæ, facies dicetur: an ulcus:
Est operę precium penitus cognoscere toto
Quid faciant agitentque die. si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria: ponunt
Cosmetæ tunicas: tarde uenisse liburnus
Dicitur: & pœnas alieni pendere somni
Cogit: hic frangit ferulas: rubet ille flagellis:
Hic scutica. sunt quæ tortoribus annua prestent.
Verberat: atq; obiter faciem linit: audit amicas:
Aut latum pictę uestis considerat aurum:
Et cędens longi relegit transuersa diurni:
Et cędit: donec lassis cędentibus, exi
Intonat horrendum iam cognitione peracta
Progressura domo sicula non mitior aula.
Nam si constituit: solitoq; decentius optat
Ornari: & properat: iãque expectatur in hortis:

Offa
Libraria
Librarius
Liburnus
Annua
Diurnũ
Obiter
Vestis phrigia
phrigio
Attalica
Phalaris

Aut apud iſiacæ potius ſacraria lenæ,
Componit crinem laceratis ipſa capillis
Nuda humeros Pſecas infœlix:nudiſq; mamillis.
Altior hic quare cincinus? taurea punit
Continuo flexi crimen:facinuſq; capilli.
Quid Pſecas admiſit? quę nã eſt hic culpa puellæ:
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera læuum
Extendit:pectitq; comas:& uoluit in orbem.
Eſt in conſilio matrona:admotaq; lanis
Emerita quæ ceſſat acu:ſententia prima
Huius erit:poſt hac ætate:atq; arte minores
Cenſebunt:tanquam famæ diſcrimen agatur:
Aut animæ.tanti eſt quęrendi cura decoris:
Tot premit ordinibus:tot adhuc cõpagibus altũ
Aedificat caput:Andromachen a frõte uidebis:
Poſt minor eſt.aliam credas:cedo:ſi breue parui
Sortita eſt lateris ſpatium:breuiorq; uidetur

¶ Sacraria:dñr loca:ubi ſacra reponuntur:que etiã in ædificio priuato eſſe poſſunt & ſolent:q liberare ea loca re
Sacrariũ ligioſa uolunt:ſacra ĩde euocare.Locus autem ſacer dicitur ſacratus.Hæc Vlpianus titulo de rerũ diuiſiõe.¶ Le
næ iſiacæ.Iſis ægyptiorum fuit dea:cuius ſacrificia romam tranſlata fuere:ĩ eius templo maxima dabatur adulte
riorum occaſio.Oui.ad amantem ait.Nec fuge niliacæ memphitica templa iuuencæ.Multas illa facit:quod fuit
ipſa ioui.Scribit Ioſephus lib.viii.antiqtatum:Iuuenem quendam noĩe Mundum:quum ĩpatienter paulinã quã
dam generoſam & pudicam alioqn matronam amaret:ſacerdotes Iſidis pecunia corrupiſſe:q nouo religiõis cõ
mento mulierem in tẽplũ uocarent:ii igit̃:quũ
fingerẽt ſe per noctem cum Oſiride collocutos
perſuaſere eam adeo deſiderari.Eam itaq; quũ
in templum ueniſſet Iuuenis tanq̃ Oſiris com-
præſſit:mox quum petulãtius ſtuprum ei expro
braſſet:mulier marito rem detulit:maritus Tibe
rio:Qui ĩdignatus ſacerdotes cum liberta Mun
di:quæ totius facinoris fuerat conciliatrix cruci
bus affixit:templum iſidis euertit.Simulachrum
eius in tyberim præcipitauit.Iuuenẽ trãſmare re
legauit grauiore ſupplicio dignũ non iudicans:
q amoris impatiẽtia:& furore deliquiſſet.¶ Le
næ iſiacæ.i.lenæ:quæ in templo iſidis mulierũ
Tẽplu3 iſidis expectat.Templum autẽ iſidis proximũ fuiſſe
campo martio:& tyberi oſtendit Iuuena.A me
roe portabit aquas ut ſpargat ĩ ædem iſidis:anti
quo quæ proxima ſurgit ouili.¶ Componit cri
nem:notat ſuperbam mulierum uecordiã:quæ
quum ab ancillis ornarentur eſſentq; deformes:
offenſæ ea deformitate:dum in ſpeculo ſe inſpi
cerent:ancillas ipſas pulſarent:idem ẽt notatur
a Martia.in primo.Vnus de toto peccauerat or
be comarũ:Annulus incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus lalage ſpeculo quod uiderat ulta ẽ.
Et cecidit ſectis icta præcluſa comis.¶ Pſecas:
nomen fictum ancillæ.ψεκάζω.n.idem ẽ:qđ
irroro:nã dominam ſe componentem irrorat:
ſumpſit autem ex metamorphoſi Ouidii:ubi eiuſdem nominis eſt miniſtra Dianæ.¶ Nuda humeros:ideſt ha
bẽs humeros nudos:& mamillas diſciſſa ueſte a domĩa:a qua ceditur.¶ Altior hic quare.Quod & Sene.notat
in lib.de breuitate uitæ his uerbis.Quomodo excandeſcunt:ſiquid extra ordinem iacuit:niſi omnia ſua in an-
Cĩcinus nulos ſuos reciderunt.¶ Cincinus:hoc eſt capillus annullatus:ut dixi modo teſtimonio.Martia.Annulus incerta
non bene fixus acu.¶ Taurea:nomẽ matronæ fictum a feritate tauri:ſicuti lalage apud Martia.quæ ſignificat uo
cem:ac per hoc mulierem clamoſam:& loquacem.¶ Punit crimen:ideſt quod ipſa putat:& uocat crimen.¶ Hic
in hac re:ideſt quum tu tibi diſpliceas:indignatur enim & iraſcitur ancillis:q deformis ſit.¶ Altera læuũ.Senſus
eſt:altera mulier eſt quæ quũ ſe comit:& capillũ circa caput digerit:alias de ornatu conſulit.¶ Altera læuũ:utrum
extendit læuum capillum:an extendit & pectit comas:& uoluit in læuũ orbem ¶ Voluit in orbem:circũ caput
multimodis reuolutionibus diſponit.¶ Eſt in conſilio matrona:hoc eſt:quod dicit:quũ altera extendit:pectitq;
comas:ſtatim adhibet̃ matrona in conſilio:nam matronã & ancillam anum quaſi per ætatem peritiorem conſu
lit de capitis ornatu:eſt autem ordo:matrona:& ea quæ emerita acu ceſſat admota lanis eſt in conſilio.¶ Emeri
Emeritus ta acu.i.iam finito munere ſuendi propter ætatem:emeriti enĩ illi dicunt̃:qui functi ſunt munere ſuo:& uacatio
nẽ habent.Tranquil.in Caligula.Cæterorũ.increpita cupiditate:cõmoda emeritæ ad ſexcentorũ miliũ ſummam
reſcidit.Papinius in ſyluis.Cæſar ab emerito iubeat diſcedere bello.Mulier.n.uetula omiſſo munere ſuendi ui
tio ætatis carpendis lanis admouetur.Vnde Ora.De anu.Te lanæ prope nobilem tonſæ lucæriam non cytharæ
decent.¶ Sñia pri.huius.ſ.ancillæ uetulæ:ut peritoris.¶ Diſcrimen fa.periculũ exiſtimatiõis & uitæ.¶ Tanti eſt
querẽdi.i.tãti faciunt ſtudiũ ornãdi ſe.¶ Aedificat:amplificaio eſt p irriſionẽ:quaſi turrim altã extruat.¶ Andro
machen a fronte:pcero corpore fuiſſe andromachen Hectoris uxorẽ oſtendit Oui.Parua uehat̃ æquo:qđ erat
longiſſima nunq̃ Thebais hectoreo iuncta reſedit æquo.¶ A frõte.Inceſſum mulierũ deſignat:que ore elato ĩce
dunt ita ut a fronte uideant̃ proceræ:& a tergo minores.Vnde eſt illud Papinii ĩ epithalamio uiolãtillæ.Celſæ
procul aſpice frontis honores:Suggeſtũq; comæ.Eſt ergo ſenſus:ſi a fronte inquit & parte anteriore mulierem
ſpectatis:altiſſimã dices:& alterã andromachen:ita ẽ capillorũ ordo ĩ capite faſtigiatus:a tergo uero:ſi uideris co
gnoſces breuẽ eſſe:ita ut aliã credas.¶ Cedo ſi breue parui:iocatur poeta ĩ breuiculã mulierem:cedo inquit.i.dic
mihi quomõ facit nam breui ſtatuta:quum maritum uult oſculari? erigit ſe inquit in plantas:erit ergo ordo cedo
ideſt dic ſubaudi extrinſecus:quõ facit quum uult oſculari maritum:ſi ſortita eſt breue ſpatium lateris parui &
ſi uidetur breuior uirgine pygmæa adiuta nullis cothurnis:& ſi leuis eſt:ideſt minime ponderoſa:quum ſit puſil-
la:conſurgit inquit ad oſcula planta erecta:hoc eſt ipſa erecta in plantas:ſicq; poeta cauillatur mulieres breuicu
las.¶ Adiuta:ſubleuata.¶ Cothurnis:calciamentis.Qualia fiunt ex cortice ſuberis in uſum mulierũ:ut docet Pli.

¶ Virgine pygmæa: idest breuis staturæ: quales sunt pygmæi: q̄ & spithamæi dicuntur: eo q̄d ternas spithamas Pygme
longitudine hoc ē ternos dodrantes non excedant: ad extremos indiæ fines habitant: salubri cœlo semperq̄ uer us
nanti: montib. ab aqlone oppositis: quos a gruibus infestari Home. quoq̄ ꝓdidit. Fama est isidētes arietū: capra Spitha-
rūq̄ dorsis armatos sagittis ueris tpe uniuerso agmine ad mare descendere: & oua pullosq̄ earū alituū cōsumere. meus
Pli. ¶ Nulla uiri cura interea: dū hæc inquit curat: q̄uo se ornet & comat: nullā reꝝ dōesticaꝝ curā. ¶ Habet h̄ so
lo ꝓpior Satyrice dictū: hac una re uidetur reꝝ mariti curā hēre: q̄. s. odit amicos eius: & seruos: quū in cæteris re-
bus: q̄si ad se non spectātibus sit negligētissima.

Virgine pygmęa nullis adiuta cothurnis:
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
Nulla uiri interea cura: nec mentio fiet
Damnorum. uiuit tanquam uicina marito:
Hoc solo propior: quod amicos coniugis odit:
Et seruos: grauis est rationibus. Ecce furentis
Bellonę: matrisq̄ deum chorus intrat: & ingens
Semiuir obscœno facies reuerenda minori:
Mollia qui rupta secuit genitalia testa:
Iampridē cui rauca cohors: cui tympana cedunt
Plębeia: & phrygia uestitur bucca tyara.

¶ Grauis rōnibus: domesticis. s. quū plus īpendat
quā rō familiaris tollerat. ¶ Ecce furentis. Stultā
superstitionem mulierum multis carminibus in
sectatur: quod nimis credulæ timeant: q̄ a sacer-
dotibus cybeleis: & Isiacis horribiliter ꝓnuncien
tur. Cybele aūt ex sniā Apulei Bellōa & Isis eæ- Cybele
dē fuere deæ: Iidēq̄ sacerdotes trium dearū sa- Bellona
cra peragebant: unde nunc recte eundē cybeles: Isis
Bellonæ: & Isidis chorū inducit. Bellonæ furen
tis. i. sacerdotum Bellonæ furentium: nā in eius
sacris sacerdotes suo cruore sacrificabāt: gladios.
n. districtos utraq̄ manu tenentes: sectis pariter
humeris: & lacertis: & capitis rotatione discurre
bant: & ueluti numine deæ afflati agebant: un-
de supius. Sed ut fanaticus œstro Percussus Bel-
lona tuo diuinat. Tibul. Hæc ubi Bellonæ mo-
tu ē agitata. Eam turbā Mar. Entheā appellat. i.
fanatichā: & numine afflatā. De sacerdotibus Bellonæ sic scri. Lampri. Bellonæ seruiētes uere execare brachiū ꝑ
cepit studio crudelitatis. ¶ Matrisq̄ deū: cybeles. De qua Liui. li. xxix. Oratores romani pergamū ad regem uene
runt. Is legatos comiter acceptos pessinuntē in phrygiam deduxit: sacrūq̄ his lapidē quē matrem deum eē īcolæ
dicebant: tradidit: & deportare romam iussit huic sacerdotes galli seruiebāt eunuchi: qui apud deam se iactantes
faciebant cymbaloꝝ: ferramentorūq̄ iactatoꝝ: ac manū sonitū. Galli aūt sunt cognominati sacerdotes deæ: a gal Galli
lo fluuio phrygiæ: apud quem orgia colebant: simulachrum aūt illud deæ facile romanis concessum fuit: consan
guineos se dictātibus: atq̄ oriundos ab ænea phryge. Ipsum simulachrum cælitus: ut aiunt demissum: neq̄ qua
sit materia: neq̄ a quo fabricatum artifice: ut scribit Herodianus satis constat: neq̄ plane hominum manibus cre
ditur factum. hoc igitur decidisse cælitus ferunt in quendā phrygiæ agrum: cui nomen pessinunti a casu eius simu
lachri factum putant: nam πιπτω cado significat: cuius aoristus est επεσον: Vnde pesinus nomen tractum est. Pesinus
¶ Ingens semiuir: idest antistes sacrorum: & præfectus gallorum: ordo ē: ingens semiuir appositio facies reueren
da minori grāde sonat. ¶ Semiuir: quia eunuchus. ¶ Facies reuerenda: quē cæteri sacerdotes minores uenerant.
¶ Minori obscœno: idest gallo fœdo fœmineo. Nam Diuus Augustinus scribit: Gallos molles contra omnē ui-
rorum: mulierumq̄ uerecundiā consecratos: madidis unguento capillis: facie dealbata: fluentibus mēbris: incessu
fœmineo per plateas: uicosq̄ a populis: unde uiuerent: turpiter quæsitasse. ¶ Secuit genitalia: uirilitatem enī sibi
ut scribit Plini. testa samia amputabant in monumentum atys a dea dilecti: unde Ouid. uenit in exemplum furor
hic: mollesq̄ ministri. Cedunt iactatis uilia membra comis. Ad quam consuetudinem alludit Martia. Abscissa ē
quare samia tibi mentula testa. ¶ Mollia: proprium est epitheton eunuchorum: molles enim sunt ueluti fœmi-
næ: unde superius. Sunt quas eunuchi imbelles ac mollia semper. Oscula: delectent. ¶ Rauca cohors: idest uocis
acutæ exilis & muliebris: nam eunuchi: autore Macrobio: ita acutæ sunt uocis: ut sæpe mulier: an eunuchus lo-
quatur: nisi uideas ignores. Id facere superflui humoris abundantiam tradit: qui arteriam: per quam sonus uocis
ascendit: efficiens crassiorem: angustat uocis meatum: & ideo: uel fœminis: uel eunuchis uox acuta ē: uiris grauis:
qui uocis transitū habent liberum: & ex integro patentem meatum. Quintilia. lib. xi. ostendit uocem exilem eē
eunuchis: his uerbis. Ne ad spadonum: & mulierum: & ægrorum exilitatē uox nostra tenuetur. ¶ Cui: antistiti.
¶ Tympana plebeia. i. sacerdotes minores: & plaebei. Nam ministri cybeles: qui eam comitantur tympana: alia
q̄ instrumenta pulsabant. Ouid. in. iiii. fa. Aera deae comites: raucaq̄ terga mouent. Cymbala pro galeis: pro scu Bucca
tis tympana pulsant. Tybia dat phrygios ut dedit ante modos. ¶ Cedunt: uenerātur. ¶ Vestitur buc. i. os uestit:
nam redimicula a pileo dependebant: quibus maxillae: & mentum uestiebantur. Nam bucca: pro buccis dixit: &
proprie bucca: ut alibi diximus: appellatur ea pars oris: que infra malas inflari solet. Vnde Orat. Quin iuppiter
ambas Iratus buccas iflet. A bucca fit Buccea: hoc est frustulum alicuius rei esui aptæ: q̄tum. s. bucca cōmode capit
Augu. in epi. ad Tyberium: Autore tranquil. sic scrib. in Balneo demum post horam primā noctis duas bucceas
manducaui priusquā ungi inciperem. Inde ēt fit bucella in eodem significatu: ut est apud Diuū Ioan. in sacra scri Bucella
ptura sic. Et quū intinxisset panē dedit Iudæ Simonis scariothis. Et post bucellā introiuit in eū sathanas: inde ēt
est Bucellatum genus cibi castrensis: & frumentacei: quo Pessenius niger iubebat contentos esse debere milites
oēs: ut scri. Spartia. De bucellato item meminit Volcatius gallicanus in uita Auidii imperatoris his uerbis. Et pre
ter laridum: ac bucellatum: atq̄ acetum militem in expeditione portare prohibuit. Ammianus etiā marcellinus
sic. Bucellatum: ut uulgo appellant: humeris imposuit libentium militum. A bucca etiam fit buccula: quæ pars ē Buculla
casiidis: quae prominēs buccas ipsas tegit: de qua alibi poeta. Et fracta de casside buccula pendens. ¶ Tyara ge- Tyara

Grande sonat: metuiq; iubet septēbris:& austri
Aduentum:nisi se centum lustrauerit ouis:
Et xerampelinas uestes donauerit ipsi
Vt quicquid subiti:& magni discriminis instat.
In tunicas eat:& totum semel expiet annum.
Hybernum fracta galice descendet in amnem.
Ter matutino tyberi mergetur:& ipsis
Vorticibus timidum caput abulet:inde superbi
Totū regis agrū:nuda ac tremebunda cruentis
Erepet genibus:si candida iusserit Io.
Ibit ad ęgypti finem calidasq; petitas
A meroe portabit aquas:ut spargat in ędem

nus pilei:quo peculiariter persæ utebant᷑:de quo Herodo.li.vii.Sic.Ex q̄bus:q militabant:si erant persæ:hunc in modum ornati circa capita gestabant pilea:quos uocant tyaras ipenetrabilia.Lunatæ formæ iudicat fuisse Sidonius in panegyrico. Flectit achemenius lunatam psa tyaram.Seruius quoq; declarans illud Virgilia.Sacerq; tyaras.Dicit pileum fuisse phrygium:quo ipsi sacerdotes uterent᷑:q in phrygia prius sunt instituti ipsi matri deū: ūnunc dixit.Et phrygia uestit᷑ bucca tyara.De tyara ita scribit Diuus Hiero.ad fabiolā.Q uartū genus ē uestiméti rotundā pileolū:quasi sphæra media sit diuisa:& ps una ponat᷑ in capite hoc græci & nostri tyaram:nonnulli galerum uocant:non habet acumen i summo: nec totū usq; ad comas caput tegit: sed tertiā ptem a fronte inopertā relinquit: atq; ita in occipitio uita cōstricius ē:ut non facile labat᷑ ex capite:est autē bissinum:& sic fabre opatū linteolo ut nulla acus uestigia forinsecus pateant.❡ Grande sonat:miranda pdicit:& grādia:ut nō ad uocē clarā referas:sed ad faciem rei horrendā:nam galli: sacerdotesq; ægyptii p urbes cū insignibus suis uaticinantes:fanatico carmine talia populis uentura minabantur:qualia Sene.in lib.de beata uita sic irridet.Q uum sistrum aliqs cōcutiens ex imperio mentit᷑:quum aliquis secando lacertos suos artifex brachia atq; humeros suspensa manu crueutat: quū aliqua genibus p uiam repens ululat:laurūq; linteatus sen ex & medio lucernā die pferens cōclamat iratū aliquē deoꝝ:concurritis & auditis:ac diuinū esse eū inuicē mutuū alentes stuporē affirmatis.❡ Lustrauerit: expiauerit.❡ Cētum ouis:admittebant᷑ enim oua ad expiatōes.Ouidius.Et ueniat q̄ lustret anus:lectumq;.Præferat:& tremula sulphur & oua manu:Apule.lib.xi.de Asino aureo loquens de naui expiata sic scribit.Sūmus sacerdos tæda lucida:& ouo & sulphure solemnissimas p̄ces de castro pfatus ore q̄ purissime purificatā deæ nuncupauit.❡ Et xerampelinas:ad usum matronarum scribit

Xerampelinæ Atrabatica uestis

fuisse Prob.uestes ampelini coloris:q inter occinū & muriceū medius ē.ξηροσ.n.siccū significat αμπελοσ uitē: itaq; xerampelinus color is esse existimatur quem nunc rosam siccam nominamus. Georgius Merula præceptor meus in cōmentariis suis ita scriptum reliquit.Has uestes atrabaticas inuenio latine appellatas his uerbis apud Suidam.Diebus festis:& in uictoria aut astantibus legatis induebantur tunicas: & Clamydes auro ac purpura uariatas:aut alio quouis modo præciosas:in quotidianis uero conuentibus xerampelinas sic a colore dictas:quas uocabant atrabaticas a colore uidelicet:atrum enim nigrum significat:unde conticimus xerampelinas nigras fuisse. Hœc ille.Aut reuera intelligit uestes lineas:quales solent gestare sacerdotes ægyptii:nā de sacerdotibus & Cybeleis & Isiacis intelligit:uestes autem conficiebantur ex genere lini quod xylon appellaruut: de quo ita Plini.lib.xix.cap.i.Superior pars ægypti in arabia uergens gignit fruticem:quem aliquid gossiopion uocant:plures xylon & ideo lina inde facta xylina paruulus est:similemq; barbatæ nucis defert fructum:cuius in exteriore bombice lanugo netur.Nec ulla sunt eis in candore:molliciaue præferenda. Vestes inde sacerdotibus ægypti gratissimæ:ut intelligas uestes lineas coloris amplini:& legas xylampelinas:nisi forte ratio metri reclamet:nam xylon primam syllabam habet correptam:quæ tamen ratio plærunq; a poetis confunditur:sensus tamē prior magis placet. Donauerit ipsi:idest sibi:ipsi scilicet sacerdoti.❡ Vt quid:ut si quid mali immineat:id totum eat i tunicas.❡ Semel: sola hac lustratione.❡ Descendet:scilicet mulier ita sacerdote iubente.Putabant enim se tyberis aqua profundentes expiari.Persius.Hæc sancte ut poscas tyberino in gurgite mergis Māe caput:bis terq; & noctem flumine purgas.❡ Timidum caput:idest ipsa timida.❡ Totum agrum regis superbi idest campum martium:qui eiecto Tarquinio superbo datus est populo & marti consecratus. ❡ Io candida:idest si sacerdos ex Isidis imperio iusserit: non enim ipsa dea iubet: sequitur enim.Credit enim ipsius domine se uoce moneri. ❡ Candida:aut pulchra: aut uerius est: rexpexit ad id:quod uestibus lineis uterentur Isiaci sacerdotes:ut statim dicemus.❡ Io:inachi argiuorum regis filia a phœnicibus rapta est: ut scribit Herodotus libro primo.Et abducta in ægyptum.Osiris eā duxit uxorem: quo mortuo regnum tenuit:dictaque Isis post mortem habita pro dea. Eius sacra romam translata sunt.Templum iuxta campum martium extructum fuit:sacerdotes uestibus lineis induti per urbem lugentes uagabantur: mox ad læticiam conuersi:sacra perficiebant: Id erat monumentum Isidis: quæ quum ossa osiridis a fratre typhone (ut ferunt occisi) diu quæsita non inuenisset: in maximos prorupit luctus. Vnde commoti ægyptii tam diu ea multo luctu quæsiuerunt: quo ad iuxta Syenem inuenerunt quibus inuentis lachrymas in læticiam uerterunt. Ea illic ab Iside mandata sunt sepulturæ. De quo plura illic recitabuntur in.viii.satyra. populus quod clamat Osiri inuento. mulieres hæc sacra frequentabant:nephasque iis erat: illis diebus coniungi cum uiro.Proper. Tristia iam redeunt iterum solemnia nobis Cynthia iam noctes est operata noue. ❡ A meroe: multas magnasque insulas ambit nilus: quarum nobilissima est meroe.❡ Aquas calidas.Pars enim illa ægypti zone proxima est torridæ.❡ Portrabit.Hyperbolicos dixit idest etiam ex parte extrema orbis.❡ Vt spargat:hoc est ex instituto sacri Isiaci.nam in templo Isidis aqua sparsa de nilo dicebatur:quis simulata foret. Nā q̄ exhiberi non poterant simulabant᷑ & habebātur p ueris. Vnde Virg.Sparserat & latices simulati fontis auerni.

¶ Proxima antiquo ouili.i.loco ita cognominato in campo martio: nam Ouile ideo appellatus est locus in cam Ouile
po martio:ꝙ ibi greges ouium a Tarqniis haberentur:fuit.n.eoꝝ ager.Hocq; magis placet quam ut intelligas de
septis:hoc est tabulatis:in quibus clauderet᷑ populus tpe comitiorum:ait.n.antiquo ouili.hoc est illi loco:q in cam
po martio antea & priscis temporibus appellatus ē ouile:ubi.s.greges:& ouilia habuere Tarqnii:qbus postea: ut
diximus:expulsis:cāpus populo datus est:& marti cōsecratus:inde postea septa illa fabricata fuere: qbus populus
claudebat᷑ ad danda suffragia.De qbus sic Spartianus in Hadriano.Romæ instaurauit pantheum:septa:basilicam
Neptuni.Pli.lib.xvi.loquens de magitudine arborū.Fuit inquit & memoria nostra in porticibus septorū a.M.Agrippa relicta De ouili antiquo i campo martio intellexit:& Luca.in.i.Et miseræ maculauit ouilia romæ i.ipsum cāpū martium: q antea habuerat ouilia tarquiniorum: lege Liuiū in.i.Decade.Stra.quoq; mentionem facit i.v.his uerbis Sylla alios:qui arma proiecerant: ad milia tria:uel ut alii q̄tuor i campo martio ad ouilia coactos imissis militibus triduo iugulauit.¶ En animam & mentē:ironia est in sacerdotem: o quam Anima
sanctus inquit ē sacerdos:quāq; dignus cum quo Animus
loquatur nocte dea.Anima est qua uiuimus: Animus uero quo sapimus:nam autore Lucretio: ea ē mens:qui & aīus.Est.n.aīus:autore beato Aug.substantia quedam rōnis particeps regēdo corpori accomodata:unde est illud:salustianū.Sed dux atq; imperator uitæ mortalium est aīus &c.¶ Ergo hoc p̄cipuum.Ordo ē & sensus.Ergo hic Anubis derisor.i.sacerdos isidis: qui ut antistes grege

Isidis:antiquo quę proxima surgit ouili.
Credit enim ipsius dominę se uoce moneri.
En aīam:& mentem:cū qua dii nocte loquuntur.
Ergo hic pręcipuum:summūq; meretur honorem:
Qui grege linigero circundatus:& grege caluo
Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit ueniam:quoties non abstinet uxor
Concubitu sacris obseruandisq; diebus.
Magnaq; debetur uiolato pœna cadurco:
enim magis contra naturam quam filium a matre necari?¶ Non propter nūmos:ut oſtēdat longe intolerabilius eē facinus : ꝙ lucri cupiditate fit quam ira & dolorē.¶ Minor admiratio.Senſus ē illud nobis minus mirandum uideri debet etiam ſi ſit nefandum ꝙ cōmittitur per dolorem & iracundiam a muliere:ſicque cum ſequentibus eſt cōiungendū.¶ Ira:que ab iniuria deſcendit.¶ Hūc ſexū.ſ.muliebrem.¶ Feruntur precipites : ſumpta eſt tranſlatio ab iis:qui a ſubl mi decidunt loco.i. ad omne facinus ſtimulante iracundia cōuertunť ¶ Vt ſaxa.ſ.feruntur in preceps.¶ Abrupta: auulſa.¶ Quibus.ſ.ſaxis.¶ Mons ſubtrahitur:uidetur enim parte montis labente:reliqua pars retro fugere.¶ Latus recedit ideſt retro cedit:nam ut dixi latus montis aliqua parte auulſa uidetur retrocedere.¶ Pendente cliuo.i.prono ſaxo:& iam caſuro.¶ Illam ego nō tulerim::illa inquit ſuperbiſſima eſt habenda : que animo minime perturbato mente cogitat & retractat prius ſcelus quā aggreditur.Sicque oſtendit:ſcelera illa grauiora eſſe que certa animi deliberatione:quam que aliqua mentis perturbatione peraguntur.¶ Sana:non aliqua animi pturbatione uexata.¶ Spectant: quottidie inquit ſpectant in theatris:dum tragœdiæ aguntť queadmodum alceſte ī maritum pie fuerit: que ēt pro marito mortem ſubire nō dubitauerit.Sed tamen nulla eſt:que alceſten imitetur:hoc eſt : q̄ maritum ſuum ſeruet morte ſua:ſed potius animā catellæ ſeruaret.Nam alceſte:quum uir ſuus Admetus theſſaliæ rex graui & conclamata ualitudine laboraret:reſponſumque eſſet eum mori oporrere:niſi alius pro ſe moreretur : ipſa ſola:cæteris propinquis:& amicis id recuſantibus pro marito mori ſuſtinuit.De qua Sta.in Syluis:ergo theſſalici coniunx penſare mariti.Funus.Hanc fabulam aliter tamen narrat Fulgentius.¶ Spectant: ſubaudi mulieres romanæ non autem mariti ſpectant:couiunge ergo fata mariti ideſt mortem mariti.¶ Similis ſi per.i.ſi poſſint fatum ſnum ſato mariti permutare potius ſeruent animam catellæ:quaſi minimi cuiuſque animalis.¶ Multæ be.i.multæ mulieres:que maritos ſuos:ut Bellides:& clytēneſtra occiderūt.¶ Belides:quinquaginta beli neptes fuernnt:que una nocte totidem maritos :eoſdemque patrueles occiderunt.¶ Bellus enim ægypti rex duos habuit filios Danaū & ægyptū:quoꝝ Danaus quinquagintas habuit filias:& ægyptus totidē filios Coactus ē danaus omnes filias dare in matrimoniū filiis ægypti:ſed quū uereretur:ne a generis ſuis regno eiiceretur:mandauit filiabus ut primitiali nocte mariros ſuos ſingulæ necarēt:ꝙ quidē omnes facere.preter Hypermeſtrā:que lyno ſiue lynceo pepcit.¶ Eriphyle: uxor fuit amphiarai:que capta amore monilis olim a uulcano elaborati:ut illud ab argia polynicis coniuge haberet:uiꝝ ſuū:ne in bellū Thebanū prodiret latentem indicauit:qui poſtea in bello thebāo hiatu terræ cum curru abſumptus eſt Mane clytēneſtrā.Senſus eſt:nullus erit uicus urbis:in quo non offendas mulieres occidentes maritos:ſicuti fecit Clytēneſtra Tyndari & Lœdæ filia:que Agamēnonē maritū ſuum ex bello troiano reuerſum:adiuuante Aegiſto adultero interemit:nota eſt hiſtoria.¶ Hoc.t.r.hoc tantū inquit intereſt:quod Clitēneſtra ſecuri maritum ſuum peremit.Sed mulieres romanæ maritos ſuos tollunt ueneno:ſicq; poeta mores ſui tēporis inſectatur.¶ Inſulſam &.f.hypallage ē:hoc ē ipſa iſulſa & fatua:quaſi q̄ minime apta eēt ad tractāda arma.¶ Tenui pul.ru.hoc ē ueneficiis:qualia paranť ex rubeta rana:de q̄ i.i.ſaty.ābūde illic.Miſcet ſitiēte rubetā.¶ Agiť:pagiť:pficitur.¶ Res.i. ipſa maritoꝝ cædes.¶ Sed tū & fe.exiſtūt inqt ēt:q̄ maritos ferro necēt:ſi forte illi cōtra uenena aliqđ ſumpſerint Antidotū.¶ Arides.i.ipe maritus q̄lis fuit Agamēnon atrei filius:¶ Si pguſtaret:pōtica medicamina.i.antidota:q̄lia Mithridates rex pōti ſumebat aduerſus uenena.de quoꝝ cōpoſitiōe Pli.lib.xxiii.cap.ix.ſic ī arcanis Mithridatis maximi regis deuicti Cn.Pōpeius iuēit in peculiari cōmētario ipſius manu cōpoſitionē antidoti e duabus nucibus ſiccis itē ficis totidē:& rutæ foliis uiginti ſimul tritis:addito ſalis grano:& q hoc ieiunus ſumat:nullū uenenū nocituꝝ.Cæteꝝ leneus Pōpeius ſcribit:autore Gelio:mithridatē regem ponti:ſanguine anatis ponticæ īmixto qbuſdā medicamentis remedium aduerſus uenenum ſolitū ſumere:adeo ut quū nōnunq̄ ſumeret uenenū inter epulas: nulla ex pte lederetur.Immo & eiuſdem generis remedio nomen dedit:ut appelletur mithridaticū.¶ Ter uicti.Naꝫ

Antidoti compoſitio

Mithridaticum

prio superatus est a Sylla:mox a Lucullo:deide a Pōpeio:nocturno ꝓlio lucente luna a tergo hostibus:a facie Romanis:qua extrema clade accepta:coactus est in regnū confugere:ubi ꝑ seditionem popularium:a pharnace filio in turre obsessus:uenenū sumpsit:qđ quū parum ꝓficeret ad mortem:qa ut diximus:aduersum ueuena multis añ medicaminib.corpus firmauerat:a milite gallo nomine Bitthocco:a quo:ut adiuuaret petierat:interfectus est.

Mendicant artes sic Roma coegit auara .vii.

T SPES ET RATIO studiorum in Cæsare tantum.
SOLVS ENIM tristes hac tempestate camœnas
Respexit:quum iam celebres:notique poetæ
Balneolum Gabiis:Romæ conducere furnos
Tentarent:nec fœdum alii:nec turpe putarent
Pręcones fieri, quum desertis Aganipes
Vallibus esuriens migraret in atria Clio.
Nam si pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur, ames nomen:uictumque machęrę.
Et uendas potius:commissa quod auctio uendit
Stantibus œnophorū:tripodes:armaria:cistas:

e T spes:Hac satyra Teleunum poetā sui tēporis alloquitur:cōqueriturq; poetarū:cæterorūq; scriptoꝝ labores ianes esse:sicq; sui tēporis auaritiā exagitat:solā autē spē in Traiano principe ostendit:quē hoc principio astute laudat:& extollit:ut subtiliter eū incendat in omniū scriptoꝝ fauorem:liberalis enim ut scri.Eutropius in cunctos fuit publice priuatimq; ditās omnes & honoribus augens ob suā i omnes bonitatem per orbē terraꝝ deo proximus nihil ñ uenerationis meruit:& uiuus:& mortuus.De quo Pli.in panegyrico sic ait.Quid uitam?quid mores:iuuentutis:q̄ principaliter formā?quē honorē dicendi magistris:quam dignitatem sapiæ doctoribus hēs?ut sub te ipūm & sanguinē & patriā receperint studia:que prioꝝ tpoꝝ īmāitas.exiliis puniebat:quū sibi uiciorū omniū cōscius princeps inimicas uiciis artes non odio magisquā reuerētia relegaret.At tu easdem artes in complexu oculis auribus hēs:prestas.n.q̄cunq; precipiūt:tantūq; eas diligis:quātū ab illis probaris.Vñ illi nullo modo sunt audiendi:q de Dōitiano ītelligunt.Quo modo enim ulla erat spes poetis hñda in Domitiano:quum is Iuue.Saty.suas scribente extinctus esset:ut in principio opis docuimus?Essetq; bonorum artiū:ut taxauit Pli.inimicus:quas etiam non odio magisquā reuerentia relegaret? ¶ Respexit quū iā:imperaror solus inquit nostris tēporibus respexit poetas & reliquos scriptores a cæteris ciuib. neglectos:quum iam ob egestatem cogitarent:& in urbe & extra urbem uilissima quæque subire ministeria ad uitā suam substinendam.¶ Respexit.i.fauit:nam eos respicere dicimur:quibus fauemus Terē.Respice me in secundis rebus tuis quasi dicat & mihi faue & adiuua.Idem nam Hercle alius nemo respicit nos.¶ Balneolum:unde uictum consequerentur.¶ Gabiis:oppidum est in uia pre

Præco nestina centum stadiis distans ab urbe:autor Stra.¶ Furnos:ut panem alienum coquerent:eoque modo questum facerent.¶ Tentarent:iam consilium caperent.¶ Præcones:preconem appellamus non modo:qui clara uoce ad populum edicta magistratuum pronunciat:ut Tranquil.in Nerone peregrinatōe quidem græciæ eleusinis sacris:quorū initiatione ipii ac scelerati uoce preconis summouerentur:interesse non ausus est:sed etiam qui rerū precia ī publicis uenditionibus pronunciat Apu.lib.viii.ad mercatum producimur magnaque uoce preconis precia singulis nunciantes equi:atque Alii Asini opulentis emptoribus prestinantur:& Mar.lib.i.Vēderet excultos colles:quū preco facetus.¶ Quum mi.Ordo est respexit:quum clio esuriēs migraret in atria.i.quum iam poetæ ob ægestatē relictis propemodū musis:in ædes nobiliū migrarent:quasi illis famulaturi.unde in sequētibus.Quem colis & musarum & Apollinis æde relicta.Mar.iisdem pene uerbis in miseriam poetarum sui temporis sic inquit lib.iii.Atria magna colā uix tres aut q̄tuor ista.Res aluit:pallet cætera turba fame.¶ Clio esu.ipse poeta extrēa fame laborās:& mendicus.Clio una ex musis:nouem fuisse ostendit Diodo.que bacchum sequebantur.¶ Desertis ual.i.relictis musis:& carminibus suis:que dicuntur pangere in solitudinibus:& musis consecratis.¶ Aganippes:fons est in Boetia:Ouid.in me.Hiantea Aganippe.¶ Nam si pi.sensus est.Si ex studiis & carminibus eius nullā mercedē cōsequeris suadeo tibi fias preco:qualis fuit machæra:ut accipias hoc loco machæram nō pro ense sed pro proprio nomine

quadrās preconis.Sequentia enim de precone dicūtur.¶ Quadrans:dicitur quarta pars assis.i.unciæ tres de quo in prima saty.pluscula diximus illic:sed gillo deuncē.Quadrans itē genus fuit nūmi modici precii:ut hoc loco.Ora.dū tu q̄drante lauatū Rex ibis.Mar.Inuitas centū quadrantibus:& bene cœnas. In ar.pi.in musis & carminibus tuis:nā pierides musæ dicūtur a pieria rupe macedoniæ:de quibus sic Strabo in .ix. Eos qui Helicona:& pieriā:& Libertū:& pimphan eiusdem musis consecrarunt Thraces extitisse:pieres autē uocabantur:quibus extinctis loca hæc macedones nunc possident. Cōmissa q̄ au.potest sic exponi uendas potius cōmissa.i.tradita ad uendendū:& quod auctio uendit:ut subaudias extrinsecus ut aut sic:& uendas potius:quod auctio commissa.s.ꝓcomi uendit stantibus.s. Oenophorū:&c.auctio.n.rerū preconi cōmittitur.Ille autē dicitur auctionem facere:qui res aut suas:aut alienas publice uendit.Plau.in Sticho:hunc auctionem facere decretū est mihi foras necesse est quicquid habeo uendere:aut quod idest quam rem.i.que cōmissa uendit auctio.Dicitur autem auctio ipsa uenditio:que publicitus fit ab augen-

Auctio do q̄ reꝝ ꝓcia augeantur ab emptoribus:seu uenditoribus. Oenophorum:uas uiarium. οινοσ uinum φερο porto. Armaria:utrum librorum repositoria.i.bibliothecas.Vlpianus de legatis:Bibliotheca legata utrum armariū solum:uel armaria continebantur:an uero libri quoque contineantur queritur:an promptuaria armaria. Tripodes:mensas hoc loco quæ tribus pedibus sustētantur:alias tripodes capiuntur pro uasis Aeneis:ad aquas calefacien

Alcyonen Bacchi:thebas:& terea Fausti.
Hoc satius:quam si dicas sub iudice uidi:
Quod non uidisti, faciant equites asiani
Quanquā & cappadoces faciāt:eqtesq; bithyni:
Altera quos nudo traducit gallia talo,
Nemo tamen studiis indignum ferre laborem
Cogetur post hac:nectit quicunq; canoris
Eloquium uocale modis:laurūq; momordit.
Hoc agite o iuuenes:circunspicit:& stimulat uos:
Materiāque sibi ducis indulgētia quęrit:
Si qua aliunde putas rerū expectanda tuarum
Præsidia:atque ideo crocee membrana tabellæ
Impletur, lignorum aliquid posce ocius:& quæ
Componis:dona ueneris thelesine marito:
Aut claude:& positos tinea pertunde libellos.
Frāge miser calamos:uigilataque prælia dele:
Qui facis in parua sublimia carmina cælla.

das. De qbus Home.li.viii.Iliados sic scri. Recensebo primū septē tripodas nouos nunq̄ igni admotos:cum uiginti lebetibus:& ipsi nouis:ac titulo fulgore radiantibus. Tripodibus uiri fortes apud græcos donari solebant. Vnde Hora. Donarē tripodas p̄mia fortiū græcorum. Vnde & Agamenon Achilli dono misit:& septē tripodas pondere & arte pares. Vbi expones septē uasa Aenea aquaria ad calefaciendā aquā. ¶ Alynoen bacchi.i.tragœdiam scriptam de Alcynoe a Baccho poeta tragico:q̄ una ex pleiadibus ex neptunno peperit Ireū patrem Orionis:ut scri. Higinus:a quo Irea oppidum agri Thebā. alii Alcyonē legunt.i.tragœdiā de alcyone:q̄ quum Ceicis mariti sui cadauer ad littus eiectum uidisset: ī mare se deiecit q̄ ab Amphytrite ī aues cōuersi ī mari p eos dies: ut Pli.& Oui.scribūt:placido fœticant:faciunt āt septē añ Brumā diebus nidos: & totidē seq̄ntib. pariūt:q dies uocant Alcyōides. Ea auis alio noīe appellat Alcedo:de q̄ sic Plau.in pœnu. Iā hercle tu perilli:nisi illā mihi tā tranqllā facis: q̄ mare ē olī quū ibi Alcedo pullos educit suos. ¶ Thebas & therea fausti.i.fabulas de thebis & laio: quē ut scribūt Diodo. & Papinius filius Oedipus interemit mox ducta uxore matre iocasta:gnatus & cōscius flagitii p̄petrati:seipsum oculis priuauit:nati ex eo etheocles & polynices p summā discordiā mutuis se uulneribus cōfoderūt. De his fabula scripta erat siue tragœdia a poetis: precipue a fausto poeta sui tpis. ¶ Terea.i.tragœdiā de Tereo marito p̄gnes: cui ipsa p̄gne ithim filiū epulādū apposuit in uindictā philomelæ sororis stupratæ:nota est fabula. ¶ Fausti:satyricæ aūt oñdit Baccū & faustū uiles fuisse poetas:utpote quoꝝ opa publica auctiōi uēderent tanq̄ uilia. ¶ Hoc satius: melius inq̄t ē illiberali hoc q̄stu uitā sustētare: quā testimonii religionē cōtēnere:q Asiani faciūt. Nā Ci.in oratōe p Flacco populis Asiæ fidē nō adbibēdā clamat:ut oñdat laudabilius eē uili ministerio uitā degere:quā p inhōestas & malas artes diuitias sibi cōparare. Ordo ē:hoc satius est:q̄ si dicas sub iudice.i.ī iudicio:& añ iudicē uidi:qd non uidisti. ¶ Eqtes asi.i.asiani:qui ciuitate donati ad eqstrē censum p malas artes puenerūt in urbe. ¶ Traducit:p̄bet ridēdos:quū nudo pede ambulēt. Mar. Desine si pudor ē miserā traducere caluā. [Traducere] In eadē significatōe ē & illud Iuue. in quo se traducebat.i.p̄bebat se ridēdū. Et illud: squallētes traducit auos. Prop. Nec si p totā īfamis traduceret urbē. Papinius ī syluis. Nēpe ego sum q traducor:& Mar.li.vi. Rideris:multoque magis traduceris afer Quam nudus medio si spaciere foro. ¶ Nudota.nudus pedibus aut ob pauptatē:aut qa mos sit patrius nudis pedib. īcedere:sed postea rōani traducti:ut dixi fiunt malis artibus locupletes. ¶ Cappadoces:Cappadocia) finitima ē Armeniæ orientē uersus ad austrū uero terminat cilio:q dicit taurus: [Cappadocia] ¶ Bithynii. Bithynā ab oriēte paphlagones & Mariādini & Epiteti ps termināt. A septentriōe mare ponticū:ab occidēte p̄pontis:ad austrū Mysia:& phrygia. [Bithynia] ¶ Altera gal.i.gallo græcia:alterā aūt appellat pp galliā:q̄ in occidēte ē hispaniæ & germaniæ cōtermina. Gallogræcia aūt & galatia dicta ē paphlagōib.cōtermina:eā tēuere galatæ: quoꝝ gētes tres sunt duæ Tragina & Tolistobogi a ducibus noīatæ. Tertia a gēte: q̄ ī celtica ē tectosagies. Trāsitus in asiā dux fuisse uidet Leonorius. Str. autor li.xii. ¶ Laborē indi.stu. Sensus ē:& si poetæ inquit iā destinauerāt ad ministeria:obsequiaq; seruilia descēdere oī destituti cōsequēdæ mercedis spe ex laborib.& studiis suis tñ cōfidāt:& bono sint aīo:nā oēs studiis suis dignā mercedē cōsequent:q mercedē studiis suis dignā nō cōseqt:is laborē indignū sustinet. ¶ Laurūq; mo. Imitatio ē Oratiana & Persii. Sæpe caput scaberet: & uiuos toderet ungues. Persi. Nec demorsos sapit ungues. Sæpe.n.poetæ ī faciēdo carmine talia solēt facere:lauꝝ āt iō dicit corrodi: q & lauro coronant:& ī cella plurimā habēt:utpote Apollini cōsecratā:ī cuius tutela sunt ipsi poetæ:ea & triūphātes coronabant. Oui.i.met. Arbor eris certe dixit mea sp hēbunt Te coma:te citharæ:te nostræ laure pharetræ Tu ducibus lætis aderis quū leta triūphū Vox canet:& lōgas uisent capitolia pōpas &c. ¶ Hoc agi.s.ut aliqd scribatis: nā tāta pricipis liberalitas quid aliud sibi q̄rit:quā ut materiā aliq̄ ut scribēdum capiatis. ¶ Quærit.q.d.prouocat uos:& inuitat ut materiā ad scribēdū capiatis. ¶ Aliunde: imensam sui tpis auaritiā taxat totaq; hic ē poetæ indignatio. Est.n.sensus potes ocius tua carmina cōburere si aliūde tibi q̄ ab Traiano aliqd sperandū putaueris. ¶ Tabellæ cro.hoc ē q̄ tabellis cedrinis coarctat. Nā tabellæ ex cedro libris adhibebant quod cœdrus autorib. Theophrasto:Victruuio & Pli.æternū duret. Itaq; & simulachra deoꝝ ex ea factitauerunt. Ora. Speramus carmīa fingi. Posse linēda cedro & leui seruanda cupsso.& Mar.li.v. Nunq̄ grādia nec molesta poscit. Quæ cedro decorata purpuraque. Nigris pagina creuit umbilicis. ¶ Tinea.uermis ē:q uestes & chartas corrodit maxīe. Pli.li.xi.ca.xxxiiii. [Tinea] ait in lanis & ueste puluerē creare tineas. Easdē ēt docet li.xvi.rodere & ligna:terrestresq; tantū eē. Teredines uero [Teredo] grauissimo ad portionē capite rodere dētibus sentirique tantū ī mari:nec aliā teredinē proprie dici. ¶ Pertūde sermo in cōpendiū redactus.i.sine libros sic recōditos tinea potius pforari:& absumi:quā ut mittas ad aliquē :uū

nulla sit tibi spes. ¶ Hæderis: hædera poetæ coronabant. Virg. Pastores hædera crescētē ornate poetā. De hac lege & Pli. ¶ Imagine macra. Nā nō solū poetis: sed & fere oibus: q aliqd' egregiū facinus edidissent: statuæ ab antiquis erigebant. Hocq; a carthaginē sib. manauit: q primi oium Harmodio: & Aristogitoni tyrānicidis publice posuerūt statuas: eo anno: quo Tarquinius expulsus fuit regno. Excepta deinde ē res: autore Pli. ab toto orbe terrarum humanissima ambitõe: uñ & poetis imagines nō solū publicitus: sed & priuatim a studiosis ponebant. Vñ & Martia. ad Auitū statuā ubi ponentē edit carmē subscribēdū: Hoc tibi sub nostra breue carmē imagine uiuat. Quā nō obscuris iungis auite uiris. L. Actius poeta i æde camenaꝝ: ut scribit Pli. li. xxxiiii. maxīa forma statuā sibi ꝓposuit: quū is breuiculus eēt. Statuā item Carthaginēses Apuleio: ut ipse testat' i. iii. floridorū posuerunt. ¶ Macra. i. pallēte: nā poetæ ex nimio studio pallore cõficiunt. ¶ Auē iunonis periphrasis est pauonis. Nā quū argus Iunonis pastor: quē cētū oculos habuisse. Ouid. refert a mercurio īterfectus fuisse: abscisso capite: argi oculos i cauda pauonis Iuno collocauit: eāq; auē i suā tutelā esse uoluit. ¶ Sed defluit ætas. i. iuuētus ipsa: q laboribus & bellicis: & maritimis: agricolationiq; sufficere potuit. ¶ Suā terpsichoren. i. carmīa sua. Nā Terpsichore una est musaꝝ dicta qd' choros oblectet. τέρπω. n. χορ. delectationem significat. ¶ Tunc se odit: poeta ingt quū ad senectutē peruenit oi ætate in cõponendis carminibus iam attrita seipsum odit: & studia dānat sua. ¶ Accipe nunc artes: accipe ingt nūc astutias diuitis rōani: quē ut cliens quottidie relicta æde: & musarū & Apollinis sequens & colis: non sine spe mercedis cõsequēdæ ex carmine tuo reliqs n. comertiū musaꝝ & poetarum: q in ædē musarū: autoꝛ Porphyriõe: cõueniebāt: ut disputarēt recitarētq; sua carmina: uñ Orati. in saty. Hæc ego ludo: Quæ neq; in æde soneut certātia iudice Tarpa: & huic soli carmine tuo studes placere: sed neqd tibi conferat. i. neqd tibi ꝑmii det: ipse facit uersus. i. se quoq; poetā esse oñdit ꝑstantissimū: hoc aūt astute facit: quasi non cõueniat poete poetā largiri. Nā multi carmina ꝑ carminibus: & libellos ꝑ libellis mittebāt uñ Papinius i hendecasyllabo ad Grippū cauillādo ipsum sic ingt. Est sane iocus iste: qd' libellū misisti mihi Grippe ꝑ libello. ¶ Quē colis. Nā poetæ primarios colebāt: seq; eoꝝ comites ꝑbebant. Ora. Brutū coluit adolescens: sub quo tribunus militū ciuili bello militauit. Ouid. in ponto ad maximū scribens ostēdit: eū cultū fuisse a Celso. Nā tua nō alia coluit penetralia ritu. Terraꝝ dominos q̄ colis ipse deos. ¶ Musaꝝ & Apollinis. Templum apollinis palatini excitauit Augustus: in cuius aditu porticus erat cum bibliotheca librorum tam latinorum quā græcorum: autor Tranquil. ¶ Musarum: templum musarū romæ extruxit: autore Tranquil in Augusto: Martius Philippus ubi: ut diximus ex sñia Porphyrionis poetæ opera sua recitabant. ¶ Atq; uni cædit homero: hoc dictum ex psona ipsius diuitis: q hõero tantum se putat cedere: nec cuiquā alii. ¶ Propter mille annos: ꝑ uetustatem. Nam multi: quod extreme est dementiæ: in libris tantum uetustatem: & non meritum considerare cõsueuerunt: unde ab Oratio dānant' sic. Si ueteres ita mirat' laudatque poetas: Vt nihil illis cõparet: errat. ¶ Maculonus: si forte inquit motus dulcedine gloriæ: aut famæ aliquid cupias recitare: hoc tantum beneficio te prosequitur diues: ut tibi domum suam cõmodet ubi recites: aliud autem nihil dat: nam nobiliores ædes suas poetis opera sua recitaturis cõmodabant: ut in prima saty. diximus illic. Frontonis Platani. Inter cõmodatum aūt: & mutuo datum nō nihil distare docet Agrætius sic. Cõmodamus amico pro tēpore equum seruum uestē hanc ipsam rem: quā dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniā triticū uinum: & his similia: que mutuo data recipere necesse non est. ¶ Longe ferrata. i. ualde ferrata: hinc rōanorum potentiam pariter: & superbiam ostendit poeta: qui ianuas haberent ferratas istar portarum urbis: quibus uenientes non minore cura excipiebant': q̄ solent excipi intra portas urbis tpe belli. Prisci. ut scri. Pli. li. xxxiiii. limina & ualuas in tēplis ex ære factitauere. Vñ illud est apud Virg. in prio æneidos. Aerea cui gradibus surgebant limina: nexæq;: ære trabes foribus cardo stridebat ahenis. Verum ēt priuata opulētia eo mō usurpata est. Camillo. n. crimini: obiecit Sp. Caruilius questor: q ærata hostia hēret in domo. ¶ Ianua: inter portā & ianuam hoc interest: q ianua proprie ē priuatorū: porta uero publica: ut urbis plerūq; tñ cõfundunt'. ¶ Scit dare libertos: qui recitanti applaudant. ¶ Sedentes in extrema parte. s. theatri. Nā ex arte in theatro collocabantur: qui applauderent: unde Nero autore Tranquil. plures ex alexandria euocauit & adolescentulos equestris ordinis: & quinq; amplius milia e plebe robustissimæ iuuentutis undiq; elegit: qui diuisi plausuum genera cõdiscerent. ¶ Ordinis: subselliorum. ¶ Nemo dabit regum. Ordo est & sensus: nemo regum dabit tibi: quantum constant subsellia: quæ conduxisti: ut sedeant in auditorio: cuius consuetudinis meminit Corne. Tacitus in li. de claris oratoribus loquens de poetis sic. Nam & domum mutuatur: & auditorium extruit: & subsellia conducit: & libellos dispergit.

Vt dignus uenias hæderis: & imagine macra.
Spes nulla ulterior: didicit nam diues auarus
Tantum admirari: tantum laudare disertos:
Vt pueri iunonis auem. sed defluit ætas
Et pelagi patiens: & cassidis: atq; ligonis.
Tædia tunc subeunt animos: tunc seq; suamq;
Terpsichoren odit facunda: & nuda senectus.
Accipe nunc artes: ne quid tibi conferat iste:
Quē colis: & musarū: & apollinis æde relicta.
Ipse facit uersus: atque uni cædit homero
Propter mille annos. at si dulcedine famæ
Succensus recites. Maculonus cõmodat ædes:
Ac longæ ferrata domus seruire iubetur.
In qua sollicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis: & magnas comitum disponere uoces:
Nemo dabit regum: quanti subsellia constent:

Statuarũ ...gēda ...origo

Argus

Terpsichore

Tēplũ musarũ

Cõmodare Mutuarĩ

Ianua Porta

¶ Et q̃ cõducto. Ordo est a supiore. s. nemo dabit quanti constent anabathra tigillo cõducto, i. lignis conductis a
te poeta. i. ¶ Anabathra. i. gradius: uel scalæ αναβαινω ascendo. nam gradus struebantur ad pulpita ascendenda. Anaba-
¶ Orchestra: sic etiam subaudi nemo dabit quanti constet orchestra: que posita est cathedris reportandis. Orche tra
stra locus erat in theatro: ubi honoratiores sedebant. Vnde alibi añ. Similemq; uidebis. Orchestram & populum. Orche-
Tradit Victruuius libro quinto. Scænicos artifices per orchestram suas pstare actiones ορχεομαι. n. significat sal stra
to: unde & ορχηστης saltator ορχηστια saltatrix & ορχηστρα. i. orchestra. Tran. in Cæ. Decius Laberius

Et quę conducto pendent anabathra tigillo:
Quęq; reportandis posita est orchestra cathedris:
Nos tamen hoc agimus: tenuiq; in puluere sulcos
Ducimus: & littus tenui uersamus aratro,
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali: tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes: & ęgro in corde senescit.
Sed uatem egregium: cui non sit publica uena:
Qui nihil expositum soleat deducere: nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta;
Hunc qualem nequeo monstrare: & sentio tantũ,
Anxietate carens animus facit: omnis acerbi
Impatiens: cupidus syluarum: aptusq; bibendis
Fontibus aonidum: neque enim cãtare sub antro
Pierio: thyrsumue potest contingere sana

eques romanus mimum suum egit. Donatusq; ẽ
quingentis sestertiis: & annulo aureo: sestum in
quattuordecĩ i scæna per orchestram trãsit. ¶ Ca
thedris reportandis: nam sedilia illic nõ erant p-
petua: sicut in theatro: sed temporaria: que a poe
ta: recitatis carminibus: soluebantur: ad dominos
que reportabantur. ¶ Nos tamen hoc agimus: &
si nullum ex nostris laboribus emolumentum cõ-
segmur: tamen hoc agimus: ut carmina scribamus
& recitemus. ¶ Tenuique in puluere sulcos. Du-
cimus. Metaphora sumpta ab iis: qui sterilẽ agrũ
colunt: iuxta illud Ouidii: Quid semina man-
das harenæ. Non profecturis littora bobus aras.
¶ In tenui puluere: inter ciues auaros: & steriles:
qui nihil dant. ¶ Versamus littus: multũ scriben
do defatigamur. ¶ Aratro tenui. i. stilo: & labore
nostro tenui: & sterili: ex quo nullus est fructus la
boris nostri. ¶ Nam discedas: si uelis discedere:
ne scribas: non potes: dulcedine. n. gloriæ teneris
que te ueluti pedicis apprehendit. ¶ Cacoethes Cacoe-
metaphoricos inueteratã scribendi libidinem ca thes
coethes quoddam appellat insanabile. Est enim
uicium corpori obnoxium curatiõe difficile: parũ
absimile a carcinomate: de quo Corne. Celsus li.
v. capi. de carcinomate sic. Nãq; pessimum id genus est: fereq; id primum fit: quod cacoethes a græcis dicitur: dei
de ex eo id carcinoma: quod sine ulcere est. Ergo cacoethes insanabile scribendi: idest inueterata illa scribendi libi
do que non minus animum scribentium obsidet: & angit: q̃ cacoethes corpus. ¶ Insanabile: quod ex suo animo
nequeunt auellere ulla ratione: licet poeta insanabile dixerit Celsus tamen curationem his uerbis accipere docet.
Discedere autem cacoethes: q curationem recipit a carcinomate: quod non recipit: nemo scire potest: generis est
neutri: ut Hippomanes: nomina enim græca in es correptam desinentia generis sunt neutri: & ut uersus ratio stet:
tetrasyllabum scribendũ est subsequẽte &. ¶ Aegro: agitato cupidine gloriæ: ¶ Sed uatem egregium. Sensus hic
est: multi carmina quidem componunt poetæq; nominantur: & hac scribendi consuetudine tenentur. Sed excel-
lens & egregius poeta esse is non poterit: quem rei familiaris angustia præmat: cuius mens non careat anxietate.
Sicq; docet mentem poetæ omnibus curis uacuam esse oportere. Sapho. Proueniunt uacuæ carmina mentis opus.
Ordo est. Sed animus carens anxietate facit uatem egregium. ¶ Cui non sit publica uena idest ingenium uulgare
& rude: & cõmune cum aliis. ¶ Soleat deducere: scribere: tractum a mulieribus uentibus: q̃ pensa deducere dicũt. deducere
Nam deducere est lanam in fila trahere. Pli. loquens de Arneo: subitque pariter: ac fila deducit. Ouid. Ad mea per
petuum deducite tempora carmen. ¶ Nihil expositum: nihil cõe. nam quæ exponũtur cõia sunt: sed qđ sublime
sit: & quod alii ob sublimitatem attingere non potuerunt. ¶ Feriat: facit: metaphora sumpta ab his: q monetã fę
riunt. ¶ Triuiale: tenue: & uulgare: quale solẽt rustici in triuiis cãtare. Vir. non tu ĩ triuiis indocte solebas Stridẽti
miserũ stipula disperdere carmẽ. ¶ Moneta cõi: cõi nota: & stilo uulgatiore. Sic ẽt locutus ẽ Apule. in pría apolo.
Ea tamen noĩa labore meo & studio ita de græcis puenere: ut tamẽ latina mõeta pcussa sint. i. nota: & latino ser
mone. ¶ Aĩus ca. anxi. q pauptate non uexetur: ut sit sensus. Aĩus qui oĩbus curis uacuus est talẽ pstat poetã: qualẽ
nescio mõstrare: & sentio tantũ. q. d. oĩbus numeris perfectũ: & cõsumatum. ¶ Cupidus syluarũ. nam poetæ solitu-
dinem amãt: & secessus: ut ab oĩ strepitu: & rerũ actione semoti cõmodius scribant. Ora. Bona pars non ungues po
nere curat. Non barbam secreta petit loca: balnea uitat. Alibi. Scriptorum chorus oĩs amat nemus: & fugit urbem.
¶ Aptusq; bibẽdis fontibus. i. q a natura feratur ad carmẽ. nã poeticæ: ut sen. Democritus natura magis quam artẽ
cõstat: unde Ora. in arte poetica. Ingeniũ misera q fortunatius arte Credit. ¶ Aonidum musarũ: nã Aonia dicta Aonia
est Boetia ab Aonibus gentibus barbaris: que loca illa prius inhabitauere: ubi plurima antra loca: & fontes musis
sunt cõsecrati: autor Stra. ¶ Neq; n. cãtare sub antro: neq; n. inqt poeta põt: urgente paupertate: licet doctus sit:
cãtare carmina: hocq; mõ ostẽdit: oportere poetam reliquosq; scriptores oĩum curarũ esse expertes. ¶ Sub antro- Pieria
pierio: pieria ãt rupes est in macedonia (ut diximus) musis cõsecrata: unde ipsæ musæ dicuntur pierides. ¶ Thyrsum Pierides
contingere: furorẽ bacchicum concipere: nam eos solos esse ueros poetas sensit idem Democritus: qui ĩsaniunt: in
qua persuasione est Plato: in tutela enim bacchi sunt poetæ: nec sine afflatu quodam diuino consistere possunt.
Ora. Et excludit sanos helicone poetas Democritus: unde & Papinius in Lucani Genethliaco. Docto pectora cõ Thyrsus
citatus oestro: & infra. Et docti furor arduus Lucreti. Ad quod & Virgi. allusit. Insanire libet quoniam. Thyrsus

Promiſitq; diem:tanta dulcedine captos
Afficit ille animos:tantaque libidine uulgi
Auditur:ſed cum fregit ſubſellia uerſu,
Eſurit:intactam Paridi:niſi uendat Agauen.
Ille & militiæ multis largitur honorem.
Semeſtri uatum digitos circunligat auro.
Qđ non dát proceres, dabit hyſtrio,tu cameríos:
Et Bareas:tu nobilium magna atria curas.
Præfectos pelopea facit:philomela tribunos.
Haud tamen inuideas uati:quem pulpita paſcũt.

¶ Promiſitque diem : recitandi ſcilicet. ¶ Sed quum fregit: ſed profecto inquit fame conficitur:& ſi magna cum
laude & gloria carmen ſuum recitauit:niſi uendat Thebaida paridi pantomimo. ¶ Fregit:ita dictum quemad⸗
modum & illud.Et aſſiduo ruptæ lectore columnæ.¶ Subſellia:ſedilia:& ſcanna auditorii a poeta extructa:nam
ut pauloante diximus illic.Nemo dabit regum quanti ſubſellia conſtent.Et in prima Satyra. Frontonis platani :
auditoria a poetis apparabantur:extructis ſedilibus. ¶ Agauen : utrum tragœdiam de Agaue filia cadmi theba
rum conditoris:& matre penthei:que bacchabunda eum in celebratione ſacrorum liberi patris interemit:rata eũ
eſſe aprum. Vnde Oui.Ille mihi feriẽdus aper:
quum ab eo talia ſacrificia contẽnerentur.De ea
igitur potuit ſcribi fabula: que Agaue inſcribere
tur:per tragœdias igitur oſtendit poetas: p̃fectu
ras:& tribũatus promeruiſſe. Præfectos pelopea
facit:philomela tribunos: an qđ magis placet ip
ſum opus Thebanũ: in quo de pentheo & Aga
ue:meminit:ut referatur ad illud.Curritur ad uo
Põticus poeta cem iocũdam:& carmẽ amicæ Thebaidos.¶ In
tactam:expone quam adhuc non recitauerat:nõ
autem ab aliis non ſcriptam : nam ponticus poe
ta clarus carmine heroico ſcripſit Thebaũm bel
lum:de quo ita Propertius. Quum tibi cadmeæ
dicuntur pontice Thebe Armaque fraternæ tri⸗
ſtia militiæ:eiuſdem pontici meminit & Ouidi
us in triſtibus. Ponticus heroo Battus quoq; cla
rus iambis.Scripſerunt ergo & ponticus:& Statius bellum Thebanum:quod inter Etheoclem & polynicem fres
Paris Pã tomi. geſtum fuit tanto odio:ut mutuis uulneribus ſeſe confoderint. Vnde Statius in undecimo Thebaidos.Ite truces
aĩæ:funeſtaque tartara letho Pollute & cunctas herebi conſumite pœnas.¶ Paridi:hic eſt ille Paris pantomimus
de quo apud Mar.extat epitaphium.Quiſquis flaminiam teris uiator:Noli nobile p̃terire marmor. Vrbis deli
tiæ ſaleſque nili:Ars & gratia luſus & uoluptas:Romani decus & dolor theatri: Atque oẽs ueneres cupidineſq;
Hoc ſunt condita:quo paris ſepulchro.Eiuſdem ſic meminit Tranquillus in Domitiano.Deinde Dõitianus uxo
rem ſuam Domitiam ex qua in ſecundo conſulatu filium tulerat:alteroque anno conſalutauerat:ut auguſtã eãdẽ
Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit.De eo & poeta in precedẽti Satyra:paridem: ludoſque reliquit.
Fuit autem non modo Domitiano:ſed toti ciuitati gratiſſimus:a quo oſtendit poeta Statium ſalario fuiſſe ſuſten
tatum:quum in eius gratiam uideretur ſcribere:nec a diuitibus quicquam haberet:quod ſperaret:hocque totum ĩ
inuidiam tam principis:q̃ ciuium diuitum:quum principi chariores eſſent hiſtriones q̃ poetæ: diuiteſque tanta te
nerentur auaritia:ut non inueniretur:q præmis afficeret ſcriptores. Illud tamen obſeruãdum alium fuiſſe paridẽ
pantomimum occiſum a Nerone:quaſi grauem aduerſarium.¶ Ille & militiæ:quaſi aliquis dixerit : nunquid pa
ris poteſt tantum poætis præſtare.Immo etiam inquit poteſt honores largiri militares: ſicque imperatorem ſugil
lat qui pro meritis poetas non ornaret:ſed pluris hiſtrionem q̃ poetam faceret.¶ Semeſtri auro:hoc dicit multos
Seme⸗ ſtris etiam uates ad equeſtrem dignitatem prouehi per paridem.Semeſtre autem aur̃ intelligimus ipſum annulum :
quo equites aureo uterentur:ut ſit periphraſis annuli:hoc eſt formæ rotũdæ.Nam ſemeſtris non ſolum ſex mẽſiũ
dicitur:ſed medii etiam menſis: unde Lunam Semeſtrem dicimus:quum ad medium peruenit menſem & rotun
da eſt.Sic ſenſus eſt manifeſtus poæte.Apuleius in ultimo de aſino aureo ſic.Stellarumque media ſemeſtris luna flã
meos ſpirabat ignes.Luna ergo ſemeſtris:hoc eſt rotũda:qua ſimilitudine poeta appellauit aur̃ ſemeſtre:hoc eſt
rotundum:ac per hoc annulum ipſum:quaſi qui ferat ſimilitudinem lunæ ſemeſtris:in qua opiniõe eſt & Probus.
Alii per aur̃ ſemeſtre exponunt tribunitiam dignitatem:quod tribuni annulum geſtarẽt: ut oñdit Plinius libro
trigeſimotertio & Pli.eius nepos in epiſtolis pro caluiſio ſic.Nũc rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem : & ſibi
auũculo ſuo facias.¶ Qđ non.Hiſtrio inq̃t dabit poetis qđ diuites per auaritiam:non dãt: ſicque auaritiam ſui
tp̃is ſugillat:docetque diuites:ut Camerinos:& Bareas non eſſe colẽdos:qñ ab eis nihil ſit ſperandum: nã mľti
poetæ:ut dcm̃ eſt ante:nobiles ſequebãtur ut ab eis præmium aliquod acciperent ex carminibus ſuis.Accipe nũc
artes:neq́ tibi conferat iſte:Quem colis & muſarum & apollinis æde relicta.¶ Tu camerinos. Per camerinos:
& Bareas intelligit nobiles & potentes.Tu inquit ſequeris:& colis nobiles:ſed falleris:nihil enim tibi dãt : ſolus
paris hiſtrio ob opera tua ei dicata te perfectum:& tribunum facit.Non tamen dicit hoc:q̃ Statius unquã ſcripſe
rit tragœdias:ſed ut oñdat poetas per fabulas ſuas aliq̃ñ ad dignitates p̃uehi:ſed tñ illis non eſſe inuidendũ:quo
rum uita ex arte muſica tm̃ pendeat.¶ Pelopea: ideſt tragœdia de Pelopea filia Thieſtæ:cum qua ipſe pr̃ concu
buerat:ex qua natus eſt Aegyſthus:qui agamẽnona:& Atreum interemit.¶ Philomela:tragœdia de Philomela
& Progne ſororibus:quæ itim Tereo patri epulandum appoſuerunt.¶ Haud tñ inuideas : licet inq̃t ex carmine
ſuo poetæ præmia accipiant ex publico:tñ inuidendum non eſt illis.quum aliũde nihil cõſequantur : nec peculia
re habeant patrimonium.¶ Quem pulpita paſcunt:quem paſcunt opera recitata in ſcænis:ex publico enim p̃⸗
mia accipiebant:quum placebãt populo:q̃bus alebantur. Vnde Teren.ex eunucho ſua quum eſſet rurſus uẽdita:
& ageretur iter̃ pro noua:precium accepit octo milium ſeſtertium:ut inuat poeta Miſerum eſſe : uitam ſcripto
Cameri ni rum pẽdere ex incerto euentu ſcænæ.¶ Camerini originem habuerunt a Camerino Sulpitio:qui miſſus fuit una
cum.Sp.Poſthumo albo.Aulo Manilio athenas : ut inde inclytas leges Solonis acciperent : & aliarum ciuitatum
inſtituta : & iura : moreſque noſcerent. De Barea ſarano dictum eſt in tertia Satyra illic: ſtoicus occidit Baream.

¶ Quis tibi Mecœnas:poeta℞ studiosissimũ fuisse Mecœnatem:notius quidẽ est q̃ uã ut hoc loco oporteat indicari.Ora.O & presidium & dulce decus meũ.Marti.Ocia da nobis:sed qualia fecerat olim Mecœnas Flacco: Vergilioque suo:ergo inquit Iu.quem inuenies:quum aliquid scripseris Mecœnatem.i.tã munificũ in poetas quã fuit Mecœnas? ¶ Proculeius:eques fuit Rõanus:ut scri.Porphy.Augusti apprime familiaris:in fratres sućs Scipionẽ & Murenam adeo liberalis:ut bona sua cum iis æquis partibus diuiserit:quum bello ciuili spoliati fuissent. Ora. Viuet extento proculeius æuo:Notus in fratres animi paterni.De proculeio meminit & Plutar.in Antonio. Proculeius

Quis tibi mecœnas: quis nũc erit aut Proculeius?
Aut fabius? quis cotta iterum? quis lentulus alter?
Tunc par ingenio precium:tunc utile multis
Pallere:& uinum toto nescire decembri.
Vester porro labor fœcundior historiarum
Scriptores:petit hic plus temporis:atq; olei plus.
Namq; oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus:& crescit multa damnosa papyro.
Sic ingens rerum numerus iubet:atq; operum lex.
Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit historico:quantum daret acta legenti?
Sed genus ignauũ: quod tecto gaudet:& umbra.
Dic igitur quid causidicis ciuilia prestent
Officia? & magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant:sed tunc cum creditor audit
Precipue:uel si tetigit latus acrior illo
Qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen:

¶ Fabius:forte intelligit de Fabio illo: ad quem Ouid. exulans scri.quatuor Epistolas in libro de ponto:tanquã ad eũ:qui scriptorum esset amicus & liberalis:unde est illud ipsius Oui. Dignus es argento fuluo quoque dignior auro. Sed te quũ donas ista iuuare solent. Non de fabio maximo qui uendito fundo suo : ab Hannibale captiuos Romanos redemit. ¶ Cotta: cottam bonum uirum fuisse ostendit superius. Quæ piso bonus q̃ cotta solebat Largiri: Ad cottam scribit Oui. in ponto ter:quem amicum sibi esse ostendit. ¶ Tunc par:tẽpore mecœnatis:& proculei:& cetero℞:qui iisdẽ ferre fuere tẽporibus munifici & liberales merces dabatur æque ingeniis scribentium. ¶ Nescire uinũ to.decẽbri:hoc dicit ꝓpter saturnalia:que mense decẽbri celebrabantur. Papinius. Et multo grauidus mero decẽber. Sensus igitur est:multis fuisse utile uino abstinuisse:quo tempore maxime alii uino indulgebant hoc totis saturnalibus que per q̃nque:ut cõior ẽ opinio dies celebrabantur. Mar. Omnia misisti mihi saturnalibus umber. Munera contulerant que tibi q̃nque dies. De saturnalibus lege Macrobiũ prĩo Saturnaliũ & Gelium. ¶ Vester porro labor:sensus est.uos aũt:q historias scribitis plus etiam tẽporis consumitis quã poetæ : plus etiam laboris sustinetis ẽt cum impensa olei: & iactura papiri. Sed q̃ tũ inde est merces.q.d.nulla. Ordo aũt est. O scriptores historia℞. ¶ Fœcũdior: huberior : & maior. ¶ Plus olei:maiorem lucubrationem:alludit ad prouerbiũ illud:qđ apud ueteres erat frequens in eos:q longo puigilio aliqd frustra lucubrassent. Cuius Cicero libro.vii.epistola℞ sic meminit Pompeius se profitetur & oleum & operã perdidisse. Plau.in penulo. Tũ pol ego & oleũ & operã perdidi. ¶ Pagina:in libris dr̃ a pangendo.i.fingẽdo : qđ in ea uersus pandant̃.unde & plante dicũtur pangi. Suetonius in Galba. Pãgi malũ placuisset. Pli.li.xvi. ca.xxvii. Nascẽti & depacto surculo natura incuriosius semen dedit. ¶ Millesima:numerosa. ¶ Oblita modi:q̃si finem nõ inuenies:quale est opus Titi Liuii:qđ centũ & q̃draginta uoluminib.absolnit̃. ¶ Ope℞ lex : ut nihil:scilicet de historia omittat̃:neq; enim oportet historicũ:quemadmodũ faciũt poetæ uno aut altero uerbo rem tetigisse sed plene omnia narrasse. ¶ Papyro:ex Papyro:q̃ herba nascit̃ in palustrib.ægypti:aut q̃escentib. nili aq̃s preparant̃ chartæ diuisæ acu in ꝑtenues:sed quam latissimas phyliras:ex ea ẽt nauigia texũt:& e libro uela:tegetesq; necnõ & uestem:& stragula:ac funes. ¶ Quæ tñ inde seges? q̃ utilitas tibi est? metaphora est ab agris. ¶ Terræ apertæ historiæ diligenter explicatæ. ¶ Quis dabit hist.historicus non tantũ emolumenti ex laboribus suis consequtur: quãtum scribæ & actuario legenti acta publica dat̃. ¶ Legẽti acta:idest scribe : siue actuario q uerba: siue legis:siue acto℞ senatus ꝑconi subiiceret:ut ab eo clare enũciarẽtur. Ergo actuarii uidẽtur dici:q acta: actionesq; discriberẽt. Eaque descripta recitarẽt. De q̃bus sic Tran.in Cæsare. Orationem non imerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsequentibus uerba dicẽtis:quã ab ipso editam. Ergo q acta:siue ꝑuata : siue publica describerẽt:actuarii sunt dicti. Acta dicũtur quecũque publicis monumẽtis mandantur. Vnde iu secũda Satyra. Cupiẽt & in acta referri:ubi de uocabulo multa diximus pluraq; dicemus in nona Saty. illic. Et libris acto℞ spargere gaudes. ¶ Sed genus ignauum obiectio ẽ non eẽ mi℞ si historicis nullum sit emolumẽtum quum in umbra semper uersent̃:qđ est ociosorum:& mollium. Vnde Ora. Poscimur si qđ uacui sub umbra Lusimus tecum. Et idẽ in epistolis. Somno gaudẽtis:& umbra. ¶ Dic igit̃. Oñdit hac interrogatõe neque causidicos:q se longe aĩr in forẽsib.actionib.exercẽt:multũ lucrari. ¶ Officia ciuilia:actões causa℞ ciuilium. ¶ Præstẽt:qđ lucri afferãt. ¶ Libelli comites:quos secum in forum deferunt. ¶ Ipsi.s.causidici. ¶ Magna sonant:magno agunt strepitu & clamore: ut uideantur clientum suorum acerrimi defensores. ¶ Sed tunc quum creditor audit. Sensus est:causidicus tunc inquit magna sonat:quum creditor eum agentem audit:& præcipue inquit magna sonat:si debitor latus eius tetigit:tanquam qui eum magis urgeat ad dicendum:utpote qui neget credita: sic que ostẽdit poeta dictis magis ab debitoribus quam creditoribus causidicum urgeri. ¶ Acrior illo.s.creditore. ¶ Qui.s.debitor. ¶ Venit ad nomen dubium. idest ad ambiguum debitum refellendum quod incertum est & dubium quum ipse neget. Nam nomen pro debitore ponitur & sæpe pro debito. Cicero in Oratione pro Roscio. Non refert parua nomina in

Pagina

Papyrus

Actuarius

Acta

Nomẽ

codices. Immo oīs sūmas. Idem in epistola ad Atticum. Perfeci inquit ut salaminii totū nomen persoluerent. idest debitum. Plau. in cistella. Nnnc quod reliquum restat: uolo persoluere: ut expugnatur nomen: nequid debeā: idest ut debitum deleatur pro debitore: sic Oratius. Nomina sectatur: modo sumpta ueste uirili Sub patribus duris tyronum fœnerator Alphius. ¶ Cum codice: utrum legum: an accepti: & expensi. Tunc inquam caui folles spirant mendacia: quum creditor audit: ut a superiore dependeat: sicque causidicos taxat: qui lucri cupiditate falsas agunt causas: in quibus effundunt magnas offas mendaciorum. ¶ Folles metaphoricos: idest ora ipsorum causidicorum ¶ Verā messem: uerum laboris emolumentum.

Tunc immensa caui spirant mendacia folles:
Conspuiturque sinus. ueram deprendere messem
Si libet, hinc centum patrimonia causidicorum:
Parte alia solum Russati pone lacertæ.
Consedere duces: surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate: bubulco

Sensus est. Si uoles tamen causidicorum etiā: qui negociū agunt: lucrum & diuitias considerare inuenies solū patrimoniū Russati lacertæ: plus ualere: quā patrimonia centū causidicoꝝ: sicq; ostēdit longe maius esse lucrū in militia uersantiū: quā litteratoꝝ: & hoc quidē culpa tēpoꝝ: quib. auaritia cunctis in rebus dānatur: ut bene conueniat solū patrimonium: & non solū rus: precessit enī centū patrimonia: & non centū rura: cōparat enī patrimonium patrimonio: ut nullo modo legendū sit rus sati: ut capias satum pro proprio nomine: sed Russati unica dictione. ¶ Solū scilicet patrimonisi & unicum. ¶ Russati lacertæ: lacerta nomen militis fictum a poeta.

Russati Milites

Nā milites romani usi sunt in prelio uestibus russatis: quos græci phœniceas: nos uero coccinas appellamus. sumpta a lacedæmoniis consuetudine: qui autore Vale. tali genere uestium usi sunt: ut coloris similitudine uulnerū suoꝝ cruorē occultarent: ne hostibus aliquid fiduciæ afferrēt: si fuissent uulnerati. De colore russato meminit Serui. lib. viii. ubi exponit pilenta. Erant inquit tunc ueneti coloris non ut nunc russati; quibus nisi caste utebantur. Romæ etiā & preneste ut scri. hermolaus in. vii. li. annotationum Pli. lapidum monumenta cōprobāt: in quibus sæpe est inuenici russatos. Purpureis ēt uestibus usos esse in prelio ostendit Plutar. in Eumene sic. Instructa igitur acie incedentibus: ut primū auratis in armis ad solē splendor enituit: ac beluæ cū turribus: & purpureæ uestes inspecte sunt. (Is enī uadentibus in preliū ornatus est) primi iter cum clamore sistunt. Treuellus itē polio in uita diui claudii. De nostro ærario priuato dabis huic salariū. Tunicas russas militares annuas. Sago clamydes annuas duas. Flauius uopiscus itē in Aureliano. Cape igitur tibi pro rebus gestis tunicas ducales russas quattuor: ¶ Consedere duces: sumptū est ex li. xiii. met. Oui. Consedere duces: & uulgi stante corona: igitur ostendit poeta causidicoꝝ labores omnino graues esse: quos non sine magna anxietate exantlant in agendis causis: sed eoꝝ premia perexigua. ¶ Consedere duces: idest iudicibus sedentibus: tu oras. ¶ Aiax pallidus. idest tu causidice non minus palles: quum ad alienam causam tuendam surgis quam palluit Aiax in causa sua agenda: ubi sedentibus græcorum ducibus tanquam iudicibus: aiax causam suam agit: petens arma patruelis Achillis aduersum Vlissem.

¶ Dicturus pro du. oraturus pro eo: cuius libertas in ambiguo est: quum quæritur: sit ne liber? Nam Romæ in iūdiciis plerunque quæsitum est: an is appellandus esset liber: qui natus esset ex matre libera: licet ancilla concepisset. Et econtrario si libera concepisset? Deinde ancilla facta peperisset: placuit: eum qui nascitur: liberum nasci. Et an is diceretur liber: qui non iustis nuptiis: sed uulgo conceptus esset: placuit etiam eum nasci liberum: quia nō debet calamitas matris ei nocere: qui in utero est. Ex hoc quæsitum est: si ancilla pregnans manumissa sit: deinde ancilla postea facta: aut expulsa ciuitate peperit liberum an seruum pariat: & tamen rectius probatum est liberum nasci & sufficere ei: qui in uentre est: liberam matrem uel medio tempore habuisse. Emergebant igitur sæpe romæ tales causæ ubi de libertate agebatur: quas tanquam magnum aliquid causidici non sine animi & corporis labore tuendas suscipiebant: quam multi qui se liberos dicerent in seruitutem uendicarentur. ¶ Bubulco iudice: hoc est rustico: siue barbaro: ac per hoc legum imperito. Nam multi indulgentia Imperatorum asciti fuerant in decurias iudicum externi: rudes: & barbari. Vnde Iulio Cæsari obiectum est: quod ex gallis multos in numerum senatorum introduxisset: illa enim in eum uulgo cantabantur. Gallos Cæsar in triumphum ducit: idem in curia galli brachas deposuerunt: latum clauum sumpserunt: quam senatorum indignitatem ab Augusto Cæsare sublatam sic scribit Sueto. Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim supra mille & quidam indignissimi: & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti: quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit. Vnde nunc iudicem bubulcum nominat: non exponas ciuē Romanum bubulcum. quod agricolationi intentus esset: non enim temporibus poetæ Romani omnibus affluentes delitiis: omnique luxu corrupti agriculturæ uacabant. Licet id priscis temporibus factitatum fuisset. Nam ex agris subinde: ut scribit Plini. senatus duces accersebantur: hincque: qui eos uocabant: appellati sunt uiatores: indito nomine a frequenti uia: sed ut dixi hominem rudem: siue rusticum: & barbarum: qui principum indulgentia inter iudices electus fuisset. Non ignoro tribus fuisse apud Romanos rusticas: & urbanas: de quibus sit Plini. lib. xviii. Rusticæ tribus laudatissimæ eorum: qui rura haberent. Vrbanæ uero: in quas transire rei ignominia esset desidiæ probro. Et Asconius in. ii. uerrinarum. Tribus urbanæ: rusticæque omnes triginta quinque numerantur: ex quarum singulis terni eligebantur ad iudicandum: hique centumuiri dicebantur: licet centum & quinque essent.

cētūuiri

Potuit etiam poeta posuisse bubulcum pro omni ciue Romano graui & seuero: sicut etiā alibi Creticum posuit pro uiro nobili cretice pellices. Nam. C. Attilius bubulcus consul fuit una cum Tito Mālio Torquato quo tempore Sardinia insula rebellauit autorib. penis. Vnde mox sardi subacti & oppressi fuit item Iunius rusticus: quem Domitianus interemit q; Peti Traseæ: & Heluidii prisci laudes edidisset appellaretque

eos sanctissimos uiros:ut sit sensus. Surgis tu pallidus aiax:dicturus pro dubia libertate:bubulco iudice:hoc ẽ graui:& magno uiro iudice.qualis fuit Attilius:siue bubulcus:siue iunius. Huic tamen opinioni non ita me addico: ut nolim etiam posse:quum libeat citra repræhensionem:discedere. ℭ Rumpe:insultatio poetæ in uanum causidici laborem. ℭ Palmæ uirides figantur:ut consequaris uictoriam in iudicio & damnes reum ad scalas gemonias. Nam scalæ gemoniæ locus erat in urbe:in quem rei unco trahebantur. Tranquillus nemo punitorum non in gemonias abiectus:uncoque tractus:dictæ autem sunt gemoniæ a gemendo:ꝙ non sine gemitu: & lachrymis ĩ eas traherentur. Vnde Plinius libro octauo mentionem faciens de canibus appellat gradus gemitorios his uerbis. Testatum est canem:nec a corpoꝛe recessisse abiecto in gradibus gemitoriis mœstos edentem ululatus:magna ergo gloria erat causidico damnasse reum ad scalas gemõias. Inde plurima palma fores eius ornabantur. Mar. in li. vii. ad fuscum causidicum. Sic fora mirẽtur: sic te pallatia laudẽt. Excolat & geminas plurima palma fores. ℭ Petasunculus:diminutiuum a petasone: est autem perna salita:quæ:si uetula est:ingrati ẽ saporis. Mar. li. xiii. Musteus ẽ propera: caros nec differ amicos. Nam mihi cum uetulo sit petaso ne nihil. ℭ Siccus: aut quia in fummo suspẽditur aut quia uetulus ẽ:& succo exhaustus. ℭ Pelamydum:piscis est: qui quum minimus est: & fœtas redeuntes in mare autumno comitatur cordilla appellatur. Quum e mari uerno tempore pontum intrat:limosa aut e luto pelamys incipit uocari απο του πηλου:idest a luto:quod eruit.

Gemõiæ scalæ

> Iudice. rumpe miser tensum iecur:ut tibi lasso
> Figantur uirides scalarum gloria palmæ.
> Quod uocis precium? siccus petasunculus:& uas
> Pelamydum:aut ueteres afrorũ epimenida bulbi.
> Aut uinum thyberi deuectum quinque lagœnæ:
> Si quater egisti. si contigit aureus unus,
> Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.
> Aemilio dabitur:quantum petet:& melius nos
> Egimus:huius enim stat currus aheneus:alti
> Quadriiuges in uestibulis: atq; ipse feroci
> Bellatore sedens curuatum hastile minatur
> Eminus:& statua meditatur prælia lusca.

pelamys cordilla

Festus sic inquit:pelamys genus piscis dictum:quod in luto moretur:quod græce πηλος dicitur. Quum autem tempus annuum excessit thinnus. Cybium uero concisa pelamys dicitur. De hoc pisce Plinius libro nono & trigesimosecundo multa scribit:de quo & nos ex autoritate eius in commentariis Persii. ℭ Veteres bulbi:idest non recentes:& proinde minus sapidi. Nam:ut scribit Plinius Vetustiores improbantur:& parui:& longi:est enim Bulbus genus oleris:de quo multa Plinius libro nono capitulo quarto & quinto. Bulbos Cato imprimis serẽdos pcipit:celebrans megaricos a megara ciuitate. Vnde Columella. Iam megaris uenient genitalia semina bulbi. Bulbos. item scribit Columella libro tertio esse oculos harundinum. ℭ Epimenida:apposito est. Nam ex genere bulborum sunt scylla:& duo genera medicæ: masculus albis foliis: fœmina nigris:& tertium genus est cibis gratum Epimenidum uocatur. Afrorum autem dicit bulbos quia qui in africa nascuntur maxime:ut scribit Plinius laudantur. ℭ Vinum tyberi deuectum: quasi dicat transmarinum non romanum:aut campanum quod optimum erat. ℭ Quinque lagœnæ:cum distinctione legendum:quasi dicat non iam multum uinum dabitur: sed quinque dũtaxat lagœnæ. Est autem lagœna tam aquarium ꝙ uinarium uas. Martialis. Et nigra syra defruti lagœnæ. Talis est etiam locutio apud Plautum in pseudulo. Nisi argentum mihi redditur:uiginti minæ. Sic etiam locutus est Plinius libro decimoquarto capitulo decimoquarto Censores edixerunt nequis uinum græcum amineumque octonis æris singula quadrantalia uenderet. ℭ Si quater egisti:si contigit aureus unus. Laborem causidici magnum esse ostendit:cum modico emolumento. Sensus enim est. Si forte causam quater egisti:& si ex ea re aureum unum accepisti eius mercedis pars tibi danda est pragmaticis:a quibus adiutus fuisti. Nam pragmatici dicuntur: qui causidicis & oratoribus uerba iuris subministrant: de quibus sic Cicero libro primo de Oratore. Itaque non:ut apud græcos infimi homines mercedula adducti:ministros se præbent in iudiciis oratoribus: ii qui apud illos pragmatici uocantur: πραγμα enim negocium significat. Plautus in Casina. Enim uero pragmata: mox Parechis: hoc est negocium mihi exhibes:nam παρεχειν est exhibere: πραγματευσ negociator. ℭ Inde:ex eo aureo. ℭ In fœdera:quia ita pacti sunt. ℭ Aemilio dabitur:illud etiam incommodum est causidicis: ut inter illos præmia ii tantum capiant:qui diuites habentur:& nobiles:per Aemilium autem intelligimus diuitem:& nobilem. ℭ Huius enim: hæc particula semper rei præcedentis signat causam. ℭ Stat currus æneus:statuas habet in quadrigis: & nobilis habetur. Nam apud Romanos: quum antiquitus statuæ maiorum togata effigie ponerentur. deinde etiam hastas tenentes equestres quoque statuæ celebratæ sunt: postea uero in bigis & quadrigis: unde & triumphales natæ. Plinius hæc libro uigesimoquarto ponebantur etiam & causidicis equestres statuæ. Martialis libro nono. Tam graue percussis incudibus æra resultant. Causidicum medio quum faber aptat equo. ℭ Alti quadriiuges:quaterni equi iuncti currui quadriiuges dicuntur & quadriiugi: & biuges: & biugi si bini tantum. ℭ In uestibulis:in primã ædium parte: de quo plura illic. Vestibulis abeunt ueteres lassique clientes. ℭ Ipse: Aemilius. ℭ Bellatore equo haeneo:qui uidetur pugnas minari. ℭ Minatur: intentat quasi in hostem: sic Papinius de equo domitiani: cursumque minatur. ℭ Meditatur prælia:præparare: & exercere uidetur. ℭ Lusca: quia ita se habebat statua: ut unus tantum oculus uideretur in alteram partem obliquato capite: aut:(quod magis placet)quia unum claudebat oculum: quo certiorem inferret ictum: nam naturale est: ut uno tantum oculo clauso: aliquid rectius longe mittatur: quia plures motus:ut scribit Aristoteles duobus quam uno excitantur oculo. Et quia radii utriusque oculi non sine perturbatione in idem concidunt.

Thinnus Cybium Bulbus

Lagena

Pragmatici

Inuenta ratione:firmamentum quærendum est.i.quod accusationem continet: & quod affertur contra rationem defensionis hoc modo. Quum usus fuerit Orestes ratione:hoc pacto:iure occidi. Illa enim patrem meum occiderat:utetur firmamento accusator hoc modo:sed non abs te occidi:neque indemnatam pœnas pendere oportuit. Ex ratione defensionis & ex firmamento accusationis iudicii quæstio nascatur oportet:quam iudicationem appellamus. Quum ergo poeta ait. Quis color intelligit quæ ratio sit rei. Quum ait quæ ueniat diuersa parte sagittæ firmamentum intelligit quod affertur contra rationem defensionis quod ideo appellat sagittas ꝙ eo quasi acutis sagittis reus urgeatur. ¶ Genus causæ an demõstratiuum an deliberatiuum an iudiciale aut cãæ genus honestum turpe dubium humile admirabile. Causa autem est ut finit Apollodorus negocium omnibus suis partibus spectans ad quæstionem aut causa est negocium cuius finis est cõtrouersia. ¶ Summa quæstio ĩ causa plures possunt esse quæstiones sed summa illa appellatur. unde summis nascitur status:& in qua res maxime uertitur:quam aliqui:autore Fabio:generalem quæstionem:uel caput generale appellauerunt.

Causa

¶ Quæ sagittæ: sumptum a sagittariis .i. quod sit firmamentum:quod ab accusatore affertur:ut diximus:ad euertendam rationem defensionis: aut reuera intelligit firmissima argumenta: grauissimasque accusationes:ut illud. Nunc etiam audes in horum conspectum uenire proditor patriæ:proditor inquam patriæ uenire audes in horum conspectum. Vehementer enim aduersariũ urget feritque quasi aliquod telum sæpius pueniat in eandem partem corporis. ¶ Culpa docẽtis statim inquit accusatur magister. quum ad discendum tardus sit discipulus:ideo ironicos pronunciatur. ¶ In læua parte:ubi sedes est cordis:unde omnis est intellectus. nam ut autor est Plinius libro undecimo. Cor homini est tantum infra leuam papillam:quum in cæteris animalibus in medio pectore sit. ¶ Nil salit. Nihil sapientie sit. Nam nonnulli philosophorum in corde:ut scribit Fulgentius: sapientiam esse dixerunt. Sed hoc uerbo salit ad id respexit:ꝙ cordi præcipuus est calor:& palpitatio. ¶ Arcadico iuuẽi:idest tardo:& asinino. Nam in arcadia optimi progenerantur:ut apud Persi. docuimus illic. Vt arcadiæ pecuaria rudere credas quod alii sentiant iuueni arcadico:idest nobili:ꝙ romani ab Euandro rege arcadiæ originem duxerint:proindeque in testimonium originis antiquæ in calceis lunam gestarent:ut docet Plutar. non probo:hinc enim exit indignatio:ꝙ inique præceptor accusetur:quum asinus doceri nequeat:quasi in potestate præceptoris sit etiam tardo & asino uirtutis cognitionem ingerere. Sic poeta ostendit:sterilia nullo labore uinci. ¶ Sexta quaque die dirus Hannibal implet caput miseꝝ. Ordo est. Cuius Hannibal dirus implet mihi caput sexta quaque die. ¶ Quicquid:idest de quo deliberat: ut sit sensus. Cuius suasoria de Hannibale sexta quaque die mihi non sine magna animi molestia & fastidio audienda est. Nam in scholis rhetorum præter declamationes & controuersias:suasoriæ quoque proponebantur discipulis: in quibus se exercerent. Talis ergo suasoria erat de Hannibale. Deliberat Hannibal:an post uictoriam canensem ducat exercitum ad urbem Maherbale præfecto equitum suad. nte:pollicenteque ei cœnam in capitolio die quito. Et an relicta urbe:quam armis præmebat reducat copias in Apuliam: repulsus bis ab imbre:quum esset ad tertium lapidem. ¶ Circumagat:inde reducat. Sillius cunctantem: & uana minantem circumagit:castisque ducem succedere cogit. ¶ A tempestate. Nam duplici tempestate quum iam ad tertium lapidem exercitum duxisset: repulsus est:ut scribit Liuius. Quantum uis stipulare: uerba sunt dispensatoris discipulum prætori tradentis: idest pete:& roga. Colu. Fœnoris tui syluine:quod stipulant spoponderam tibi:reliquam pensiunculam percipe: unde & stipulatio est uerborum conceptio: quibus is: qui interrogatur: daturum facturumue id quod interrogatus est respondet:ut das ne capram sanam? do Protinus accipe quod:idest tantum cape:quantum tecum paciscor: & quãtum teneor dare ex conuentione nostra. ¶ Vt totiens illum: accedebant enim patres ad magistror:quum filii in scholis declamarent Persius. Atque oculos memini tingebam paruus oliuo. Grandia si nollem morituri uerba catonis. Discere:ab insano multum laudanda magistro. Quæ pater adductis sudans audiret amicis. Audiebantur autem certis diebus:ut modo dixit poeta. Quaque die sexta:unde ita Quintilianus in decimo. Obstat huic frequens turba discipulorum & consuetudo classium certis diebus audiendarum:non nihil etiam persuasio patrum numerantium potius declamationes quam æstimantium. ¶ Ast alii sex & plures:hæc a poeta:cum indignatione & miseratione quadam proferuntur:ut sit sensus. Grauis profecto labor est: exigua autem merces docentium declamare:& multi tamen id muneris obeunt:uerum multi alii ex iis intelligentes in huiusmodi munere docendi tenuem esse quæstum relictis declamationibus:quæ in scholis:& locis priuatis exercebantur:in forum descendũt: ubi agant ueras causas:sed melius inquit poeta sibi consulerent:si alium uiuendi tramitem ingrederentur. ¶ Alii sex:& plures idest multi. ¶ Sophistæ sophistæ idem fuere apud antiquos qui rhetores dicuntur uerum postea cœpti sunt dici qui artem deceptoriam quæ sophistice dicitur exercent. unde & Boetius interpretatur Sophisticen caulilatoriam. ¶ Vno ore uno modo quum omnes idem agunt ut conferant se ad agendas ueras causas,

Stipulari
Stipulatio

sophista

Quæstio: que ueniant diuersa parte sagittæ
Scire uolunt omnes:mercedem soluere nemo.
Mercedẽ appellas:qd enim scio:culpa docẽtis
Scilicet arguitur:quod læua in parte mamillæ
Nil salit arcadico iuueni:cuius mihi sexta
Quaq; die miserũ dirus caput Hãnibal ĩplet
Quicqd idest:de quo deliberat:an petat urbẽ
A cannis:an post nymbos:& fulmina cautus
Circumagat madidas a tempestate cohortes.
Quãtũ uis stipulare:& ꝓtinus accipe:qd do:
Vt totiens illũ pater audiat:ast alii sex
Et plures uno conclamant ore sophistæ:

¶ Raptore relicto.i.declamatione obmissa de raptore.i.stupratore. Nam in scholis talis proponebatur declamatio. Rapta raptoris: aut nuptias indotatas: aut mortem optet: Vna nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat: altera nuptias. Hanc tractat Seneca in primo Declamationum. Item alia est declamatio. Rapta Raptoris mortem: aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit. Conuictus est: illa mortem petiit: Raptor contradicit. ¶ Fusa uenena silent.i.declamatio omittitur: ubi actio est ueneficii: qualis septima est declamatio apud Sene.li.iii.de ueneno dato filio furenti que sic incipit. Filio furenti: & sua membra lanianti pater uenenum dedit. Accusatur ab uxore malæ tractationis: unde sequitur malus: ingratusque maritus potest etiam ingratus maritus ita exponi: ut intelligamus aliam declamationem: que est huiusmodi. Torta a tyranno uxor: nũqd de uiri tyrannicidio sciret: perseuerauit negare: postea eius maritus tyrannum occidit. Intra quinquennium non parientem nomine sterilitatis dimisit: agit illa ingrati. ¶ Et mortaria: subaudi a superiore silent.i. declamatio omittitur filii conterentis in mortario medicamenta ad sanandos cæci patris oculos: que nouerca uenena eẽ dixit: & pater credidit: testamentumque mutauit. Ait ergo poeta: tales declamationes a Sophistis relinqui: & ueras causas agi. ¶ Dabit sibi rudem: imponet sibi finem agendi causas in foro: est autem rudis: qua donabantur gladiatores: quum missionem artis impetrabãt: autor Priscianus. Oratius

Et ueras agitant lites raptore relicto.
Fusa uenena silent: malus: ingratusq; maritus.
Et quę iam ueteres sanant mortaria cęcos.
Ergo sibi dabit ipse rudem: si nostra mouebunt
Consilia: & uitę diuersum iter ingredietur
Ad pugnam: qui rhetorica descendit ab umbra
Summula ne pereat: qua uillis tessera uenit
Frumenti: quippe hęc merces lautissima. tenta
Chrysogonus quanti doceat: uel pollio quanti
Lautorum pueros artem scindens theodori.
Balnea sexcentis: & pluris porticus: in qua

Rudis

spectatum satis & donatum iam rude queris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Et supra. Accepta rude cœpisset ueiento uideri. Ouidius. Et me donari iam rude tempus erat. Einsdem fit mentio apud Ciceronem in secundo antonianarum. Tam bonus gladiator rudem: tam cito cœpisti. Inde Rudiarii: qui missionem artis gladiatorie impetrarunt in Tybe. Trã. ¶ Ab umbra rhetorica: a declamatõib. quæ in scolis aguntur. ¶ Ad pugnam. Ad uerum certamen: idest ad ueras lites: & causas forenses. ¶ Summula ne pereat: hæc uidetur esse ratio: quare in forum descendat ad agendas ueras causas: ne summa.s.& census decrescat: propter quem tesseram habuit frumentariam: apparet tesseram dari consueuisse pro qualitate census: dabatur autem populo per tesseram frumentum. Tran. in Augu. Ac ne plæbs frumentationum causa frequentius a negociis auocaretur: ter in anno quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Dabantur & pecuniæ per tesseras. Tranql. in eodem. Frumentumque in ãnonæ difficultatibus sæpe leuissimo interdum nullo præcio uiritim admẽsus est: tesserasque numarias duplicauit. Tessera etiam erat præceptum ducis: quo uel ad aliquod opus: uel ad bellum mouebatur. Vegetius autor libro sexto capitulo septimo Virgilius. It bello tessera signum. ¶ Quippe hæc merces lautissima. Ironice: idest hæc est merces amplissima: quæ datur romæ. ¶ Tenta Chrysogonus. Inquire inquit: & inuestiga quanti cythatedi filios nobilium doceant fidibus: ut ostendat longe huberius esse cytharedorum lucrum: quam sophistarum: & causidicorum Sic igitur poeta sui temporis cæcitatem: & stulticiam notat quum studia litterarum arti musicæ postponantur: paruoque in præcio habeantur: quod & Martialis notat libro quinto. Artes discere uult pecuniosas. Fac discat cytharedos: aut choraulas. ¶ Chrysogonus: de hoc & Satyra sexta. Chrysogonum cantare uetent: fuit enim cytharedus. ¶ Pollio: de eo illic diximus. An capitolinam deberet pollio quercum: est autem nomen cytharedi: ostendit igitur cythatedos: maiorem ex laboribus suis mercedem consequi: quam rhetores: tenta igitur ait: idest si tentare uolueris: inuenies eorum mercedem esse maiorem. ¶ Scindens: lacerans: & deridens: nam pollio inquit deridet artem rhetoricam: quum plus ipse lucretur in arte sua. Scindere enim est contumelia uerborum lacerare. Trãquillus in Augusto. Antonio honorifice salutato: Augustum sæuissimo conuicio coram prosciderunt. ¶ Theodori: hic est de quo Quintilia. sic libro tertio: Theodorus Gadareus: qui se dici maluit Rhodium: quem studiose: quum in eam insulam secessisset: dicitur Tyberius audiuisse: de hoc meminit & Tranquill. in Tyberio. Docuit autem Rhodi præcepta rhetorices per id tempus: quo Tyberius Rhodum secessit: ubi circa scholas & auditoria professorum assiduus fuit: & imprimis Theodorum audiuit. Gadaræus antem dictus est a Gadaribus ciuitate Syriæ: quam Iudæi sibi uendicarunt. Vnde & Stra. quum de Gadaribus loqueretur ait: hinc fuit Theodorus orator: qui ætate nostra niguit. Strabo autem scribit se temporibus Tyberii floruisse. Theodori etiam cuiusdam Gadarei meminit & Iosephus libro primo belli Iudaici: incertum autem an hunc intelligat. ¶ Balnea sexcentis. Sensus est non cunctabuntur diuites Romani: & balnea & alia ædificia summis impensis erigere: circa autem filiorum eruditionem erunt parcissimi. ¶ Balnea sexcentis: scilicet sestertiis: scilicet extruuntur a diuitibus nec eiusmodi parcunt impensis. Vnde Seneca ad Lucili. At nunc quis est: qui sic lauari sustineat: pauper sibi uidetur & sobrius: nisi parietes magnis: & præciosis orbibus refulserunt: nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sunt: nisi illis undique operosa & in picturæ modum uariata circumlitio prætexitur nisi uitro absconditur camera: nisi thasius lapis quondam rarum in aliquo spectaculum templo piscinas nostras circundedit: in quas multa sudatione corpora examinata demittimus: nisi aquam argentea epitonia fuderint: & adhuc plæbeias fistulas loquor. Quid quum ad balnea libertinorum peruenero? quantum statuarũ? quãtum colũnarũ est? nihil sustinentium: sed in ornamentum positarum impensæ causa? quantum aquarum per gradus cum frigore labẽtiũ:

Rudiarii

Tessera

Scindere

Theodorus

Gestetur dominus quotiens pluit: an ne serenum
Expectet? spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius: namq; hic mundę nitet ungula mulę.
Parte alia longis numidarum fulta columnis
Surgat: & algentem rapiat cœnatio solem.
Quanticũq; domus, ueniet qui fercula docte
Componit: ueniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sestertia Quintiliano
Vt multum, duo sufficient. res nulla minoris
Constabit patri: quam filius. unde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi. fœlix, & pulcher: & acer.
Felix, & sapiens: & nobilis: & generosus

¶ In qua gestetur dominus: tanta erat urbis luxuria: ut porticus haberent: & loca: quas gestationes appellauere: i quibus æstiuo: pluuioque tempore ad amœnitatem: uel gestarentur a seruis: uel ueherentur iumentis de quib. sic Pli. iunior ad Caninũ Ruffum. Quid agit Eurippus uiridis & gemmeus? quid subiectus & seruiens lacus? Quid illa mollis: & tam frigida gestatio? Idem ad Apollinarem. Ambit hunc ambitio preiiis uarieque tonsis uiridibus inclusa ab iis gestatio in modum circi: que buxum multiformem huiusmodi: & recentes manu arbusculas circuit. Sydonius de gestatione sic meminit. Præditorum iis iura contermina domicilia uicina: quibus interiecta gestatiõ lassat peditem? nec sufficit equitaturo. Gestatio item alia significatione accipitur pro portatõe. s. Seneca in. ii. lib. epistolarum. Gestatio & corpus concutit: & studio non officit: possis legeri: possis dictare: possis loqui: possis audire: quorum nihil nec ambulatio uetat fieri &c. ¶ An ne serenum expectet: luxuriæ romanæ per ironiam insultatq;: debet ne inquit spectare donec serenat: quo minus gestetur. ¶ Hic potius. s. gestetur in porticu. ¶ Parte alia: magnificentiam pariter: & luxuriã urbis ostendit: ubi porticus colũnis marmoreis: & iis numidicis exædificabantur. M. Lepidus Catuli in consulatu collega primus omnium: ut scribit Pli. li. xxxvi. Limina ex numidico marmore in domo posuit magna reprehensiõe: id autem erat uariatum maculis purpureis: unde statius in syluis. Sola nitet flauis nomadum decisa metallis. Purpura. ¶ Surgat: surgere uideas. ¶ **cœnatio** Cœnatio: locus ubi cœnabant: quod triclinium græci appellant. Pli. Iunior. Iunctaque ei quottidiana: amicorumque cœnatio: hoc est locus ubi cœnabãt. Idem etiam cœnaculum dicebatur: sed postquam (ut scribit Varro) in superiore parte domus cœnitare cœperunt: superioris domus uniuersa cœnacula sunt appellata: unde in sequentibus. Rarus uenit in cœnacula miles. ¶ Solem algentem: hoc est: ut habeat lumen ab sole hiberno: ita ut possit eam hiberni solis totus propemodum cursus hilarare. Nam antiqui pro temporum & regionum qualitate ædificia: ut docent & Victruuius. Palladius: & Columel. erigebant: ut fenestræ æstiuo tempore ad septentrionem uergerent: solemque auersarentur: hiberno uero solem raperent: unde Plinius iunior ita scribit de domo sua nouocomensi. Incipit porticus ante medium diem hiberna inclinato die æstiua: hac adeuntur diætæ duæ: quarum in altera cubicula quattuor: altera tria: ut circuit sol aut sole utuntur: aut umbra. De positione ædificii sic Columella in. i. Vrbana rursus in hibernacula: & æstiua sic digeratur: ut spectent hiemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes æquinoctialem occidentem. Rursus æstiua cubilia spectent meridiem equinoctialem: sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hibernum orientem. ¶ Quanticunque domus: subaudi constabit: hoc est magno: quasi dicat in ædificiis extruendis: parandisque coquis: & epulis grandem pecuniæ summam non uerebuntur impendere: sed magistris qualis fuit Quintilianus exiguam sane mercedem dabunt. Nam (ut scribit Plinius libro nono) coqui triumphorum precus parabantur: & coquorum pisces: nullusque prope iam mortalis æstimabatur pluris quam qui peritissime censum domini mergeret: coqnos autem in seruitiis habebant: quum antea eos ex macello: ut docet Plini. conducere consueuissent. Liuius de bello macedo. Tum coquus uilissimum antiquus mancipium: & **Pulmentaria obsonia** æstimatione: & usu in precio esse cœpit: & quod ministerium fuerat: ars haberi cœpta. ¶ Pulmẽtaria: græci uocant obsonia: que nos plumentaria a pulte (ut scribit Plinius) denominata: qua uice panis multis annis usi fuere Romani. ¶ Hos inter sumptus. idest inter tales sumptus. ¶ Vt multum: ut magnum præcium. Vnde igitur tot uerba poetam interrogantis. Si Romani inquit tam parci sunt erga preceptores: unde igitur Quinti. est tam locupletatus. Nam Romæ. xxiii. annis rhetoricem professus est: ut ipse tradidit: primusque mercedem publicam meruit. Ex hispania a Galba autore Eusebio dictus est: a Martia. Laudatur hoc epigrammate. Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ. Gloria romanæ Quintiliane togæ &c. ¶ Saltus: tantum soli: unde Saltuarii: quos nunc camparios uocant. ¶ Exempla transi: uerba sunt poetæ respondentis Quintilia. esse prætereundum: tanquam unicum fœlicitatis exemplum: ac si dicat nullum alium inuentum: qui ex liberalibus studiis sit locupletatus. ¶ Nouorum fatorum: nouæ fœlicitatis quam ipsa fata tribuere Quintiliano: ut esset diues ¶ Fœlix: beneficio inquit fortunæ factum est: ut in Quintiliano omnia agnoscerentur: quæ in fortunato homine conueniunt esse. ¶ Fœlix: quasi cui fortuna aspirauerit: quod ter est repetitum: ut latenter innuat tantam felicitatem nõ tam doctrinæ q̃ fortunæ beneficio esse assequutum: unde sequitur. Si fortuna uolet. ¶ Pulcher iocundus aspectu. **Lunati calcei** ¶ Acer: ad dicendum. ¶ Sapiens: eruditione multa. ¶ Generosus: est qui magni & longi est generis. ¶ Subtexit lunam: nobiles romani lunatis calceis utebantur. Martia. lib. ii. Lunata nusquam pellis & nusquam toga. Statius in syluis ad Crispinum. Primaque patricia clausit uestigia luna. Cuius rationem Plutar. in problematis lõga disputatione ostendit. Quid est qđ qui nobilitate p̃stare uident lunulas in calceis ferunt: an ut dicit castor signum est eius q̃ in luna esse dicitur habitationis: & ꝙ post mortem animæ rursus lunam sub pedibus habebant: an ꝙ arcades qui cum Euandro in italiam uenerunt proselenes appellati: hoc est antelunares eo calcei genere utere ntur:

omitto reliqua que apud Plutarchũ legi possunt: alii tradũt romanos calceis lunatis esse usos: Instituente id numa a Pompilio: qui calceis senatorum.c.litteram que centum significat inscribi iussit: ut p eam sese e numero cẽtũ patrũ admonerentur: hanc postea a figuræ similitudine lunæ effigiem esse dixere. & ob id lunatos calceos appellatos. ℭ Nigræ alutæ: nigros fuisse calceos ex eo carmine Oratii datur intelligi in satyris. Nam ut quisq; insanus nigris medium impedit crus pellibus. ℭ Alutæ.i.calceo: appellatione alutæ intelligimus omnem pellem tenuem & mollem. ℭ Iaculator: qui argumentis suis tanq̃ telis aduersarium urgeat. ℭ Et si perfrixit: cantat bene. Adeo inquit fortuna Quintiliano aspirauit: ut etsi raucus eẽt nimio frigore: tamen bñ canere diceretur. ℭ Perfrixit: præteritum est perfrigit: illũ autẽ diximus pfrixisse: qui nimio frigore sit factus raucus. Martia.libro.iii. Perfrixisse tuas quæsta ẽ præfatio fauces. ℭ Quæ sydera te excipiant.i.qui syderũ aspectus in ortu tibi affulserit. Creditum enim est ex astrorum motu futura cognosci: & nascentib.hominibus maliciam: uel bonitatem: fœlicitatem: uel infœlicitatem portendi: unde Mathematici horam partus idest horoscopum maxime obseruant. Suetonius in Augusto. Vulgata res ẽ.P.Nigidium comparata moræ causa: ut horam quoq; partus acceperit affirmasse dominum terrarum orbi natum. Iouis autem & ueneris sydera bẽigna sunt nascentibus & salutaria Ouidius. Natus es infœlix (ita dii uoluere) nec ulla. Cõmoda nascendi stella leuis ue fuit. Non uenus affulsit: nõ ullu Iuppiter hora. Contra stella Saturni malefica est: quibus in ortu irradiauerit: alibi Iuue. Hæc tamẽ ignorat quid sydus triste minetur. Saturni. Prop. Et graue saturni sydus in omne caput. ℭ Primos uagitus: primos ploratus: est enim uagitus proprie puerorum infantium. Ouid. in epistola Canaces ad Machareum. Vagitus dedit ille miser sensisse putares. ℭ Rubentem: ob partum recentem. ℭ Si fortuna uolet Quintilianum (ut diximus) latenter innuit fortunæ magis quam doctrinæ beneficio eo diuitiarũ peruenisse. Est ergo sensus: beneficio fortunæ fieri posse: ut ex infima conditione aliquis ad supremos honores prouehatur: unde est illud tranquilli de rhetoribus. Magna inquit professorum: atque doctorum profluxit copia: adeoq; floruit: ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatoriũ: atque ad summos honores processerint: uideturq; hoc dixisse propter Quintilia.quem Ausonius ad consulatum prouectum fuisse ostendit his uerbis. Quintilia. consularia per clementẽ ornamẽta sortitus. ℭ De consule rhetor. Id accidit Valerio Liciniano: de quo Plinius in epistola ad Corneliũ Minutianũ ita scribit. Audistine Valerium Licianũ in sicilia profiteri? nondũ te puto audiuisse. Est enim recens nuncius. Prætorius hic modo inter eloquẽtissimos causarum actores habebatur: nunc eo decidit: ut exul de senatore. Rhetor de oratore fieret: itaq; ipse in præfatione dixit dolenter & grauiter. Quos tibi fortuna ludos facis. Facis enim ex professoribus senatores ex senatorib. professores. ℭ Ventidius: quid enim probat exemplo uentidii Bassi: & Seruii Tullii fortunam magnam habere potestatem in homines. Est autem ordo: & sensus. Ventidius quid fuit aliud q̃ sydus.i.qua alia re prouectus est ad consulatum q̃ syderum beneficio? Nam Vẽtidius picens fuit genere: & loco humili: quem puerum cum matre captum Pompeius Strabo Magni Pompeii pater Asculo subacto inter cæteros ante currum suum triumphans sinu matris iacentem uexit: postea quum adoleuisset, uictum sibi quæsiuit comparandis mulis & uehiculis: quæ magistratibus præberet: qui sortiri prouincias forent: unde in amicitiam Cæsaris peruenit: mox tribunus plæbis: ac deinde prætor creatus: atq; in eo tempore iudicatus est a senatu hostis cum.M. Antonio post uero coniunctis partibus: non pristinam tantum dignitatem recuperauit: sed pontificatum: ac deinde consulatum quoq; adeptus est. Quam rem adeo intoleranter tulit populus Roma. ut uulgo per uias urbis uersiculi perscriberentur. Concurrite omnes augures: aruspices portentum inusitatum conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat consul factus est. Idem autore Plutarcho in uita.M. Antonii orientalibus prouinciis præpositus a.M. Antonio parthos in syriam rumpentes tribus prælis fudit: primusq; de parthis triumphauit & morte obita publico fulnere sepultus est. ℭ Tullius: non de Cicerone: sed de Seruio Tullio intelligit: qui ex serua natus in domo Tarquinii Prisci Tanaquilis astutia regnum post interfectum Tarquinium obtinuit. ℭ Seruis: ut Seruio Tullio. ℭ Captiuis: ut uenditio. ℭ Fati occulti: non intellecti a nobis. ℭ Fœlix ille tamen: cui hoc acciderit: ut ex seruo fiat rex: & ex captiuo consul: & triumphator. ℭ Pœnituit: exemplo Trasymachi: & secundi. Carinatis rethorum ostendit infœlicia esse litteratorum studia: quando eorum laboribus iusta præmia non reddantur: uterq; enim coactus est: quum fructum ex studiis non caperent relinquere artem docendi. Trasymachus autem fuit Carthaginensis inter Sophistas numeratus a Philostrato qui quum rhetoricen cœpisset profiteri: destitit ob exiguam mercedem. Conqueritur: & Martia. studia liberalia penitus negligi. At circum pulpita nostra. Et steriles cathedras basia sola crepant. ℭ Et hunc: scilicet Secundum sicuti uisus fuit: & Trasymachus Carthaginensis inops, De Secundo Carinate Tacitus libro.xv. scribit sic. Secundum Carinatem græca

Appositam nigrę lunam subtexit alutę.
Fœlix, orator quoque maximus: & iaculator:
Et si perfrixit, cantat bene. distat enim quę
Sydera te excipiant modo primos incipientem
Edere uagitus: & adhuc a matre rubentem.
Si fortuna uolet, fies de rhetore consul.
Si uolet hęc eadem, fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid tullius? an ne aliud: quã
Sydus: & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt: captiuis fata triumphos:
Fœlix ille tamen: coruo quoq; rarior albo.
Pœnituit multos uanę: sterilisque cathedræ
Sicut Thrasymachi probat exitus: atque Secũdi
Carinatis: & hunc inopem uidistis athenę.

Aluta

Perfrigere

Ventidius

Nil pręter gelidas auſę conferre cicutas,
Dii maiorum umbris tenuē & ſine pondere terrā:
Spiranteſq; crocos: & in urna perpetuum uer.
Qui pręceptorem ſancti uoluere parentis
Eſſe loco, metuens uirgę iam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus. & cui non tunc
Eliceret riſum citharœdi cauda magiſtri.
Sed Ruffum: atq; alios cędit ſua queq; iuuētus
Ruffum qui totiens ciceronē allobroga dixit.
Quis gremio Enceladi: doctiq; Palęmonis affert.
Quātū grāmaticus meruit labor? & tamē ex hoc
Quodcunq; eſt (minus eſt aūt quā rhetoris ęra)
Diſcipuli cuſtos pręmordet Acœnitus ipſe:
Et qui diſpenſat: frangit ſibi. cede palęmon:
Et patere inde aliquid decreſcere: non aliter: quam
Inſtitor hibernę tegetis: niueiq; cadurci.

doctrina oretenus exercitium quodque animum non bonis artibus imbuerat. Dion uero ſcribit Caligulam adeo inuidum: & ſuſpitioſum ad omnia: ut ſecundum Carinatem rhetora in exilium egerit: quod aliquando orationē quandam per exercitationem in ryrannos dixiſſet. ¶ Nil preter eicutas gelidas. Damnat athenienſes auaritiæ pariter: & inſipientiæ: qui debitis non afficerent præmiis: & honoribus uiros bonos: & litteratos: iuenies ab eis Socratem etiam tantum philoſophum: qui omni honore honeſtandus erat: ſublatum ueneno cicutæ. Eſt autem cicuta: ut docet Plinius publica athenienſium pœna inuiſa: Semini & foliis refrigeratoria uis: ut epota ſtatim perimat hominem. ¶ Dii maioruꝫ umbris: optat manibus maiorum perpetuam tranquillitatem: qui preceptores non minus quam parentes coluerint. ¶ Dii. ſ. date. ¶ Tenuem terrā. Sic Martia. Sic tibi terra leuis: molliq; tegaris harena. Tibullus contra. O tu qui uenerem docuiſti uendere primus. Quiſquis ex infœlix urgeat oſſa lapis. ¶ Et in urna perpetuum uer: perpetuos flores: nam ſtra herbas odoratas condebantur. ¶ Loco parentis: qui ſumma pietate preceptores uenerati ſunt. Seneca ad Lucil. Quam uenerationem preceptorib. meis debeo: eandem preceptoribus humani generis a quibus tanti boni initia fluxerunt. ¶ Metuens uirgæ. Exemplo Achillis oſtendit preceptores eē miro honore colendos: qui quum in pelio mōte theſſaliæ educaretur ſub diſciplina Chironis centauri ſummo in honore eum ſemper habuit: & timuit. Vnde Oui. in arte amandi. Creditur annoſum pti muiſſe ſeneꝫ. Quas hector ſenſurus erat poſcente magiſtro: Verberibus iuſſas prebuit ille manus: a quo & medendi: canendi artem didicit. De hoc plura ante. Recubans ſub eodē marmore Chirō. ¶ Cantabat. ſ. Achilles laudes magiſtri. ¶ Montibus patriis. i. theſſalicis: unde fuit Peleus Achillis pater. Et cui non tunc erat inqt Chiron eiuſmodi: ut facile de ſe riſum ſpectantibus poſſet mouere: tāquam caudatus magiſter. ¶ Cythatedi. Chironis: qui ut dixi docuit Achillem & muſicen: & medicinam: de eo nonnulla Higinus. Hic herbam inuenit: que Chironeum appellatur: ſed & aliam: que Centaurion omnium morborum remedium promittentem: de hoc plura in cōmentariis Achilleidos. ¶ Sed ruffum: nunc autem inquit tam longe abeſt: ut preceptores colantur: ut multi etiam a diſcipulis uerberentur. ¶ Ruffum: qui totiens ciceronem habet Emphaſim quaſi dicat qui contemnendus non erat: utpote rhetor optimus: qui etiam Ciceronem eloquentiæ cuiuſdam gallice diceret. Nam & alii extitere: qui Ciceronem ut ſuperfluum notauerint. Brutus (ut autor eſt Tacitus iu libro de claris oratoribus) eum elumbem & fractum nominauit. Rurſus idem autor eſt Ciceronem a Caluo male audiuiſſe: tanquam ſolutum & eneruem: unde ſic ſcribit Seueca in declamationibus.
Allobroges Vienna Caluus: qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquentiæ principatu habuit &c. ¶ Allobroga. i. gallum & barbarum: nam Allobroges populi ſunt galliæ: quorum Viēua ciuitas eſt metropolis: autor eſt Stra. li. iiii. ¶ Doctiq; palæmonis: hic eſt ille Rhemnius Palæmon uincentinus grammaticus: qui ut ſcribit Tranqllus de claris grāmaticis: tanta fuit ſuperbia: ut diceret litteras ſecum natas: & ſecum morituras. Marcum Varro. porcum litterarū appellabat: iactabatque nomen ſuum in Buccolicis nou temere poſitum præſagiente Virgilio: fore quandoque omnium poetarum ac poematum iudicem: qui quandoque interrogatus quid inter Stillam & guttam intereſſet: gutta inquit ſtat & ſtilla cadit: autor eſt Euſebius. Eius meminit & Pli. iib. xxiiii. cap. iiii. ¶ Et tamē ex hoc: licet inquit id modicum ſit: quod datur grammatico tamen ex eo ipſe pædagogus aliquid ſibi intercipiat: & eſt ordo: & tamen acœnitus ipſe cuſtos diſcipuli præmordet ex hoc quodcūque eſt: reliqua per parentheſim legunt. ¶ Acœnitus nomen: uidetur eſſe fictum: quod propria nimium ſpectet utilitatem ab α quod eſt ſine & κοινοτης communitaꝫ. ¶ Cuſtos: diſcipuli pædagogus. ¶ Franget ſibi: ex ſolida mercede magiſtri aliquid ſibi præcidet. ¶ Cæde palemon: uerba ſunt Iuuena. quadam cum miſeratione ſubſanantis defraudantium auaritiam: ut ſit cede palemon de iure tuo: & patere æquo animo ſiquid tibi intercipitur.
Inſtitor Non aliter: quam patitur ſibi detrahi inſtitor uilis ſupellectilis: ut accipias tegetis pro tegumento lecti ad arcendum frigus hibernum: nam inſtitor autore Vlpiane appellatur ex eo: ꝙ negocio gerendo inſtat nec multum facit tabernæ ſit præpoſitus: an cuilibet alii negociationi: nam quicunque ad emendum uendendumue præponit̃ inſtitor appellatur: eos etiam dicendos placuit inſtitores qbus ueſtiarii: uel lintearii dāt ueſtē circūferendā: & diſtrahēdā: quos uulgo circitores appellamus: ſtabularii:
Stabularius quoq; inſtitoꝝ loco habēdi ſunt: ſed & ſi tabernarius ſeruum ſuum pegre mitteret ad merces comparandas & ſibi mittendas loco inſtitoris habendum ſcri. Labeo hinc inſtitoriæ opæ dñr. Trangl. in Nerone: parabant̃ inſignes ganeæ: & matronarū inſtitorias operas imitantiū. Ouidius. Inſtitor ad dñam ueniat diſcinctus emacem. ¶ Cadurci utrum ſtragulo: an tegumento lecti. Solent. n. lecti ſupne ueluti tētoriis coopiri uelis eiuſmodi cādidis: ſupra. Violato pœna cadurco. i. lecto: q aut ſtragulo niueo ſternit̃: aut ſupne: ut dixi: uelis cādidis integitur.

¶ Dūmō ne peat:uerba Iuue.drīdētis tā extremā hoīum auaritiā.i.dūmō non peat labor tuus docēdi post mediā noctē:quo tpe multæ tibi olfaciēdæ sunt lucernæ:qd̄ p maximo fastidio intelligit. ¶ Ab hora.post hora. I in. in .vii. A cōceptu dcimo die colores capitis.i.post cōceptū:de q̄ pticula plura differuimus in.i.ia. illic Exul ab octaua Marius bibit. ¶ Mediæ noctis:eo.n.tpe pueri ludū liariū petebant.Ma.li.ix.Quod tibi nobiscum est ludi scelerate magister:Infœlix pueris uirginibusq; caput.Nondum cristati rupere silētia galli:Murmure quum seuo uerberibusq; tonas. ¶ Flaccus,Oratius.bene autem Oratiū & Virgiliū nominauit:nam grāmaticorum proprium ē poetas interpretari.

Dummodo non pereat mediæ qd noctis ab hora
Sedisii:qua nemo faber:qua nemo sedebat:
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dummodo nō pereat totidem olfecisse lucernas
Quot stabant pueri:cum totum decolor esset
Flaccus:& hæreret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces:quæ cognitione tribuni
Non egeat.sed uos seuas imponite leges:
Vt præceptori uerborum regula constet.
Vt legat historias:auctores nouerit omnis
Tanquam ungues digitosq; suos:ut forte rogatus
Dū petit aut thermas:aut phœbi balnea dicat
Nutricem anchisæ:nomen patriamq; nouercæ
Anchemoli:dicat quot acestes uixerit annos.
Quot siculus phrygibus uini donauerit urnas.
Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat.
Vt siquis cera uultū facit:exigite ut sit
Et pater ipsius cœtus:ne turpia ludant:
Ne faciant uicibus:non est leue tot puerorum
Obseruare manus:oculosq; in fine trementes.
Hęc inquit curas:& cum se uerterit annus
Accipe uictori populus quod postulat aurū.

¶ Decolor:q nimia attrectatione & fumo lucernarum colorem amittit. ¶ Fuligo:nigricies ea dicit que prouenit ex fumo:dicta fuligo quasi fumigo:lucernarum fuligo a Pl.dicitur. ¶ Rara.t.m.licet inquit alique tibi merces dtur eam tamen non habebis:nisi per litem & strepitum forensem. ¶ Cognitione tribuni:iudicis: nā p tribūo unūquemq; iudicem itelligit. ¶ Sed.u.i.Cum indignatione & quadam miseratiōe hæc dicit in magistros:qui multis laboribus & incōmodis onerantur: ex quo inquit ipsi nō possunt his tot incōmodis deterreri:quominus uestros filios doceant:uos eis aperas leges imponite. Regula uerborum:ut intelligat regulam oīum uerborum:quem casum unūquodq; uerbum regat: quod inter rudimenta gramatices minimum est. ¶ L ūp. Thermas loca calida ad hoc parata ut sudore toto corpore eliceretur: τερμον .n. significat calidū. ¶ Nutricē.a.sa pe.n.eiusmodi q̄stiones obscuræ exigebantur a grāmaticis: uñ & Tyberius (autore tranquillo) solitus est fatigare grāmaticos quærendo que fuerit mater Hecubæ, quod Achilli nomen:quum inter filias lycomedis latuit habitu muliebri. ¶ Nouercæ Anchemoli.De nouerca anchemoli Virg hæc cæcinit. Hinc Stelenum petit: & rheti de gente uetustæ Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ.Scri.Seruius.Rhetum marubiorū regē fuisse in Italia:qui Anchemolo filio casperiam superduxit nouercam:quam priuignus stuprauit; quo cognito quum pater eū persequeretur: & ad pœnam uocaret:fugiens ille ad Turnum se cōtulit. Anchemoli:siue Anchemori cuiusdam ab hipsipyle educati mox serpentis morsu necati meminit Sta.i thebaide. ¶ Acestes:Crimnisii siculi fluuii filius fuit ex Segesta troiana. Vir. Troia. Crimnisio conceptū flumine mater. Quem genuit hic in sicilia imperium tenens æneæ:multos cados uini dono dedit. Vir. Vina bonus:quæ deinde cadis onerarat acestes. ¶ Pollice: tanquam digito:sumptum ē autem de Persio. ¶ Et præmitur ratione animus uinciq; laborat. Artificemq; tuo ducit sub police uultū. ¶ Ne faciāt uicibus: rem pudendā uerbis honestis expræssit.i.ne inter se uicibus cocant. In fine:perpetratæ ueneris:in qua oculi ad angulos torquæri solēt. Virg.Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis. ¶ Hæc inquit curas:hæc sunt inquit pater:que tibi curanda sunt o magister. ¶ Et quum se uerterit annus:ego hunc locum simpliciter accipiendum arbitror.i.cum annus cursum suum perfecerit:nā proprium anni est in seipsum reuerti.Papinius in syluis. Versumq; domus sibi tēperat annum. Trangl.in Caligula. Vicies:ac septies milies sestertiū non toto uertēte anno asumpsit. Virg.Atq; in se sua p uestigia uoluitur annus.Ora.Inuersum annum appellauit ppetuo(ut est autor Porphyrius)epitheto:q̄a in se semper uertitur. Vt sit sensus.Difficilia qdem sunt:q̄ tibi o magister imponunt a parentib.discentium.Sed finito anno pmium tuū per meritum non accipies.nisi per litem:& qd̄ populus.i.ipse tribunus magistratus populi iusserit tibi uictori dari ut sic referas ad illud.Rara tamen merces:q̄ cognitione tribuni.Non egeat.Legēdū hoc est risu satyrico in cōtemptum auariciæ sui tēporis.uerba.n.sunt Iuue.dicentis post labores tuos finito anno accipe mercedē: q̄ tibi daturus non est:nisi p litē.Non tñ ignoro tradi a Macro.li.ii.in somnium Scipionis. Vertentem annum appellari posse:quū astra cuncta ad eandē metā redierint:unde semp profecta sunt:& paulopost inquit. Annus uero: qui mondanus uocatur:qui uere uertens est:quia conuersione plenæ uniuersitatis efficitur largissimis seculis explicatur.Et in primo Satur.annum solis uertentem nominat.Sed ut diximus simplici sensu hic locus est accipiendus:

Fuligo

Thermas

Vera hic nobilitas ostenditur unica uirtus



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Octaua.

STEMMATA quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cẽſeri: pictoſq; oſtẽdere uultus
Maiorum? & ſtantes in curribus æmilianos?
Et curios iam dimidios? naſumq; minorem
Coruini? & Galbam auriculis: naſoq; carentem?
Qui fructus generis tabula iactare capaci

STemmata qd. Hæc ſaty. eos inſectat᷑: q aut maiorꝶ gloria: aut falſis fortunæ bõnis efferuntur exiſti-mantes uerã inde hoĩs nobilitatẽ pẽdere docẽs eã hereditariã nõ eẽ: nec a parentib. teſtamẽto reliq: ſed unũquẽq; uirtutũ meritis fieri nobilẽ: uñ illud eſt Senecæ ad Luci platonẽ nõ accepit nobilẽ phi loſophia. ſed fecit. Hincq; nactus occaſionẽ monet Ponticũ ad quẽ ſcri. ſatyrã multos extitiſſe: q hu-mili loco nati ad ſummã dignitatẽ cõſurrexerũt: ſeq; uirtutis ſplẽdore claros nobileſq; fecerunt: cõtra nõ nullos: q ex claris parentibus orti in aliquid dedecus reuoluti ſunt lucem: q̃ a maiorib. ſuis acceperant: in tenebras cõuertiſſe ut ſic demũ oſtẽdat ueram nobilitatẽ ex uirtute pendere. ¶ Stẽmata. In atriis Romani imagĩes maiorꝶ cæreas habebant ſingulis armariis diſpo ſitas ut eſſent imagines que cõitarent gentilicia funera: ſemperq; dfuncto aliquo totus aderat fa miliæ eius. qui unquam fuerat populus. Stẽmata igitur (ut ſcri. Pli.) lineis diſcurrebant ad imagĩes pictas: talem igit᷑ imaginũ ordinem antiqui Stẽ-ma nominauerunt Trãquil. in Nerone: obiectũ eſt Caſſio longino: q in uetere gẽtili ſtẽmate. C.

Stemma Caſſii pcuſſoris cæſaris imagines retinuiſſet. Idẽ in galba. Imperator uero ẽt Stẽma in atrio ppo ſuerit: quo paternã originẽ ad iouẽ: maternã ad paſiphẽ minois uxorẽ referret. Mar. Atria piſo-nũ ſtabãt cum ſtẽmate toto. Et docti Senecæ ter ueneranda domus. Spartianus. in uita Cõmodi. Is enim liber debet oĩa q̃ ad Stẽmata generis cõti nere. Lãpridius in Alexãdro Seuero. Et ſtẽma ge neris depinxerat quo oſtendebatur genus eius a Metellis deſcẽdere. Sene. ĩ tertio de bñficiis Qui imagines ĩ atrio exponũt: & noĩa familiæ ſuæ lõ go ordĩe: ac multis illigata flexuris ĩ parte prima ædium collocant: nõ noti magis q̃ nobiles ſunt: q Stẽmata p ſtatuis acciperent᷑ nõ probo. Nam quũ Trangl. ſcribat in ueteri Stẽmate imagines retinuiſſe. Idem eẽt: ac ſi diceret: ſtatuã in ſtatua retinuiſſe (Sed ut dixi) pro ordĩe illo nobilitatis q deſignabat᷑ per eas ſtatuas ĩ atriis depoſitas in armariis: & illigatas multis lineis. De qb. & pau-lus iuriſcõſultus de gradibus ſic ſcri. Stẽmata co gnitionũ directo limite in duas lineas ſeparant᷑: quarũ altera ſuperior: altera ĩferior. Ex ſupiore aũt uero & ſecũdo gradu trãſuerſæ lineæ pẽdẽt. Stẽmata item a ſcriptorib. frequẽtiſſime p generoſitate uſurpãt᷑. Mar. Argẽti furioſa ſui quũ ſtẽmata narrat. Papi. in ſyluis. Expectatur equus: cuius de ſtẽmate longo. Fœlix demeritos habet admiſſu ra parẽtes. Perſius. Stẽmate q tuſco ramũ milleſime ducis. Ait ergo poeta: ſtẽmata nõ ea eſſe: q̃ nobilitatẽ homini parent. ¶ Longo ſan. longo maiorꝶ genere: ut oñdat ex genere maiorũ ueram nobilitatẽ non pendere. Ouid. Nã genus: & pauos: & q̃ nõ fecimus ipſi. Vix ea noſtra puto. ¶ Pictos uultus. Nã imagines pictæ erãt: ut dictũ eſt. Stẽ mata diſcurrebant lineis ad imagines pictas. ¶ Aemilianos ſtantes in currib. i. ſtatuas triũphales Aemilionarũ. Nã paulus Aemilius filius eius: q apud cãnas trucidatus eſt de ligurib. & Perſa rege macedonũ triumphauit. Ex quo na tus eſt filius: quẽ Scipioni filio aphricani ſupioris tradidit in adoptionẽ: q æmilianus ẽ cognominatus: is fuit q car thaginem deleuit. Numantiam in hiſpania uicit: unde & aphricani inferioris: & Numãtini cognomẽ reportauit. ¶ Et curios. M. Curium abſtinentiſſimum fuiſſe illud declarat: q quum ſamnitum legati (ut ſcribũt Vale. Plu. & Li uius) ad eum in ſcãno ſedentem magnum auri põdus attuliſſenr publice miſſum: inuitarẽtq;: ut id acciperet. rñdit: ſe malle locupletibus impare quã locupletẽ fieri: & q acie uinci nõ potuit: eum pecunia corrumpi nõ poſſe. ¶ Cor-uini: coruinorum familia fuit antiqſſima: q̃ a coruo propugnatore Valerii aduerſus ferocẽ Gallũ accepit cognomẽ ex ea familia fuit Meſſala coruinus orator: qui primus præfectus urbis ſexto die magiſtratu ſe abdicauit nõ ciuilem poteſtatem eſſe conteſtans. Eum inter oratores laudat ſic Quintilia. in. x. At Meſſala nitidus: & candidus: & quo-dammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam uiribus minor. ¶ Galbam: ſulpitiorum familiam antiquiſſi-mam docet Tranquillus in Galba. Qui autem primus cognomen Galbe tulerit: cur: aut unde traxerit. ambigitur. Familiam illuſtrauit Sergius Galba conſularis: & eloquentiſſimus: quem tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinẽtẽ. xxx. luſitanorum milibus perfidia trucidatis Variatini belli cauſam extitiſſe. ¶ Magiſtros fumoſos. ideſt imagines fumoſas: & ueteres ſuorum maiorum: qui fuerint magiſtri equitum: quæ dignitas in populo Romano fuit ampliſſi ma. Nam dictatoribus ſemper iungebantur eo modo: quo regibus tribuni celerum. i. equitum. nec nunquã dictato res creabantur: niſi ingruente maxima neceſſitate. Tunc cæteri magiſtratus in urbe ceſſabant ab iis ius prouocandi

dictator non erat: quib. & capitis animaduerſio data eſt. Et quia hic magiſtratus maxĩe eſſet poteſtatis: non erat fas ultra ſex

magiſter mẽſes retineri. Quũ ergo dictator ſine magiſtro equitum non crearet᷑: bene dixit cum dictatore magiſtros: dictus ẽ

equitum a dicendo dictator. quod a conſule diceretur. Tranquil. in Tyberio. Quum dictatorem dicere a ſenatu iuberetur.

Fumosas:aūt legēdū esse:nō famosos illud me monet Ciceronis ī pisonē. Obrepsisti ad honores errore hoīum: cōmendatōe fumosaꝝ imaginū:quaꝝ simile habes nihil: pter colorē. Seneca ad Luciliū.non facit nobilē Atrium plenū fumosis imaginibus. Boe.ī pricipio operis loquens de qbusdā uestibus ait. Quaꝝ speciē sicut fumosas solet imagines caligo quedā obduxerat. Nā in triis ignis fiebat:un & Diuus Lucas in diuinis scripturis ait. Petrus uero sequebatur eum a longe. Accenso aūt igne in medio atrii:& circūsedentibus illis :erat Petrus ī medio illoꝝ. Non ignoro famosum capi et in laudē:de quo illic. Famosaq; mœnia lagi. Corā lapidis.i.clarissimis imaginibus maiorum tuoꝝ:qualis fuit Aemilius lepidus:qui bis consul fuit:pōtifex maximus:& censor: de quo plura in.vi.satyra. Effigies :quid necesse est inquit iactare & ostētare effigies tot bellatorum: si tota nocte in alea uersaris aī numantinos.i.aī imagines tuoꝝ maioꝝ:qualis fuit Scipio numantinus. Nā Scipio Aemlianus Macedonici filius:ut a delata Carthagine cognomiatus ē Aphricanus :Sic & a Numātia deuicta numātinus : que ciuitas in hispania olim memoratissima:quis sine muris:& turribus populi Ro.p multos annos bella sustinuit:demūq; longa obsidione:& fame uicta:seipsas ferro:ueneno:& igne subiecto absumpsit. Deletæ Numantiæ solū titulū in triūphum tulit Scipio:nullo numantino inuento:qui cathenatus in triūphū duceret. Cuius cognominis meminit & Proptius. Vera numātinos regna loquunt̄ auos. Et Apule.i.i.limine scdæ apologiæ. At hoc ego Aemiliano:nō huic aphro:sed illi aphricano:& Numantino:& pterea censorio uix credidissem. Et ita dictū aī numantinos.i.aī statuas numantinoꝝ:sicut & ista. Statuāq; parētis aī Triūphalē. Effigies quo.i.cur:ad qd. Virg. Quo molē hanc īmanis eq statuere. Pernox alea:ita dictū:ut illud uigiles fenæstræ:nā q; hoīs est:rei applicauit. Pernox.n.appellat̄ : q; p noctē uigilat. Luciferi ortu.i.ipso autoræ ortu.i.si tota nocte in alea uersatus: qeti tandē te ad aurorā tradis : quo tpe maiores illi tui clarissimi īperatores ī expeditionē exercitū ducebant. Nā &.C. Sul. dictator:ut docet Liuius li.vii. primæ decadis:ubi illuxit in radicibus montiū extēdere aciē cœpit aduersus gallos. Ortu lu. Lucifer stella est : q̄ quū ante solē currit:lucifer appellatur:eadē:quum solem sequat̄ Vesperugo :siue uesper uocitat̄ : lege Victu.li.ix. & Pli.li.ii.ca.viii. Cur allo. Sensus est : cur inqt Fabius maioꝝ gloria efferat̄ eorūq; titulos sibi asciscat:si auaritia & libidine flagrat:ut ostendat nobilitatem nō pendere ex genere:neq; ex gloria maiorum hoc dicit propter Q. Fabiū maximū filiū. Q. Fabii maximi allobrogis ciuis:& īperatoris clarissimi:q uitā luxu pditā egit:& maioribus indignā:adeo ut Pōpeius ptor urbanus paternis bōis iterdixerit:lege Valeriū li.iii.ca.v. Per hūc aūt intelligit oēs: qui moribus neq̄q maioribus suis siles:eorū tantū gloria efferunt̄. Allobrogicis:cognomine maiorū: q; familiæ pepit.is fabius:q apud flumen Isarā aduersus allobroges & Bituitū Aruēnorū regē fœliciter pugnauit. Ex bituiti exercitu cæsa milia hoīum centū uiginti. Bituitus Albe custodiendus datus est quum ad satisfaciendū senatui romam profectus eēt. Allobroges ī deditionem accepti. Lege Liuiū. Allobroges aūt populi sunt galliæ narbonensis quorum metropolis est Viēna. Stra.li.iiii. Fabius na.in lare herculo hoc dicit qa gēs Fabia originē duxit ab Hercule. Oui.in fa.li.ii. Vt tū. Herculeæ supessent noīa gentis. Credibile est ipsos cōsuluisse deos. Idē in li.de pō.scribens ad Fabiū maximū sic ait. Cōueniens aio genus est tibi:nobile nāq; Pectus:& herculæ simplicitatis habes. Ferunt.n.autore Plu.ex una nympharū Fabiū maximū genitū esse. Quidam uero herculem apud fluuium tyberim cū muliere indigena congressum habuisse asserunt : & Fabiū uiꝝ optimū :a quo Fabioꝝ familia romæ initiū habuit genuisse:uñ ēt tanq̄ deu sibi ppinquum:& familiarē iuocabāt Fabii: Plu.ī eadē uita Fabii sic scribit. Vt aīaduertit dissipatas romanoꝝ copias:& undique ab hoste circūuentas:clamorque fugiētium ad aures eius persuasit:pcusso femore:suspiriisque ac gemitu oībus pñtibus:proh Hercules inqt Citius qdem q̄ sperabam: tardius uero quā ipse maturabat Minutius seipsum perdidit. Fabius itē.ut scribit Plinius. Recepto Tarento ab hostibus signum Herculis inde translatum in capitolio dedicauit. Et magna gaudeat ara. Cur inqt sibi placeat Fabius:q; sacra Herculis ministret. Nam familia fabiorum sacra Herculis hereditaria habebat:que peculiari colebant ueneratione originem enim:ut diximus:ducebat ab Hercule. Eam aram magnam dixit pro maxima:idque rōne carminis: neq;.n. maxima in sexto casu pōt stare in uersu. Eā arā Euāder Herculi dedicauit in foro boario:unde Oui.in fastis. Institutque tibi q̄ maxīa dr̄ arā. De hac lege Liuium in pmo limine pmi lib.ab urbe cōdita. Et Oui.in pmo fast. Dionysius de ea ita scribit. Est.n.foro boario pxia ueneratōe apud īcolas iter cæteras pcipua. Solinus. Hercules īstituit aram:q̄ maxima apud pōtifices hr̄:quum se ex Nicostrata Euādri mr̄e:que a Vaticinio Carmentis dicta est:īmortalem cōpetisset. Si cu.si auarus sit:q; turpissimū hoī est. Tale est illud Persii. Egregiū quū me uicinia dicat. Non credā:uiso si palles īprobe nūmo. Si facis ī penē:qcqd tibi uēit amaꝝ &c. Vanus:stultus ac si dicat modicæ prudētie:ut illud. Sic libitū uano q nos distixit Othoni aut uanū:mēdacē ītelligit:& neq;:Terētius. Nōne pudet uanitatis:hoc est mēdacii. Vir. Nec si miseꝝ fortuna sinonē. Fixit:uanū ēt mēdacēque īproba finget. Euganea:patauia ad oues aūt altinates respexit:q̄ lanaꝝ mollicie:autore Columella:cōmendabātur. Mar. Velleribus primis apulia:parma secūdis. Nobilis Altinū tertia laudat ouis. Sunt aūt Euganei Venetiæ populi. Sydonius Apollinaris mētōem faciens de Tito Liuio sic. Vel qcqd in æuū. Mittunt euganeis patauina uolumina chartis. Mart. Laudans Altini littora.li.quarto Epigrāmatum sic inquit. Quæque anthenoreo dryadum pulcherrima faunc. Nupsit ad Euganeos sola puella lacus. Cæteꝝ de Euganeis leges Pli.li.iii.ca.xx.&.xxi. Mollior:delicatior & minime

Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis male uiuitur: effigies quo
Tot bellatorum:si luditur alea pernox
Ante numantinos: si dormire incipis ortu
Luciferi:quo signa duces:& castra mouebant:
Cur allobrogicis:& magna gaudeat ara
Natus in herculeo Fabius lare, si cupidus:si
Vanus:& euganea quantumuis mollior agna:

Scipio numantinus

Pernox

Lucifer

Allobroges

Fabiorū Familia

Vanus

aptus laboribus bellicis:ut ostendat corporis mollitiē haud quaquā uiris conuenire. ¶ Attritus lumbū. Sinecdoche .i. habens lumbum attritum:mollitiem sui temporis notat:quo multi sibi draucos appetebant cutem sibi poliētes. Lumbū autem posuit pro podice:quem:ut teneri & ueluti mulieres uiderent depilem:glabrumq; sibi reddebāt. ¶ Pumice catinensi.i.siculo. Nam catina ciuitas est siciliæ non longe a monte ætna:qui perpetuo flagrans incendio:lapides pumices eructat in littus catinense. Est autem pumex lapis leuis:& spōgiosus:atq; aridus incendio excoctus. De quo sic Virg. in Aetna Congeries saxi angusto e uertice surgunt. Sic ueluti in fornace lapis torretur: & oīs Exuitur pēitus uenis subit altius humor. &c.

Catina
Pumex

Si tenerum attritus catinensi pumice lumbū
Squallentes traducit auos: emptorque ueneni
Frangenda miseram funestat imagine gentē:
Tota licet ueteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est: atque unica uirtus.
Paulus: uel Cossus: uel Drusus moribus esto.
Hos ante effigies maiorum pone tuorum.
Præcedant ipsas illi te consule uirgas.
Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi:

De pumice sic Pli. li. xxxvi. Sed & his pumices: q sunt in usu corporum leuigandorum fœminis iā quidem & uiris. ¶ Traducit auos squallētes.i. dedecorat:& ridendos prebet:quum eis similis non sit. Traducere enim est dedecorare:& ueluti infamia afficere:ut est illud Mart. Rideris multoque magis traduceris afer.i. infamia afficeris: & dedecore aspergeris:& rideris: & in sequentibus. In q̄ se traducebat Vlysses.i. dedecorabat:seq; ridēdū prebebat. Sic & illud in sacra scriptura. Ioseph āt quum esset uir bonus:& nollet eā traducere: hoc est nota:& infamia afficere:& ridendam prebeř. De hoc etiam priore satyra diximus. ¶ Imagine frangenda:si in stēmate suorum maiorum habet statuam:q̄ cæteris ē dedecori:& ideo frangēda. ¶ Funestat:cōmaculat. ¶ Miserā:dictū per cōmiserationē:q̄ talem produxerit. ¶ Veteres ceræ:imagines cereæ collocatæ in armariis in atriis ut dictū est. Seneca de beneficiis. Nēo altero nobilior:nisi cui rectius ingenium:& artibus bonis aptius. Qui imagines in atriis exponunt:& noīa familiæ suæ longo ordine:ac multis stēmatum illigata flexuris in parte pria ædium collocant:nō noti magis q̄ nobiles sunt. ¶ Atria. Atriū p̄ma erat pars ædiū:ubi imagines cereæ maiorꝝ in armariis collocabanť:& ubi Clientes dn̄m expectātes cōsidebant. Oratius. Et reb. omissis Atria seruantē postico falle cliētē. Seneca de breuitate uitæ. Quā multi:per refertum clientib. atrium prodire uitabant:illic ignis ut pauloante diximus:fiebat:ideo Iuue. superius imagines fumosas appellat. Dictaq; sunt:atria:uel ab Atriatib. tuscis:ꝙ illinc exemplū sumptum sit:autor Varro: uel ꝙ a terra oriant:quasi aterraria:uel ꝙ atra essent ex fumo. De iis sic meminit Vitrui. in. vi. Earum autem rerum nō solum erunt in urbe ædificiorum rōnes:sed ēt ruri preterq̄:ꝙ in urbe atria proxima ianuis solent eē. ¶ Nobilitas sola uirtus. Concludit nobilitatem non in gloria maiorum:neq; in falsis fortunæ bonis:sed in propria:ueraq; animi uirtute consistere:unde Marius apud Sal. ait:fortissimum quēq; generosum esse. Ostendit autem poeta nobilitatem hereditariam non esse:quandoquidem uirtus in qua ipsa consistit nobilitas:neq; dono detur:neq; accipiať Quū diuitiæ: & imagines:& alia fortunæ bona a maiorib. relinqui possint. Virtus:autore Ci. in rheto. aī habitus ē naturæ modo:atq; rōni consentaneus:habitus uero est ai: corporisq; constans et absoluta aliqua in re perfectio. ¶ Paulus morib. esto:facito sis similis morib. paulo:& Cosso:& druso:qui multis officiis de repub. bn̄meriti sunt: per paulum intelligere possumus Paulum Aemilium:q persen macedoniæ regem cum liberis eius in triūphū duxit:quiq; frugalitatis & modestiæ amator filiaꝝ maiorē. M. Cato. filio uxorē dedit minorē: Helio Tuberoni pauperi:sed optio:uirtutē.n. est admiratus:per quā erat pauper. ¶ Vel cossus:de cosso intelligendū est:qui ut scri. Florus Mussulanos & Getulos accolas syrtium:iubēte Augusto Cæsare domuit. unde cognomentū getulici assecutus est:unde sequitur. Salue Getulice:meminit & Tranquil. in Augusto:fuit & aū:ut scri. Liui. li iiii. Cornelius Cossus tribunus militū:q occiso Volūnio rege ueientium:opima spolia secunda retulit. ¶ Drusus:de Claudio Druso pōt intelligi:qui (autore Tranquillo) hostium duce Drauso cominus trucidato:sibi posterisq; suis cognomē inuenit. Tradit ēt proprætor ex prouincia gallia retulisse aurum Senonibus olī in obsidione capitolii datum:nec (ut fama est) extortum a Camillo:posses ēt itelligere de Druso Nerone:qui Asdrubalē iuxta metaurum cecidit:aut Druso fratre Tyberii: Neronis:qui ab Augusto in Germaniam missus parta illic uictoria Germanici cognomen est assecutus:hos ergo tres cōmemorat:ut de repu. optime meritos. ¶ Hos. s. mores:ut sit sensus:Fac ut imagines tuorū maiorum uideant uitam bene compositam in te esse. ¶ Illi scilicet mores. ¶ Præcedant:si uis inqnit uera nobilitate censeri:fac dignitates:& honores:quos in rep. adeptus es:uirtutibus & moribus ornes:& eos semper tecū preferas. ¶ Ipsas uirgas:ipsas dignitates:nam consulibus duodecim lictores dabantur cum duodecim fascibus uirgarū: totidemque securibus colligatis:qui consules præcedebant:prætoribus uero sex tantum fasces cum reliquis insignib. ¶ Animi bona. Bonorum tria sunt genera:alia sunt corporis:ut ualitudo:uelocitas:uires:dignitas. Alia fortunæ: quæ externa dicuntur:quod penitus extra sint omnem hominis potestatem:& fortūæ imperio subiecta:ut genus: educatō:opes:Clientelæ:amicitiæ:affinitates:gloria maiorum quæ incerta infirmaque sunt quæque homines ignauos plærumque reddunt & ab omni uirtute alienos. hinc ergo uera nobilitas non pendet. Alia sunt animi bona quæ consilio & cogitatione nostra constant uidelicet Iustitia fortitudo:prudentia:& modestia: quæ uirtutes sunt morales: & quibus ueluti diis similes efficimur:hinc ergo uera habetur nobilitas:inquit igitur poeta:prima mihi debes animi bona:ut sit prima pro primum:nomen pro aduerbio:ut sit sensus. Si uis nobilis haberi ex bonis externis & corporis:fac primum bona animi.i. uirtutem amplexus sis: quæ maxime æternitati hominis memoriam consecrat:& sine ea uera nobilitas non habetur. ut ostendat & illis bonis hominem etiam posse clarescere. sed bona animi ea esse quæ ueram hominis nobilitatem tribuant. ¶ Sanctus haberi.

Traduco
Atrium
Virtus quid.
Bonorum tria genera

ordo hic ē & sensus. Ergo te inqt agnosco pcerem.i.nobile: si mereris haberi: & dictis & factis sanctus: & iustitiæ tenax. Bñ aūt Iuue. uiꝝ bonū desiniuit: q & ope: & uerbo unicuiq: si possit: pdest: & nemini iniuriā facit. Sanctū (autore Macro.) dicimus sacrū. q religiosum: & omni obseruatiōe inuiolatū: ueꝝ ēt apud autores: ut hoc loco accipit Sanctus p eo: q se ab omni labe purū custodit. ¶ Agnosco procerē: te habeo: & admitto nobilē: & generosum. ¶ Mereris: subaudi extrinsecus: si.i. si tu mereris haberi sanctus.i. bonus factis: & dictis salue. ¶ Getulice: te.n. salutabo quocūq uis cognomine: ut nobilissimū: qualis fuit Cossus Getulicus: tanq & tu getulos deuiceris. Naꝫ a uictoriis cognomenta duces reportabant: ut Numidicus: Macedonicus: Creticus: Isauricus: Dacicus: Britanicus. Mar. Creta dedit magnū: Magnis dedit aphrica nomē. Scipio quod uictor: quodq Metellus hēt. Nobilius domitto tribuit Germania Rheno. Et puer hoc dignus nōie Cæsar eras: &c. ¶ Seu tu sylläus: ordo ē: & sensus. Et libet mihi clamare pre lætitia: quod populus Aegyptius clamat iuento Osiri. Si tu coniugis patriæ ouanti Syllanus rarus: & egregius ciuis de quocūq alio sanguine.i. p lætitia clamabo: si tu de quocunq sanguine: ac si dicat ēt uilissimo natus similis fueris Syllano raro: & egregio ciui: ut preclara p rep. facias: sicut Syllanus. Is.n. autore Liuio lib. viii. secundi belli punici: Scipionis legatus Magonē ducem carthaginensiū in hispania supauit: Hānonē alteꝝ impatorē uiuū cœpit. Sicq poeta semper docet: illos nobiles eē: undecūq nati fuerint: qui pclaris facinorib. uitā suā illustrauerint. ¶ Patriæ ouanti. Nā patria læta est: quū de rep. bñmerētes habet ciues. ¶ Osiri inuento.i. iuuento Apiboue quē ægyptii colūt ueluti Osiridem. Nam tradiderunt aiam osiridis in bouē transmigrasse: nō ē fas eum certos (ut scribit Pli.) Vitæ annos excedere. Mersum igit i sacerdotum fonte enecant q̄situri luctu aliū: quem substituāt: donec iueniāt: mœrēt.

Iustitiæque tenax: dictis factisque mereris:
Agnosco procerem. salue Getulice: seu tu
Sillanus quocunque alio de sanguine rarus
Ciuis: & egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Inuento. quis enim generosum dixerit hunc: qui
Indignus genere: & præclaro nomine tantum
Insignis: nanum cuiusdam atlanta uocamus:
Aethiopem cygnum: paruā: extortāque puellam
Europen. canibus pigris: scabieque uetusta
Leuibus: & siccæ lambentibus ora lucernæ
Nomen erit pardus: tigris: leo: siquid adhuc est:
Quod fremit in terris uiolētius. ergo cauebis:
Et metues: ne tu sis creticus: aut Camerinus.
His ego: quē monui: tecum est mihi sermo rubelli
Plance. tumes alto drusorum sanguine: tanquam
Feceris ipse aliquid: propter quod nobilis esses.

Derasis etiam capitibus: nec tñ usq̄ diu querit uitulus priori psimilis: quo inuento populus luctum finit. De Apiboue ita scribit Stra. li. xvii. Memphis ægyptioꝝ est regia: ea Apidis templum habet: q idem est: quod osiris. Hic autem est ille Osiris: quem alii Saturni ex Rhea filium fuisse tradunt. Alii iouis ex niobe. Virum magni ingenii: gloriæ cupidum. q relictis argis patria sua: ad ægyptios transfretauit: quos ditioni suæ subegit. Isidem Inachi filiā: que io ante uocabatur: duxit uxorem: quorum uterq ob uarias uirtutes diuinos honores meruit. Isis enī leges stătuisse fert: uñ Thesmophora a græcis: hoc est legifera dicta est. Eam etiam frugum inuentricem dīt. Osirim uero uarias artes ægyptios docuisse: de quibus sic cecinit Tibullus. Primus aratra manu solerti fecit osiris. Et teneram ferro solicitauit humum. Primus inexperte cōmisit semina terræ. Pomaque non notis legit ab arboribus. Hic docuit teneram palis adiungere uitem. Hic uiridem dura: cedere falce cōmam. Verum Osirim ferunt a Typhone fratre per fraudem occisum fuisse ac dilaniatū eiusq membra ab uxore diu q̄sita quę quū nō iueniret i maxīos fletus prumpere solitam. Quare cōmotos ægyptios: tādiu eam quesiuisse: quoad iuxta syenem iuenerunt: q̄ illis Isis sepulturæ mādarit. ¶ Insignis: subaudi ē. ¶ Quis.n. rōnem affert illum nobilem: nequaq censendū: in quo solū preclarum genus: & nō uirtus spectatur: ut oñdat solam uirtutem dare hoī nobilitatem. Sene. Quis est generosus ad uirtutem bñ a natura cōpositus. Quinti. Qui generosissimus nonne: q optimus: nō q celebritate nascendi: sed q uirtute maxime excellit. ¶ Nanum: ostendit illum sæpe derisui haberi: qui nobilis & generosus appellatur. Nam quemadmodum per risum & iocum appellamus nanum alicuius Atlanta: & Aethyopem Album: & Cygnum: ita etiam ironicos appellamus aliquos creticos: & Camerinos: quū tamen non sint ueri Cretici: nec Camerini. Hoc ē: quum in iis nulla maioꝝ uirtutis ornamenta spectentur. Vt sit sensus: nō si te Creticum: aut Camerinum aliqs appellat ppea es Creticus: aut Camerinus. Nam id cognomē posset tibi esse impositum in derisum sicuti ēt p iocum Atlanta nanum appellamus. ¶ Europen: quam ob pulchritudinem iuppiter in taurum conuersus ex phenicia in Cretam aduexit: fuit aūt filia Agenoris Pheniciæ regis. ¶ Leuibus: sine pilis: q pp ætatē longā & scabiē decidunt. ¶ Ergo cauebis & metues: ne te ita p derisū uocēt creticū: & Cāerinū qnēadmodū Nanū appellāt atlāta: & æthyopē cygnū. ab eo Metello: q deuicta creta Creticus est cognominatus: & ab eo. P. Sulpitio Camerino uetustissimi generis: q una quum Sp. posthumo Albo Manlio missi fuerūt athenas: iussi inclytas leges Solonis describere & aliaꝝ ciuitatū instituta: iura: moresq noscere. ¶ Tecum est a pontico ad quem scri. satyram discedit: & Rubelliū plancū alloquitur: mox ad pōticum redibit: quū dicet paulopost: Hæc satis ad iuuenem: De Rubellio planco ita scri. Tacitus in nerone. Igitur quasi iam depulso Nerone: deligeretur perquirebant: & oīum ore Rubellius plancus celebrabatur: cui nobilitas per matrem ex iulia familia: ipse placita maiorum colebat habitu seuero casta & secreta domo: quantoq metu occultior: tanto plus famæ adeptus. ¶ Tumes: tanquam aliquid egregium feceris unde nobilis sis censendus: sicque ostendit ad ueram nobilitatem non sufficere genus maiorum.

Sanctū

Cognomina

Osiris

Isis
Tesmophora

¶ Vt te cõcipet;ſubaudi extrinſecus:& ut ſit.Et ut te cõcipet mater ex familia iulia:nõ autem ignobilis mulier: q̃ urgente pauptate texit telam cõducta mercede.¶ Sub aere:ſub dio:ſicq; paupeꝝ manſiones deſignauit.Ora.Diues ne priſco natus ab macho:nil intereſt:an paup:an infima de gente ſub dio moreris.¶ Vos humiles inqs:ſubaudi eſtis:cũ cõtemptu ꝓferendũ hoc eſt.¶ Aſt ego cecropides:ſubaudi ſum.i.nobilis:nõ ãt hoc dicit:qa ſit atheníenſis Rubellius:ſed qa quũ Athenis de nobilitate eſſet certatio:aliiq; ſe dicerent oriundos a Cecrope:ſeq; cecropidas dicerẽt.Alii ab Alcmæone:uñ Alcmæõii:alii ab Ericheo uñ Ericthidæ;Cecropidæ gñe pſtabant.¶ Viuas:ñ

Vt te conciperet:quæ ſanguine fulget Iulí:
Non quæ uentoſo conducta ſub aere texit.
Vos humiles inquis uulgi pars ultima noſtri:
Quorũ nemo queat patriam monſtrare parentis.
Aſt ego cecropides.uiuas:& originis huius
Gaudia longa feras:tamen ima plæbe quiritem
Facundũ inuenies.ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indocti:ueniet de plæbe togata:
Qui iuris nodos:& legum ænigmata ſoluat.
Hic petit euphratem iuuenis:domitiq; Bataui
Cuſtodes aquilas armis induſtrius.at tu
Nil niſi cecropides:trũcoq; ſimillimus hermæ.
Nullo quippe alio uincis diſcrimine:quã quod
Illi marmoreum caput eſt:tua uiuit imago.
Dic mihi teucrorum proles,animalia muta
Quis generoſa putet niſi fortia:nẽpe uolucrem
Sic laudamus equũ:facili cui plurima palma
Feruet:& exultat rauco uictoria circo.

Cecropidæ Ericthidæ Alcmeonii

ſine indignatõe dictũ a poeta & irriſione uanæ nobilitatis: imitatio ẽ Perſii. Dinomaches ego ſum ſuffla:ſum cãdidus eſto.¶ Tñ ima : ut oñdat nobilitatẽ pẽdere ex uirtute & bonis animi : nõ aũt ex bonis externis:qb.inſulſi homines iflant.¶ De plæbe togata.i.uili.Togatu.ut diximus ex Aſconii teſtimonio:erat ulioꝝ.¶ Aenigmata: ænigma ſermo ẽ obſcurus interpretamento indigens ab αινιττο qđ ẽ innuo:innuit.n.qddam

Aenigma

qđ poſtea eſt plurib.explicandum:uel ab αινιττομαι qđ eſt obſcure loquor:ut illud.Vidi mare concretũ in creta:ligneo in campo:ubi caro humana oſſibus ludebat:ſignat.n.ſalinũ cũ ſale ĩ mẽſa:ubi manus humana talos iactabat.Ergo ænigmata dubios & obſcuros legũ ſenſus:q̃ quidam e noſtris ueteribus ſcirpos appellant.Gelius.¶ Hic alius.Vt ſit ſenſus.Alius inqt iuuenis:quem uos ignobilẽ appellatis:nulli ꝑſus ꝑ repu.parcẽs labori longinquas regiões petit;mille pıcula adit. At tu nihil hoꝝ facis:cecropidem:te tantum uocas:hoc eſt nobilem:quũq; deſidiæ conſulas una hac re gloriaris:ꝙ nobilis ſis:eum autem non appellat cecropiden:ꝙ ſit athenienſis:ſed qa athenis:quũ familiæ de nobilitate contenderent aliæ dicebant ſe a cecrope oriundas:uñ Cecropidæ dicebant̃;aliæ ab Alcmæone:uñ Alcmæonii ; aliæ ab Ericheo : uñ Ericthidæ.ſed cecropidæ nobiliores habebant̃ a Cecrope:q etiã añ Deucaliõis tpa regnauit Athenis:quẽ oĩs antiqtas fabulata ẽ fuiſſe biformem:qa primus marẽ fœminæ matrimonio iunxit.

Batavi ¶ Euphratem:partes orientales:nam Euphrates fluuius eſt:quem fundit maior Armenia Babylonem interluens autores Strabo li.ii.& li.xi.item Solinus & Mela hunc Aſſirii Regium flumen appellant.¶ Bataui domiti.de batauis meminit Tacitus in eo opuſculo quem de Germanis cõpoſuit (Sunt.n.germaniæ ꝑpři) rhenum incolentes hos Domitianus adhuc puer domuit ut ſcribit.Tacitus & Sylius.At puer auricomo iam formidate batauo.¶ Cuſtodes aquilas uexilla nam aquila Romanorum erat inſigne.Iuue.in ſequentibus.Da nunc & uolucrem ſceptro q̃ ſurgit eburno eo loco de aquila pluſcula,Vegetius primum ſignum totius legionis eſt aquila quam aquilifer portat.¶ Aquilas cuſtodes domiti bataui.i.pſidia poſita ad tenendos Batauos nuper domitos a Domitiano.¶ Trũ

Hermes coq; ſimillimus hermæ.i.mercurio.Hermes.n.appellatus ẽ mercurius ut autor eſt Fulgẽtius ab eo: qđ ερμηνευω idẽ eſt quod interpretor & differo illa uidelicet cauſa aut quod negociatori linguarũ ſit diſſertio neceſſaria(utraq; enim regna pmeare dicit̃ ſuperna atque inferna)ꝙ modo uentis in altũ nauigans currat modo demerſus inferna tempeſtatibus appetat uel ut autor eſt Diodo.lib.i.ꝙ ſermonis inuẽtor fuerit.Ora.Mercuri.facũde nepos Athlantis.Qui feros cultus hoĩum recentũ, Voce formaſti catus uel quia uerborũ interpretationem inuenerit unde & ipſum Hermẽ hoc eſt interpretẽ appellarunt.Latini uero Mercurium dici uoluere quaſi mercũ curam negociis eni ut ſcribit Fulgentius:prefuiſſe dicitur:eũq; deum lucri putauerunt.Perſius.Mercuriũque accerſis fibra:da fortunare penates.Ora.Mercarier unus Cum lucro norã.nam frequentia mercuriale:impoſuere mihi cognomen compita. Herme lapidei athenis ex domeſtica conſuetudine opus quadratũ,plurimi erant:tã in priuataꝝ ediũ ueſtibulis:q̃ in ſacrarũ:qui ut ſcribit Tucydides li.vi.hiſtoriarũ una nocte:quũ athenienſes expeditionẽ aduerſus Syracuſanos pararent.ex maxima parte circa ora circunciſi fuerũt incerto autore:que res infœlicitatem portẽdit Atheniẽſibus: nam Syracuſani ſuperati:cæſique pene fuerunt omnes.De Mercurio etiam ſic loquit̃ Macro.primo Satur.Plæraq; etiam ſimulacra Mercurii quadrato ſtatu figurantur ſolo capite inſignita.Hoc idem teſtatur Plutarchus in Nicia & Alcibade ſic.Adiiciebãt preterea Mercurii Statuas:quarũ Athenis magna copia erat ex omnibus locis ciuitatis una nocte fuiſſe deiectas:capitibuſque perfractis ad terram proſtratas iacere:meminit & Aemilius probus in Alcibiade bene igitur comparat poeta illum:qui ſe Cecropidem dixit:quum patriæ inutilis ſit ſtatuæ truncæ mercurii. ¶ Nullo diſcrimine:nulla differentia.¶ Dic mihi tu Rubelli:qui te iactas oriundum ex ſanguine Iuli:& troianorum:nam ex familia iulia:ut dixit:ducebat origiñẽ.¶ Sic laudamus equum quia ſæpe ſit uelox in certamine & uictor.¶ Rauco ſonoro propter clamorem fauẽtium & excitantium currentes illic aurigas.Nam ut diximus initio operis.Rauci codri.Raucus uocabulũ eſt mediũ ut modo ſonorũ modo obtuſæ uocis raucum appellamus.

Nobilis hic:quocunq; uenit de gramine:cuius
Clara fuga ante alios:& primus i ęquore puluis.
Sed uenale pecus corithæ:posteritas &
Hirpini, si rara iugo uictoria sedit.
Nil ibi maiorum respectus:gratia nulla.
Vmbrarum:dominos preciis mutare iubentur
Exiguis:tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes:digniq; mollam uersare nepotis.
Ergo ut miremur te:non tua:primum aliquid da:
Quod possim titulis incidere pręter honores:
Quos illis damus:& dedimus:quibus oĩa debes.
Hæc satis ad iuuenem:quem nobis fama superbũ
Tradit:& inflatum:plenũq; Nerone propinquo.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. Sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim:sic ut nihil ipse futurę
Laudis agas:miserum est aliorum incũbere famę.
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos.
Esto bonus miles:tutor bonus:arbiter idem
Integer, ambiguę si quando citabere testis:
Incertæq; rei:phalaris licet imperet:ut sis

¶ Nobilis ille inquit est equus undecunq; ortus sit:qui in certamine cæteros cursu superabat: ut innuat ita & illos nobiles uocandos:qui egregio aliquo facto cæteris prestant:non qui opibus:aut maioꝝ gloria nitatur: quum nobilitas tota ab aĩ probitatibus pendeat. ¶ Hirpini:nomen equi optimi. Mar. Hirpini ueteres: qui bene nouit auos. ¶ Hirpini & Corithæ:ait poeta eoꝝ sobolem a dñis quibus chari esse deberent respectu parentum: uenditioni exponi:qa paꝝ cursu ualeant. ¶ Si rara:rõ quare uendatur. ¶ Iugo.i. si raram consecutus fuerit uictoriã: dũ currum in circo trahit. ¶ Nil ibi maioꝝ:nullo.n.maioꝝ respectu mouentur:qn illos ut inutiles uendant. Sicque poeta docet illos contẽni: qa maioribus suis degenerauere. ¶ Nil ibi:ordo est:nil respectus est. ¶ Ibi.i.in equo optimis parentibus progenito. ¶ Vmbraꝝ:maioꝝ mortuorum. ¶ Epirhedia. Epirhedium currum significat: quod uocabulũ Epirhedium
romani:autore Fabio:ex duobus peregrinis suũ fecerunt:επι & Rheda dictione gallica:q uehiculum significat. Gelius autor est: quosdam sensisse uocabulum totum esse barbarum. ¶ Molã nepotis. Nepos nomen est propriũ uiri: qui rõæ habebat pistrinum: de quo Marti. Bis uicine nepos. ¶ Ergo:ut miremur. Sensus hic est. Quãdo quidem is nobilis dũtaxat est cuius uita pendet ex uirtute? & non ex maioꝝ gloria. Aliquid igitur primum effice:unde te:& non tua.i. maiorũ tuoꝝ genus:& facta miremur:quia ut dictum ẽ: ex Ouidii sñia: Genus:& proauos: & quæ nõ fecimus ipsi: Vix ea nostra puto: sed quod per uirtutem fecimus:id totum nostrum est: & facit nobiles. ¶ Non tua:genus:& gloriam maiorũ tuorum. ¶ Aliquid da:aliquid preclarum ede. ¶ Quod possim incidere titulis.i.inscriptionib. Præter honores:præter famam & gloriam tuoꝝ maioꝝ:quos tanquam uiros ꝓbos laudauimus. ¶ Quibus oĩa debes: ex quibus totus pendes: oĩa.n. quæ habes uidelicet gloriam & famam illis debes.i.eoꝝ bñficio oĩa habes:ita dictum: ut illud criminibus debẽt hortos.i.obligati sunt criminibus:q hortos habeãt: qa eoꝝ bñficio sunt assequuti. ¶ Fama: aut quem gloria maiorũ tradit:& reddit superbum:aut quem fama.i.rumor tradit esse superbum.i.dicit Nerone propinquo hinc.n.inflatur:q ex familia Iulia oriundum (ut diximus) se prædicabat:ex qua & Nero Cæsaꝝ ultimus originẽ ducebat. ¶ Rarus.n.non ẽ inquit miꝝ Rubelliũ ita inflari gloria:qa raro fit:ut sensus cõis in magnis opibus inueniat̃:sicq; taxat Rubelliũ meræ inscitiæ:ut q inde ueram nobilitatẽ pẽdere existimet. ¶ Sensus cõis. Intelligẽtia q̃dam oĩum cõis. Dicimus.n.hoĩem a cõi sensu remotũ:q aliqd turpiter:& citra rõnẽ facit: q̃si q minime qđ ab oĩbus cõiter fieri solet faciat. Imitatio ẽ Oratii. Cõi sensu plane caret inquimus. Quintilianus li.i. ĩprobãs uitã solitariã in futuro oratore sic scribit: Sẽsum ipm:qui cõis dr̃ ubi discet? quum se a cõgressu: qui nõ hominibus solum:sed mutis quoq; aĩalibus naturalis est segregarit? ¶ Laude tuoꝝ: nolim te totum ex rebus gestis maioꝝ pẽdere:sic ut nihil ipse facias:unde laudem merearis. ¶ Ne tecta collapsa:metaphoricos columnas uocat laudes maioꝝ.i.ne si laudes maioꝝ subtrahantur:quibus sustentaris:& tu corruas:quum te propria uirtute nõ fulcias:ergo ne tecta:idest ne tu ipse pereas ãmotis laudibus maioꝝ. ¶ Stratus humi palmes: alia translatione oñdit oportere hoĩem propria uirtute niti:ut stet:& ut palmes ulmis sustẽdãdus ẽ:si humi iaceat: sic & homo est pro͞pa uirtute fulciẽdus:exponitq; qbus uirtutibus sit innitẽdum ad uerã nobilitatẽ consequẽdam. ¶ Esto bonus miles ostẽdit queãdmodũ uera nobilitas cõparetur. ¶ Tutor:is ẽ:qui uim & ptãtem habet in capite libero ad tuendum eum:qui pp ætatẽ suã spõte se neqt defendere:itaq; tutor appellat̃:q̃si tutor:atq; defensor:unde tutela ipsa uis &
ptãs Vlpianus. ¶ Arbiter idẽ:is ꝓprie arbiter dr̃:qui uolũtarie assumit̃ cãæ cognitor ab utroq; litigãte:finẽq; sen Rheda
tẽtia sua cõtrouersiis imponit. Cicero in oratione pro Roscio. Quum ad iudicem causam labefactari aĩaduertunt:
ad arbitrum confugiunt Tranquil. in Othone. Cuidam etiam de patre finium litiganti cum uicino: adhibitus ar Tutor
biter totum agrum redemit:unde Arbitrarium dicitur:quum adhuc res apud arbitrum geritur:& adhuc ẽ ĩcerta.
¶ Integer:qui minime corrumpatur. ¶ Ambiguæ:ordo est. sensus:crede esse summum nephas præferre animam Arbiter
pudori.i.pluris facere uitã q̃ pudorem & honestatem:hoc dico si quando cithabere testis rei ambiguæ: ut sit sen arbitriũ
sus:laudabilius esse mori q̃ aliquid flagitiosum pp uitam cõmittere. ¶ Phalaris licet: Phalaris crudelissimus fuit Phalaris
tyrannus qui primus Agrigẽti in Sicilia tyrãnidem exercuit:ad oẽm sæuitiam natus:quam matri inauspicatũ somnum portẽdit (Visa.n.est facem parere) nouorum tormentoꝝ repertoribus p̃mia ꝓponebat. Ob quam rem Peril

taurū

lus ei aurum æneum fabricauit:quos homines subiecto igne inclusi torquerentur : & mugitum bouis uox homīs imitaretur. Cæterum Phalaris ipsum opificem eo inclusum supplicio mortis affecit. Oui. in Ibim. Paphio clausus in ære gemas. ¶ Dictet:ostendat qūo tibi iurandum sit. Nam dictare est aliquid docere in oī genere doctrinæ:qđ alius excipiat:&

Distet

Dictata quæ traduntur in oī genere disciplinæ. Persius. Cētum dictata fuisse. Pro nihilo pendas. ¶ Perdere causas uiuendi. Dupl'r dicimus hoīem uiuere:uidelicet:quum aīa est coniuncta corpori : & quum post hanc:quam mortem dicimus:hoīs memoria bonoꝝ opeꝝ meritis ad posteros extenditur. Qui igitur pro conser uatione huius uitæ turpia & nefanda cōmittit : amittit causas uiuēdi.i.bonos mores:bonum nomen:honestatem:quæ omnia sunt causa:ut hoīs fama immortalitatem consortiatur : bene enim agendo fit quod scribit Salu. Vt memoriam nostri quam maxime longam efficiamus. Ergo bona opera sunt causa æternæ memoriæ. Et ut hominis nomen semper uiuat. Vnde illud Martialis. Post te uicturæ:per te quoque uiuere chartæ. Incipiēt:cineri gloria sera uenit. ¶ Dignus morte perit. Sensus est. Ille omnino perit .i. nomē & fama eius oīno extinguitur : & in obscuro est dignus morte.i.de quo nulla unquam fiat mentio tanquam de scelerato:qui relicta honestate uoluptatibus se īmergit Pli. Iunior. Nam quicunque uoluptatibus dedit:quasi in diem uiuunt: uiuendi causas quottidie finiunt. Qui uero posteros cogitant:& memoriam sui operibus extendunt his nulla mors non retentina est. Merito igitur illos periisse iudicamus:qui uitam a uirtutib. alienam duxere:unde & Pli. exprobans nimium unguentorum luxum romanis sic inquit. Quis nō merito iudicet periisse tales

Falsus:& admoto dictet periuria tauro.
Sūmū crede nephas animā pręferre pudori:
Et propter uitam uiuendi perdere causas.
Dignus morte perit : cœnet licet ostrea centum
Gaurana: & cosmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia: quum te
Rectorem accipiet:pone irę fręna:modumq;
Pone & auaritię:miserere inopum sociorum.
Ossa uides regum uacuis exhausta medullis.
Respice quid moneāt leges:quid curia mādet.
Pręmia quāta bonos maneāt:quā fulmine iusto
Et capito:& tutor ruerint damnāte senatu
Piratę cilicum:sed quid damnatio cōfert?
Quū Pansa eripiat quicqd tibi Nacta reliquit?

¶ Licet cœnet:lauticie inquit istæ diuitiaꝝ:& luxus non ea sunt:quæ hoīs memoriā ad posteros propagēt.

Gaurus

Gaurana ostrea.i.quæ in lacu lucrino saginabantur. Est enim Gaurus mons in campania ñ longe a Baiis:proximus lucrino lacui:de quo Lucanus. Vel si conuulso uertice Gaurus. Decidat in fundum penitus stagnantis auerni. Strabo li.v. ¶ Mergatur:perfundatur:ungatur:hinc illud est Plinianum. Linique iam nō solum:sed & perfundi unguentis gaudent. ¶ Aheno Cosmi:unguento Cosmiano. Marti. Pastillos Cosmi luxuriosa uoras. Nam unguentis cognomina dedere:aliis patriæ:aliis succi:aliis arbores:aliis causæ:aliis confectores.

Ahenū
cacabus

¶ Aheno:uas est coquinarium ex ære. Paulus iurisconsultus scribit inter Cacabos & Ahenum:quod supra focum pendet omnino multum interesse:ut hoc aqua ad potandum calefiat:in illis pulmentaria coquantur. ¶ Expectata diu. Docet ponticum in prouinciæ administratione quid sit agendum:notans auariciam præfectorum : qui ad omnes rapinas conuersi socios:& prouinciales spoliabant. ¶ Expectata diu: quādiu: & summo desiderio expectasti. ¶ Ossa uides regum:idest uides reges ipsos exhaustos:& exinanitos usque ad sanguinem & medullas : unde Plutarchus in Antonio. Multi & reges ab eodem spoliati sunt:& fortunis omnibus exuti. ¶ Quid curia mandet:hoc est senatus qui magistratibus in prouincias euntibus mandat:ut iuste rectaque omnia administrent.

Curiæ
duæ

¶ Curia:duorum autem generum curiæ in urbe fuerunt:& ubi curarent res diuinas sacerdotes:ut curiæ ueteres:& ubi senatus humanas:ut curia Hostilia:quam primus ædificauit Hostilius rex:autor Varro. De qua sic & Titus Liuius libro primo ab urbe cōdita Tullus hostilius principes albanorum in patres:ut ea quoque pars reipublicę cresceret legit. Templumque ordini ab se aucto fecit cui iam:quæ hostilia usque ad patrum nostrorum ætatem appellata est. ¶ Maneant.expectent. ¶ Fulmine iusto:seuera:& graui senatus condemnatione. ¶ Ruerint : ceciderint condemnati. ¶ Et capito. Hic est ille Cossucianus Capito:qui:ut scribit Tacitus in Nerone:fuit Tigillini gener. cuius præcibus ascitus in ordinem senatorum repetundarum damnatus fuit: quod Ciciliam prouinciam : cui præfuerat:spoliasset. ¶ Numitor:possumus intelligere & Numitorem a Senatu: ut prouinciæ spoliatorem damnatum fuisse:placet:ut legatur. Numitor:nam & ante numitorem posuit pro nobili & diuite. Non habet infœlix numitor quod mittat amico. Quintillæ quod donet habet:nec defuit illi. Vnde emeret multa pascendum carne leonem. Sunt etiam Codices qui legunt & Tutor. Nam fuit temporibus Vitelii Iulius Tutor : quem ripe rheni præfecit Vitelius:lege Corne. Tacitum. ¶ Piratæ cilicum:ac si dicat spoliatores spoliatorum. Nam & Cilices,pyraticam exercuerunt Tryphonis & regum qui successerunt(ut autor est Strabo)ignauia eos Pompeius Magnus intra quadraginta dies captis:octingentis quadraginta sex nauibus ademit: autor Plutarchus. ¶ Sed quid : damnatio confert:sed quid inquit prodest tibi:illos esse damnatos:quando Aerarium id capiat: quod ipsi præfecti tibi reliquerunt:idest quod tu extorsisti ex ipsis damnatis. Nam per iudicium coacti erant bona illa rapta relinquere sociis: & prouincialibus : uerum auaricia principum ea in ærarium deferebantur : quod & prima Satyra Poeta est conquestus illic. At tu uictrix Prouincia ploras. ¶ Quum pansa eripiat quicquid tibi nacta reliquit:idest quum publicum ærarium tibi eripiat quicquid tibi reliquit præfectus spoliator : ut per pansam intelligas publicum ærarium:per Nactam omnem præfectum spoliatorem sociorum: legendumque est coniunctim cum superiore:ut sic se habeant uersus, Sed quid damnatio confert. Quum Pansa eripiat:quicquid tibi nacta reliquit.

¶ Præconem chærippe: hoc legendum quadam cum miseratione: ut sit sensus. O chærippe circũspice pconem uẽdentem pannos tuos: hoc est pannos prefecti dãnati: qui tui esse deberent: sed in erarium deferentur. Et iam tace noli ullo modo conqueri: nequid tibi ab imperatore grauius contingat: ut sit aspice: ut iniuste omnia rõæ agãtur: & tace: supprimenda inquit tibi est iniuria: quum iam mortis etiam ĩmineat periculum: si loqui nolueris. ¶ Furor ẽ perdere naulum. Summa inquit insania est uelle perdere uitam post omnia fortunæ bona. Metaphora autem est a dño nauis sumpta: qui post iacturam factam in mari: Naulum tñ ab his: qui in naui secum mansere studet exigere. Naulum proprie dr ipm precium: qđ gubernatori nauis persoluitur: ναυλον græci uocant. Ergo perdere naulum. i. uitam. ¶ Nõ erat par. i. sibi: qa tãto dolore non afficiebantur: quũ oĩno pluribus ablatis multa etiã superessent. ¶ Sociis florentibus: i. existentibus in maximo diuitiarũ flore & cumulo. ¶ Mõ uictis: recenter superatis: nam tunc quum primo uicti fuerant erãt diuites ¶ Spartana chlamys. hoc est uestis purpura laconica infecta. Nam succus ille purpuræ nõ modo apud tyrios inuenitur: sed & in menynge aphrycæ: & getulo littore oceani: & in laconia europæ lege Plinium li. ix. ca. xxxvi. Chlamys aũt uestis est militaris. ¶ Conchylia: uestes conchyliatæ: hẽ est purpura infectæ. Nam conchylia sunt ex genere purpurarũ: autore Pli. li. ix. ex cuius faucibus habetur ros: nue liquor aptus ad tingẽdas uestes ¶ Choa: absolute dictum. i. uestis choa tenuissima: quam Bombicinam appellamus tanta tenuitate: ut corpus pelluceret. Pli. li. xi. in mollium reprehensionem sic exclamat. Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare: pp onera æstiua: in tm̃ a lorica gerẽda discessere mores: ut oneri sint ẽt uestes. & Solinus. Hoc est illud sericum in usum publicum damno seueritatis admissum: & quo ostentare potius corpora quam uestire p̃mo fœminis: nunc ẽt uiris persuasit luxuriæ libido. Oratius. Altera nil obstat: chois tibi pene uideř est: Vt nudam: hæ fiebant in Cho insula: quas p̃ma texisse fertur Pamphile platis filia (ut scribit Pli.) & tradit Aristo. in. v. Propti[us]. Quid iuuat ornato pcedere uitta capillo? Aut tenues Choa ueste mouere sinus? ¶ Parrhasi: hic est ille nobilissimus pictor: qui olim cum Zeuside cõtendit: eumq; lintei pictura elusit. natus est Ephesi. De eo multa memorabilia tradit Plini. lib. xxxv. capi. ix. de eo & Tranquillus in Tyberio: & Quinti. lib. xii. scribũt. ¶ Mironis. Egregius hic fuit Statuarius: ꝙ indicat Plini. lib. xxxiiii. & Propertius sic. Atque aram circum Steterant armenta mirõis. Quattuor artificis uiuida signa boues. ¶ Phidiacum ebur. i. statuæ eburneæ sculptæ a Phidia tanto successu ut uiuere uiderentur. Vir. Credo etiam uiuos ducent de marmore uultus. In ebore effingendo (ut scribit Quin.) lõge citra Aemulum uiguit: de hoc scribit Strabo lib. viii. & Pli. li. vii. & xxxiiii. huius ẽt Seneca: & Plutarchus memierunt. Proper. Pphidiacns signo se Iupiter ornat eburno. Oui. in carmine. obsceno. Non sum phidiaca manu politus. ¶ Nec non polycleti. Sycionius statuarius fuit: de quo Pli. qui diligentia supra cæteros fuit: formamq; humanam supra uerum expressit: sed deoꝝ autoritatem non expleuit: ergo inquit poeta ubiq; extabant opera polycleti statuarii egregia quæ multo cum labore ab eo fuerant peracta. ¶ Mentore: hic celeberrimus fuit poculorum celator (ut scri. Pli. li. xxxiii. & Mar. Accipe Mentorea pocula facta manu.) Idem alibi. Solus Mentoreos habes labores. Propertius. Lesbia Mentoreo uina bibas opere. ¶ Inde Dolobella est. Ob eas inquit diuitias multi ad latrocinia cõuertebantur. Quales fuerunt Dolobella: Antonius: & Verres: qui prouinciarum prefecti eas spoliauerũt. Duos Dolobellas fuisse eodem noĩe: & tpe scribit Pedianus: quoꝝ alteꝝ Cæsar accusauit ex Sicilia reum: nec dãnauit: quo Absoluto Rhodum (ut scribit Tran.) secessit. Alteꝝ Dolobellam: q Asiæ p̃fuerat proconsul accusauit Scaurus repetũdaꝝ: dãnauitq;. ¶ Atq; hinc Antonius. Hic est ille. C. antonius: de quo Pedianus. Hunc Antoniũ Cẽsores sexẽnio q̃ hæc dicerentur senatu mouerũt: causasq; subscripserunt: ꝙ socios diripuerat: multos. n. in Achaia spoliauerat. ¶ Sacrilegus Verres (ut in. ii. Saty. diximus) Verres per triẽnium Siciliam tenuit: atq; in ea libidinose: auare: crudeliterq; uersatus est: succedẽte tãdem Metello: repetũdaꝝ reus: a siculis postulatus est. Sacrilegium ãt ob id appellat: ꝙ nõ solũ deos Siculis sustulit: sed & Athenis Mineruã: Deli Apollinẽ: Iunonẽ Sami: Dianã pergami. Deosq; tota Asia græciaq; uiolauit: Vnde illud est Ci. in ipsum oxymoron. Siculos iam ne deos quidẽ in suis urbibus: ad quos cõfugerẽt habere: ꝙ eoꝝ simulachra sanctissima. C. Verres ex delubris sustulisset. ¶ Occulta spolia: in urbẽ inquit referebant plura: spolia prouincialiũ ueluti de rebus bellicis parta: quũ oĩno essent de pace sublata. ¶ Occulta. i. furtiua: nam ea palam non referebant: ut cõspiceret: quo more solẽt imperatores in triumphis spolia hostium referre. Produxit aũt a in fine cõtra regulam nisi sit factum ratione finalitatis: ut illud apud Vir. in. iii. Dona dehinc auro grauia sectoque elephanto: aut ꝙ duæ subsint consonantes in dictione sequẽti: quod tamẽ raro accidit: aut quod magis placet est legẽdum. Occulta & spolia: & plures de pace triumphos: sicq; & sinia & uersus optime stabit. ¶ Et plures triumphos de pace: ex prouinciis inquit finitis magistratibus domum cum multis triumphis redibant hoc est cum multis spoliis sumptis de pace: ut faciunt triumphantes ex hostibus: unde est etiã illa Salustii conquestio in Iugur. Pars ex pacatis predas agebant. Et alibi in eodem. Non peculatus ærarii factus ẽ neque per uim sociis ereptæ: pecuniæ que quãquam grauia sint: tamen pro consuetudine iam pro nihilo habent.

Præconem Cherippe tuis circũspice pannis:
Iamq; tace. furor est post omnia perdere naulum.
Non idem gemitus olim: nec uulnus erat par
Damnorum sociis florentibus: & modo uictis.
Plena domus tunc omnis: & ingẽs stabat aceruus
Nummorum: spartana chlamys: conchylia choa:
Et cum Parrasii tabulis: signisq; Myronis
Phidiacum uiuebat ebur: nec non Polycleti.
Multus ubiq; labor. raræ sine mentore mensæ.
Inde Dolobella est: atq; hinc Antonius: inde
Sacrilegus Verres referebant nauibus altis
Occulta & spolia: & plures dẽ pace triumphos.

Naulũ

chlamys
Bõbicia

Parrasius
Myron
Phidia
Polycletus
Mentor

Nunc sociis iuga pauca boū:& grex puus equaꝝ:
Et pater armenti capto eripietur agello:
Ipsi deinde lares:si quod spectabile signum:
Si quis in ædicula deus unicus, hæc & enim sunt
Pro summis, nam sunt hæc maxima . despicias tu
Forsitan imbelles rhodios: unctamq; corinthum ,
Despicias merito.quid enim resinata iuuentus:
Cruraq; totius facient tibi leuia gentis?
Horrida uitanda est hispania:gallicus axis:
Illiricumq; latus parce & messoribus illis:
Qui saturant urbem:circo scænaq; uacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ premia culpę,
Quum tenues nuper Marius discinxerit afros?
Curandum in primis:ne magna iniuria fiat
Fortibus:& miseris.tollas licet oē: quod usquā est
Auri:atq; argenti, scutum:gladiumq; relinques:
Et iacula:& galeam.spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia: uerum

¶ Iuga pauca boum: subaudi ab inferioribus eripientur:indomitam enim sui temporis auaritiam notat:quum ēt res uiles raperent. ¶ Capto eripietur agello. Ex quo inquit prouincialibus agelli erepti sunt : nunc rapiunt pauca iuga boum.i. omnem reliquam uilem suppellectilem:unde Salu.in Cat.sic conqueritur At hi contra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere:que fortissimi uiri uictores hostibus reliquerant. ¶ Ipsi deinde lares:ipsi dii domestici:quos colunt:bene autem ipsi:quasi qui minime sunt uiolandi . ¶ Nam sunt hæc maxima.i.hæc que eis sunt relicta:quāuis minima pro summis sunt. ¶ Despicias tu forsitan:possis forsitan secure rhodios imbelles:& Corinthios spoliare:a quib.tibi nihil sit metuendum:quando effœminati : mollesque sint: sed caue inquit hispaniæ iniuriam facias : que scelus inultum non sinet . ¶ Imbelles rhodios luxuria:& delitiis affluētes. ¶ Nam ex Asia: ut docet Val. Lauticia & īmodici sumptus & oīa non necessaria uoluptatis genera fluxerūt. Sic & Liui.li.ix.de bello macedōico: luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu asiatico in urbem inuecta est. Rhodos autem insula est maris Lycii cognominata: ut diximus in .vi. Satyra.a Rhodo Neptuni filia ex sorore Telchinum . Lycia autē pars est Asiæ. ¶ Vnctaque Corinthum:pinguē : & locupletissimam:ac proinde uoluptatibus : & luxuriæ obsequentem . Nam pecunia : ut docet Thucydides lib.i. Præpotens fuit:ut etiam ab antiquis poetis demonstratur locuples opidum cognominantibus Eam etiam scribit Stra. lib.viii. Locupletissimam fuisse:ibique emporium fuisse mercatoribus:illuc undique mercimonia cōuehētibus unde Vectigalia pendi ingentia contigebat: ueneris ēt templū adeo locupletatū extitit : ut supra mille deæ ꝓstitutas puellas caperet : q̄s ueneri uiri:mulieresq; adixerunt:pp has igit̄ frequēs in urbē multitudo:turbaq; cōueniebat: uñ ciuitas miꝝ in modū ditabat̄. Nautæ ēt leuiter sumptus factitantes absumebantur : Hinc uulgatū est ueteri sermone puerbiū. Non oīum ē uirorum corinthum nauigatio . sita aūt est in medio isthmi. ¶ Resinata:expilata. Arboꝝ:ut scri. Pli.li.xiiii.ex quibus manat succus:aliæ picem:aliæ resinam mittunt. Resina aūt pillos e corpore hoīum euellebant. Quod : ut turpissimum notat Plinius eodem libro his uerbis:pudetque confiteri maximū iā honorē eius esse in euellēdis e uiroꝝ corporibus pilis. Ergo resinata:glabrata:depilis & mollis. ¶ Leuia:expilata: nā leue appellamus priore producta sine pilis. Macro. Leue aūt est ulieꝝ corpus:quasi naturali frigore densetur. ¶ Horrida uitāda:nulla inqt iniuria lacessenda est hispania. Nā rōanos ipetus sæpe sustinuit. Numātini.n.multos iperatores cū exercitibus profligarūt prīo. Qui Pōpeiū:deinde, M. Pōpiliū:postea Hostiliū Mancinū:quod bellū uicesimū perdurauit ānū. Et postremo quū ipsi a Scipione obsessi ad extremā necessitatē essent redacti:ne in rōanoꝝ potestatē peruenirent:res oēs in forū collatas cū uxoribus & liberis incendio absumpserunt:seque oēs igni superiecerūt. ¶ Horrida:inculta:& deliciaꝝ aspernatrix. ¶ Gallicus axis.i.gallia:que in continuo armoꝝ tumultu uersat̄:& in qua subiugāda Cæsar decem cōsumpsit annos:& nunc iperii Rōani frena recusat:nā tēporibus Vitelii & Vespasiani tumultū excitauit armoꝝ. ¶ Illiricūq; latus. Illyrii autore. L. flor. sub extremis Alpiū radicibus agūt inter Arsiā gentē liburnoꝝ. Titiūque flumen longissime per totū adriani maris littus effusi. Pli.li.iii.ostendit illyricū Macedonia:pannonia: & Noricis terminari. ¶ Parce & messoribus illis aphros intelligit:unde romā frumenta multa mittebātur Plini.li.v.scribit in Aphrica regionē esse.ccl.M.passuū fertilitatis eximiæ cū centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. ¶ Circo:satyrice dictū.i.ludis circēsib.& Scænicis:qb.tota ciuitas uacabat & alibi. Si potes auelli circensib.& alibi. Atque duas tantū res anxius orat. Pannū:& Circenses. ¶ Quanta autē inde feres quasi dicat modica:cū iuterrogatione legendū.idest minima erunt aphris:que abstuleris:quū iā a mario prisco sint spoliati . ¶ Inde : ab aphris: nā precessit messoribus illis:sequitur deinde:quū marius discinxerit aphros. ¶ Marius idest priscus : de quo Satyra prīa. Exul ab octaua marius bibit. ¶ Discinxerit:spoliauerit:tractū ab iis:qui uestimēta alicui ablaturi Zonā dissoluunt. ¶ Curandū in primis. Curandū inquit est:ne cuiquā magna fiat iniuria : sed præcipue fortibus : & pauperibus : quia tales facile ad uindictā accenduntur. ¶ Fortibus : & miseris : utrunque enī ad uindictā est ualidū.nā ubi fortis se ab alio sentit iniuste opprimi:iniuriā æquo animo ferre nequit. ¶ Tollas licet omne scilicet facere nō poteris : quin arma relinquantur : quibus se uindicent. Licet reliquis bonis fuerint spoliati. ¶ Quod modo proposui:q; ego dixi de prouincialiū uindicta. ¶ Non est sententia: non est : q; tantūmodo ego ita sentiā : sed est Sibyllæ uaticinium : ut ab auctoritate sit suasio : ut dicat credendū esse ex illatis iniuriis prouincialibus : & sociis eos ab Rōanoꝝ īperio defecturos. Sententiā inquit Quintilia.uocauerunt:quod animo sensissent . Sñiam ēt dicimus orationem generalē pronunciationē continētē : q̄ uel hortatur:uel dmonstrat:ut Inscitia est contra stimulum calces.

corīthus

Resina

Snia

Antigone

colossus

Colossenses

Gallia braccata

Anasiridæ

tristibus.Pellibus hirsutis arcent mala frigora bracchis.Senones autem ppli sunt galliæ Lugdunēsis.℣ Ausi.s.uos cōiuratores id facinoris.℣ Tūica molesta.i.igne:& supplicio ignis:de tūica aūt molesta sic Seneca li.ii.ad Lucilius. Cogita illam tuuicā alimentis igniū:& illitam:& intextam:& qcqd alid cōmēta est sæuitia: hoc.n.genus supplicii excogitatum est:ut facinorosi hoīes igne:& tunica obuoluti cremarentur uiui.℣ Sed uigilat consul:uos inquit patriam queritis perdere:q nobiles uos eē dicitis.Cōsul uero:quem ignobilem putatis:ipsam tuetur:ac seruat.℣ Vigilat:operā dat:ne catilīa:& reliq cōiurati rēp.pdāt.℣ Vexilla uia:cōatus:& furores uros:uexilla .n. sūt signa militaria p diminutionē dcā a uelis. Vexilla

Ciceronis gēus

Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed uigilat consul:uexillaq; uestra coercet.
Hic nouus arpinas ignobilis:& modo romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubiq;
Præsidium attonitis:& in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis:& tituli, quantum non leucade:quantū
Thessaliç campis octauius abstulit udo
Cędidus assiduis gladio.sed Roma parentem:
Roma patrem patriç Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius uolscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.
Nodosam post hęc frangebat uertice uitem
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tamen & cymbros:& summa pericula rerum
Excipit:& solus trepidantem protegit urbem.

℣ Hic nouus arpinas ignobil.i.Ci.quē uos nouū:& ignobilē p contēptū appellatis:quū tñ cōstet:ut Plu.& Euse.scribūt: eū ex regio uolscoꝝ gñe eē ortū:mře heluia:& patre eqstris ordinis.Nam romāi eos: qui nulla maiorum dignitate clarauissent nouos soliti sunt appellare : unde Catilina inuectus in Ciceronē :eum nouum hominem nūcupat.℣ Arpinas :arpinum oppidum ē uolscoꝝ patria Ciceronis: Volsci aūt populi sunt iūcti latinis quorū oppida sunt.Agnū Fabrateria:Frusino:Cora:Pometia:Antium:Velitræ:& Suessa eorū metropolis.℣ Eques mūicipalis romæ idest natus in municipio arpino : sed romæ in ordine equestri. ℣ Modo romæ: unde Salu.ita ignobilitatē obiicit.Verum ut opinor splēdor domesticus tibi animos attollit.Et paulopost uerū ut opinor:homo nouus arpīas ex.M.Crassi familia illius uirtutem imitatur.Nam illos ; ut diximus:romani:qui sine maiorum splendore p seipsos clarauissent:in cōtemptū nouos appellabāt: & inquilinos quasi :qui alienas ædes incolerent. ℣ Tituli:honoris : qui non sine titulo:& inscriptione notantur in fastis:statuisq; subscribuntur. ℣ Non lucade.i.ex bello actiaco:ubi.Ma.Antonium cum Cleopatra bello nauali superauit Augustus:nam Leucas insula est ante sinum ambracium iuxta actium promontorium epyri : ubi pugna cōmissa fuit.Eam insulam appellarunt Leucadem a petra albicantem:que in pelagus illic proceditur. Alcmeonides uero scri. Alizeū & Leucadum filios fuisse Icari:& a Leucadico dictum esse Leucadē.℣ Campis Thessaliæ.i.ex uictoria pharsalica:supatis Cassio & Bruto.℣ Abstulit : reportauit.℣ Sed roma roma inquit non babuit : unde Augustum Cæsarem:licet diuersa bella tractasset:appellaret patrem patriæ:sed habuit unde Ciceronem appellaret:sic igitur cōmendat quē romani:ut ignobilem uitupabant ℣ Patrem patriæ primus fuit Cicero:qui tale cognomen meruit conseruata patria in cōiuratiōe Catilinaria:id postea cognominis ad imperatores adulatiōe magis quam merito delatum.℣ Arpinas alius idest marius.Nam Arpinū patria fuit cōmunis Marii & Ciceronis.Monet exemplo item Marii nobilitatē ex uirtute pēdere . ℣ Lassus aratro alieno:ostendit Marium fuisse agricolam mercenarium.℣ Post hæc:post agricolationem rebus stratioticis se accōmodauit.Sequutus eni est romanorū castra:ut miles gregarius:quod indicat:quum ait illud uersatum inter fabros ad dolanda ligna.Milites eni operibus fabrilibus exercebant.Vnde Martianus iurisconsultus titulo de re militari sic scribit.Et ii scio fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienū.Fabri eni tignarii: carpentarii ferrarii:idq; genus artifices:ut docet Vegetius:castra sequebantur:nullius rei pticipes nisi operis castrorum muniēdo tū.Marius:ut scribit Plutar.obscuro genere ortus patrem Marium matrē Fulciniā pauperes homines atq; mechanicos habuit : uitā ab Vrbanis:lautisq; uiuendi moribus alienā:sed modestā:& priscis uiuēdi institutis egit i uilla Ciuernate:que erat in agro arpinati:militauit primo sub Scipione Aphricano Numantiā obsidente:ubi quū aliqñ post cœnā de imperatoribus sermo fieret:& quidam ex presentibus siue serio:siue ioco Scipionē interrogaret:quē talem ducē post illū populus ro.habiturus esset.Scipio pcussō leuiter Marii humero:hūc inquit:hic prestanti uirtute erit.℣ Frangebat uertice uitē.i.uite pulsabatur a centurione in castris.Nam centuriones uitem gestabant ad milites in officio continendos.Pli.li.xiiii.capite primo.Loquens de uitæ.Quid quod insertæ castris summam rerum imperiumq; continent.Centurionū in manu uitis:& optimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas.Liui.li.vii.ab urbe cōdita loquēs d Scipiōe isertiore.Q uē militē extra ordinē depræhēdit:si Ro.esset uiribus:si extraneus uirgis cecidit.℣ Pigra dolabra:hoc est ipse piger.Dolabra ferramētū est labrorum ad dolanda ligna :unde & nomen deductum.Castra n.sequebantur:Fabri : Centonarii:& Dendrophoni idest arborum succisores.℣ Hic tamen & Cimbros.quē uos ignobilē dicitis: uicit & Cimbros.Nam eos in gallia apud aquas sextias iūctis Catuli proconsultis cum exercitu suo copiis deleuit:in quo prelio traduntur cæsa fuisse hoīum centū &.xl.milia capta.xl. ℣ Et solus non autem solus hostem superauit sed una cum collega catulo.Cæterum hoc ex historia est.Nā ut scribit Plutarchus:famam & gloriam huius rei totā Mario propter primā uictoriā aduersus teutonas : & Ambrones: & nomen iperii tribuebant:unde autore Liuio:primores ciuitatis:qui aliquantulū:ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant conseruatam ab eo rempubli.fatebantur:quasi ab eo solo:& non etiā a collega.

Nouus

Volsci

Tituli

Leucas

Pater patriæ

Marius

dolabra

Atq; ideo postquã ad cymbros:stragẽq; uolabãt.
Qui nunquã attigerant maiora cadauera corui.
Nobilis ornatur lauro collega secunda.
Plæbeiæ deciorũ animæ: plebeia fuerunt
Nomina.pro totis legionibus hi tamen:& pro
Omnibus auxiliis:atq; oĩ plebe latina
Sufficiunt diis infernis:terręq; parenti.
Pluris enim Decii:quam qui seruantur ab illis.
Ancilla natus trabeam:& diadema Quirini:
Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum.
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exulibus iuuenes ipsius consulis:& quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret.

¶ Atq; iõ:ob talẽ inq̃t uictoriã factũ est:ut Collega nobilis Catulus habuerit unũ triumpharet.q.d.ex sudore hoĩs
Q.Catulus noui:& ignobilis inuenit nobilis unũ triumpharet:sicq; nobilitatẽ cauillãdo uirtutẽ extollit Marii:Nã quũ duo rei
triũphi:primus.i.ex teutonis:secũdus ex Cimbris offerent:ambos agere noluit.Nã:ut in hmõi secũdis rebus man
suetũ se preberet cũ Catulo triumphare oĩno instituit:formidabat.n.milites:q in ea dimicatiõe cõuenerãt:ut si Ca
tulus honore excluderet:ipse quoq; triũpho priuaret.Ergo ipse in cã fuit:ut Catulus secũdũ habuerit triũphum.s.
Cimbricũ:quũ uterq; ei esset ab uniuerso pplo oblatus,Hic aũt ẽ ille Catulus Luctatius:de quo & in.ii.Saty.nõnul
la attigimus:qui capitoliũ igni absumptũ nõ solũ
refecit:sed & magnificentius dedicauit.¶ Maio-
Cimbri ra cadauera:magno.n.corpore:horrẽdisq; oculis
erant:& apud germanos predones appellabant:
Cadauer autor Plu.Cadauer aũt dictũ est a cadendo: nõ ãt
ut quidã exposuerunt : quasi caro data uermibus:
diciturq; cadauer non solũ hoĩum:sed oĩum ani-
maliũ atq; etiã rerũ inanimatarũ.Vnde Seruius
sulpicius sic scri.Ciceroni.Hemnos homunculi in
dignamur si quis nostrorũ interiit aut occisus est
quorũ uita breuior eẽ dẽt:quũ uno loco:tot oppi
dorũ cadauera proiecta iaceant?Locutus enim ẽ
ante de multis ciuitatibus prostratis : & dirutis.
¶ Postquã corui uolabant.i.postquã parta fuit ui
ctoria.¶ Stragẽ:cladẽ dictam a sternendo.¶ Plæ
beiæ deciorũ aĩe:licet inquit decii ignobiles ha-
berent:quũ in domũ suã Decius pater primus cõ-
sulatũ detulerit:tamen opẽ patriæ tulerũt.Nam
Decii uterq; Decius pater & filius se deuouit : pater bel
lo latino:filius bello aduersus æthruscos.Sãnites
Deuotionis forma Vmbros:& Gallos: decius pater : quũ se deuouit
his uerbis:ut scri.Liui.li.viii.ẽ usus:sicuti uerbis nũcupaui:ita pro repu.quiritũ exercitu:legionibus:auxiliis populi
Ro.quiritũ legiones:auxiliaq; hostiũ mecũ diis manibus deuoueo.Decius filius quũ uideret acies inclinari exẽplũ
patris imitatus aduocato.M.Liuio pontifice hastæ insistens:& solẽnia uerba respondens:se & hostes diis manib.
deuouit:ĩpetuq; in hostes facto uictoriã suis reliquit legionibus.Nã ilico pugna instaurata fuit:cæpitq; põtifex uo
Sufficeř ciferari:uicisse Romanos defunctos consulis fato gallos:samnitesq; telluris matris ac deorũ maniũ esse.¶ Sufficiũt
sufficere dicimus ei:cui desiderium implemus.¶ Terræ parenti: in cuius uisceribus dñr ipsi eẽ inferi.¶ Pluris enĩ
decii:exẽplo ergo Deciorum ostendit hominem sola animi uirtute nobilẽ(ut diximus) fieri:quod item exemplo
Seruii Tulli probat:qui ĩ domo Tarquinii uxoris industria & consilio:tanta gratia apud populũ Ro.uixit:ut quũ
interdũ iactari uoces ab Iuuene Tarquinio audiret:se iniussu populi regnare:ausus sit ferre ad populũ:uellent iu-
berentue:se regnare:unde tanto consensu:q̃to haud quisq̃ alius ante rex est declaratus.¶ Ancilla:cornicularia :fue
rat enĩ ex corniculo oppido latii.Est autẽ ordo:ille bonorũ regum ultimus natus ancilla meruit trabeã.Ancilla p
Ancilla prie dicitur mulier:quæ in seruitute est.¶ Trabeã:uestis fuit regũ.Liuius:Seruius cũ trabea:& lictoribus prodit.Pli
Trabea nius.Trabeis usos inquit accipio reges.Eam scribit Dionysius Haly.li.ii.circũdistinctã fuisse purpura:sub tegmine
puniceo:uestẽq; fuisse gentilem romanis honorificam.¶ Diadema:a Diadeo quod est circũligo:erat aũt pannum
Diadema quo ueluti fascia reges caput sibi uinciebant Sene.ad Lucil.Vides illum scythiæ Sarmatiæq; regem insigni capitis
decore:si uis illũ æstimare:totumq; scire qualis sit:fasciam solue multum mali sub illa latet.Valerius de Pompeio
sic.Cui candida fascia habenti crus alligatum Fauonius nõ inquit refert:qua in parte corporis sit Diadema: exigua
pãni cauillatione:regias eius uires exprobrãs.idem alibi.Rex etiam ille subtilis iudicii:quem fuerũt traditum sibi
Diadema:priusq̃ capiti imponeret retentum diu considerasse:ac dixisse.O nobilem magis quam fœlicem pãnum.
Hæc ideo copiosius dixi:ut eorum opinio explodatur:qui Diadema coronam regiam ĩterprætantur.¶ Quirini:
hoc est insigne regium:quo Romulus:qui Quirinus dictus est:primus rex apud Romanos est usus:de Quirino il
lic est dictum in ualle Quirini.¶ Fasces:de fascibus abunde superius diximus:his & reges utebantur.Liuius:Dio
nysius:Plutarchus:& Macrobius autores.¶ Vltimus bonorũ regum:nam fuit sextus rex Romanorum:post quem
Tarquinius superbus regnauit omnium ultimus:qui quanto cæteri meliores fuere:tanto ipse fuit nequior.¶ Iuue
nes:ipsius consulis.Exemplo filiorum Bruti:& Aquilii : aliorumq; coniuratorum qui nobili genere fuerunt osten
De filiis Bruti dit:ut supra exemplo Catilinæ & Cethegi:eos appellandos non esse nobiles:qui citra uirtutem uiuunt: pulsis enĩ
Tarquiniis regibus: patricii iuuenes:inter quos fuere filii duo Iunii Bruti cõsulis:Marcus & Manlius Gelii uxoris
Brut.fratres.L.&.M.Aquilii memores eius licentiæ:quam sub regibus habuerant conspirarunt in domo Aquilio
rum de reducendis regib.Coniurationem detexit uindex Cecinensis Aquiliorũ seruus.Depræhensi iuuenes pœ-
nas dederunt.Bruto filiis suis non parcente:nam supplicium eorum constantissime iussit:& spectauit:autores Li-
uius:Diony.Plu.Plin.& Florus.¶ Ipsius consulis.i.Bruti:qui primus eiecto Tarquinio superbo consul est creatus.
Pro imperio ¶ Deceret:conueniret facere pro libertatis conseruatiõe:quam pater eorum eiectis regibus patriæ tradiderat:mul
tum autem interest:quum dicimus pro imperio pugnat:& de ĩperio:Pro.est pro conseruatione ĩperii:ut.s.quod ha
De imperio beas conserues.De imperio ãt pugnare:est de imperio habẽdo.s.ut qd non hẽas acqras:ut illud sit ĩ cõseruatione:
hoc in actione.¶ Dubia lib.hoc est: quum libertas ĩ ambiguo ẽ:quum alii in oppugnãda:alii in tuẽda laborent.

¶ Quod miraret᷑:qđ posset mirari:& imitari. ¶ Mutius.s.Scæuola:q adolescẽtes nobilis indigne ferens ciuitatẽ romanã ab æthruscis obsideri:quoꝶ sæpe exercitus fudisset:abdito itra ueste ferro in castra hostiũ uenit:quorũ dux erat Porsena:qui in regnũ conabatur Tarquinios restituere:ibi forte quũ stipẽdiũ militib.daretur : & scriba cũ rege pari ornatu sederet:scribam pro rege obtruncat:captus & ante tribunal regis adductus:tũ quoq; inter tantas fortunæ minas metuendus magis q̃ metuẽs:romãus sum inqt ciuis.C.Mutiũ uocant:hostis hostẽ occidere uolui nec ad mortẽ minus animi est quã ad cædẽ:statiq; dextrã incenso ad sacrificiũ foculo inecit:quã aĩ uirtutẽ cõspectus Porsena eũ intactum:inuiolatũq; dimisit : ũñ postea scæuolæ cognomen accepit:a clade dextræ manus nota est historia. ¶ Quum coclite.Ora.Cocles eodem bello positus forte in statione põtis: quum persona irrueret:solus hostium impetũ in primo pontis aditu sustinuit:donec a tergo pons interrumperetur.Tunc in Tyberi armatus desiliit:multisq; super incidentib.telis incolumis ad suos tranauit.Statua ei erecta fuit ĩ cõitio : agriq; q̃tum uno die arari posset datum transtyberi.Cocles autem ob id est cognominatus:q; in alio p̃lio oculum amiserat:scribit Plin.lib.xi.eos Coclites appellari: qui altero lumine orbi nascerẽtur: unde & cyclopes accepimus appellatos in Sicilia:quod solum oculum in fronte haberent coclites. ¶ Virgo idest Chloelia:quæ eodem bello ĩter pacis conditiones data Porsenæ iter obsides dux agminis uirginũ deceptis custodibus noctu castris eius egressa equum:quem sors dederat : arripuit:& tyberim traiecit. ¶ Imperii finem tyberinum:hoc est que natauit tyberi:qui tunc ĩperii Romani finis erat non enim tunc tẽporis Romani ulterius ĩpabant. ¶ Seruus.i.Vindex cecinensis unus ex seruis Aquilioꝶ coniurationis consiliũ:ut diximus:detexit:ad cõsules enim rem detulit:unde ille primum dicitur uindicta liberatus: uindicta ab eo denominata.Post illum obseruatum est:ut qui ita liberati eẽnt:in ciuitatẽ accepti uiderentur. ¶ Matronis lugẽ.aut quem matronæ lugerent:ut filiorũ suorũ accusatorẽ:aut quod magis placet:cuius obitũ matronæ merito lugere deberent: tã qui coniurationẽ prodẽdo libertatẽ patriæ seruasset:quo more Brutum annum:ut scribit Liui.fleuerunt:ut actẽ uiolatæ pudicitiæ uindicẽ. ¶ Verbera:nam nudatos nobilissimos iuuenes uirgis ceciderũt: securiq; percusserunt. ¶ Et legum prima securis.i.consulatus primus:qui fuit inter leges expulsis regibus.Nam antea reges sine legibus omnia arbitrio suo moderabantur.Ac per hoc Brutũ intellige : qui primus regibus exactis creatus consul supplicium sumpsit de filiis ; reliquisq; coniuratoribus. ¶ Malo pater tibi sit.Sensus est.Malo te ex humili genere ortũ:modo uirtutẽ amplexus sis:que ueram hoĩ nobilitatem largit᷑:q̃ ex claris maioribus : & nihil facias dignum memoria & laude:unde nobilitas cõparat᷑. ¶ Thersites:in castris græcorũ Thersites fuit:ut ĩ Iliade scribit Homerus:uir loquacissimus qui nihil curæ hẽret q̃ recte:aut quã apte: sed ut quã primũ:& quã maxime ridicule loqueret᷑:Idem fœdissimum oĩum:qui ad troiam nauigauerant:altero oculo Strabone:altero pede claudo angustissimis humeris & ad pectus usq; contractis:uertice acuminato:raro capillo.& eo ĩpetigine astricto :idem cũ regibus cõtentionẽ agere solitus est assidue:eosq; obiurgare non honestatis utilitati siue gratia:sed ut scurrã ageret hunc Vlysses grauiter sceptro eburneo percussum ĩteremit. ¶ Vulcania.nam Vulcanus Thetidis precibus:ut scribit Homerus:arma Achilli filio fabricauit. ¶ Et tamẽ ut longe:non sine summa indignatiõe hæc a poeta dr̃:ut sit sensus.Licet inquit intumescas longo gñe maiorum:illud tamẽ scies originẽ tuã duci ab ignobilibus: ostẽdens omnes pariter romanos humili loco ortos esse:quum aut a pastoribus genus suum duxerint:aut ab hominibus sceleratissimis:qui ad Asylum Romuli confugerant.Romanum autem populum a pastoribus duxisse originem indicat & Varro in re rusticas his uerbis.Romanorum uero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? Quis Faustulum nescit pastorẽ fuisse nutriciũ:q Romulũ & Remum educauit:non ipsos fuisse pastores obtinebit:q; parilibus potissimum condiderunt urbẽ? ¶ Reuoluas nomen.i.originem:& nomen familiæ tuæ. ¶ Gentẽ.i.genus tuum. ¶ Infami Asylo:hoc est infami genere hoĩum.Nam ut docet Liui.li.i.Romulus:ne uana esset urbis magnitudo:adiiciẽde multitudinis cã:locũ:q tũc septus erat dẽsis sentibus inter duos lucos Asylum aperuit:in honorem dei referẽs:sacrũ.n.eẽ uoluit & inuiolabilem eo ex finitimis populis turba oĩs sine discrimine liber an seruus esset auida nouarũ rerum ꝑfugit:idq; primũ ad ceptã magnitudinẽ roboris fuit.Sicq; per speciem religionis erga deos sponsor factus est eos q illuc cõfugissent nihil detrimẽti ab inimicis accepturus:& si apud se ꝑmanere uellent:ciuitatis etiã participes faciebat:tradebatq; agri portionẽ:quem bello q̃sierat:lege Dionysium.Asylum autem dixerunt ab a particula priuata & συλεω quod est diripio:nullus.n.illinc ui aliqua diripi poterat.hoc aũt non fuit in omnibus templis:nisi quibus cõsecrationis lege concessum fuit:primo aũt:ut docet Seruius:apud Athenienses statutum fuit ab Herculis filiis:quos insequebantur hi:qui erãt a patre oppressi:sicut docet Statius in.vii.Thebaidos. Fama est defensos acie post busta paterni Numinis herculeos sedem fundasse nepotes.Templum etiam Iunonis in urbe Troia appellatum fuisse Asylum ostendit Virg.in.ii.Et iam porticibus uacuis Iunonis asylo.Custodes lecti phœnix & dirus Vlysses.Prædam asseruabant. ¶ Aut pastor fuit:ut fuit Romulus & Remus eorumque alter Faustulus. ¶ Quod dicere nolo.i.sceleratissimus:quales multi in Asylum ex finitimis locis confluxerant:

Quod miraretur cum Coclite Mutius:& quæ
Imperii fines tyberinum uirgo natauit.
Occulta ad patres ꝑduxit crimina seruus
Matronis lugendus:at illos uerbera iustis
Afficiunt poenis & legum prima securis.
Malo pater tibi sit Thersites:dummodo tu sis
Aeacidæ similis:ulcaniaq; arma capessas:
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen ut longe repetas:longeq; reuoluas
Nomen ab infami gentem deducis asylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum:
Aut pastor fuit:aut id:quod dicere nolo.

Mutius Scæuola

Coclites

Vidicta

Thersites

Asylum

Asylum

SCire uelī q̃re totiēs.Hac ſatyra deteſtandū ſui tp̄is flagitiū īſectat̃.Multi.n.abiecta oī honeſtate quū iā barbati eēnt:uxorēq̧ haberēt draucoꝶ cōmercio utebant̃ ꝑ ſe & uxore ſua.Tale igit̃ genus hoīum tota ſatyra exagitat:pari mō notās & molles cinædos:& draucos ipſos.Sed quū poeta liberiore ſtilo talē turpitudinē flagellet illud oīc hác ſatyrā interp̄tanti obſeruādū eſt:ut quū turpia offenderit:ſummā adhibeat uerboꝶ modeſtiā:uiciū ī cōtēptū trahat:doceat talia ut nefandiſſima eē fugiēda nihil eſſe oīpotēti deo noſtro deteſtabilius.Sic.n.legēdo adoleſcētiū mētes a uiciis reſiliūt:uirtutib.inhærēt:& praua declinantes recta ſequunt̃.Introductū igit̃ Neuolū qui in tali turpitudine cinædis operā p̄ſtabat:quaſi p dialogum interrogat cur triſtis ſit:& is rn̄des auaritiam ſui tp̄is accuſat conquerit urq̧ pro laborib.ſuis p̄mia non rependi a Cinædis:nec ab iis:quoꝶ uxorib.operā p̄ſtitit.Sicq̧ poeta ſatyrico ueluti dialogo nefanda ſui tēporis uicia inſectat̃.❡ Fronte obducta:capata:& ī rugas cōtracta.❡ Marſia uictus De Marſia phrygio intelligit:q ut Apuleius ſcribit in p̄io limine primi libri floridoꝶ filius fuit illius Hiagnis:q rudib.adhuc muſicæ ſæculis ſolus ante alios cātus canere īſtituit.Nā an̄ Hiagin nihil aliud plæriq̧ callebāt q̃ quod Virgilianus opilio ſeu bubſequa Stridēti miſeꝶ ſtipula diſperdere carmē.Primus Hiagnis ī canēdo māus diſcapedinauit:primus duas tibias uno ſpiritu aīauit primus leuis & dextris foraminib.acuto tinnitu & graui bōbo cōcētū muſicū miſcuit a patre igit̃

Marſie fabula — Marſias eruditus cū Apolline certauit a quo ſupatus uelut urſus bipes corio execto nudis & laceris uiſcerib.relictus ē.Ita marſias in pœnā cecinit & cecidit.❡ Nos colaphū:legendū ē quaſi p acclamationē poetæ:ex quo rei turpitudinē oñdit q.d.Tā turpia fiunt p totā urbē:& ſine ulla peccantis caſtigatōe;ueꝶ ſi ſeruus cruſtula comedit: ſtatī eū uerberamus:& acriter caſtigamus.Sicque poeta docet mirā eē mortaliū cæcitatē:q leuiora cr̄ia norēt:& puniant:grauiora uero īpūita relinquant.❡ Colaphū:dictio ē græca latine alapa dr̄

Cruſta Cruſtū — Terē.Plus qngētos colaphos īfregit mihi.❡ Cruſtula.Seruius differentiā facit īter cruſtā & cruſtū: ut cruſta ſit eoꝶ:que nō comedunt̃:ut cruſta marmoris.Vir.Currēti ī flumine cruſtæ.Cruſtū uero eoꝶ que comedunt̃.Vir.Patulis nec pcere quadris.Fatalis cruſti.Ora.per diminutionē ī ſatyris. Dant cruſtula blandi doctores elementa uelīt ut diſcere pr̄ia.❡ Pollio crepereius:pollionē ut luxurioſum:& nepotē ſuggillat:q abſumptis opibus mutuo & in fœnus cogebat̃ pecuniā querere:qd nō faciebat ſine magno pudore:& frontis cōtractione ob priſtinā fortunā:a qua ob gulā deiectus erat.❡ Nō inuēit fatuos:hoc ē:q reuera fatui fuiſſent:ſi dediſſet mutuo:qd̾ ad ſe nō eēt redituꝶ. Fatui aūt dr̄:q nullius ſunt prudētiæ.Vn̄ uirgines illæ in ſacra ſcriptura fatue dr̄:q̃ oleū ſecū nō attulerūt: cōtra prudētes:q̃ attulerāt:ita ut uocabula oppoſita ſint:& cōtraria.Vn̄:ſubaudi ſunt.❡ Certe modico:occurrit tacitæ rn̄ſioni:poſſet.n.dicere pauptas:mihi moleſta ē:& proinde triſtis ſum:ait ergo.Certe tu cōtētus modico uitā p ſummā hilaritatē agebas:ita ut uernas prorſus hilaritate uitæ referres:nā uernæ utpote in domibus potentioꝶ nati:& nutriti miræ dicacitatis erant:a Verna fit uernaliter.Ora.in ſermonib.Continuatq̧ dapes:nec nō uernaliter ipſis.

Seruus Verna — Fungit̃ officiis p̄lambens omne qd̾ affert.Differt āt uerna a ſeruo:q ſeruus is ſit: qui aut bello captus:aut ære paratus in poteſtatem noſtram uenit.Vernæ uero:q ex ancillis naſcuntur domi.nam & ii in ſeruitute ſunt.❡ Vernam equitem:Ita inquit hilare uiuebas:iiſq̧ iocis:ut uerna eques uideris.Sic.n romani uernas equites per iocum nominauere.Marti.Quirinalis futuit ancillas:domūq̧ & agros implet equitib.uernis.Idem alibi.Cuius non ſyriæue ptihiæue:nec de cappadocis eques cathaſtis.❡ Facetus:ſcri.❡ Quintilianus facetum non tantum circa ridicula cō

Facetus Dicacitas Sales — ſiſtere:ſed ēt eē appellationē excultæ cuiuſdā elegantiæ:unde Ora.Molle atq̧ facetum loco mordente iocum accipimus:autore Fabio:quod eſt contrarium ſerio:Nam & fingere:& terrere:& promittere interim iocus eſt.❡ Mordente:per iocum mordentem intellexit dicacitatem:q̃ proprie ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt:dicacem negant.❡ Vehemens.Valde promptus.❡ Salibus:ridiculis. Ci.Omne quod ſalſum ſit ait eſſe atticorum:quia ſunt maxime ad riſum cōpoſiti.Et Catullus quū dicit.Nulla eſt corpore mica ſalis:hoc dicit nihil in corpore eius eē ridiculū.Salſum igit̃ erit qd̾ nō erit inſulſum:uelut quoddam ſimplex orationis condimentū:qd̾ ſentit̃ latente iudicio:& uelut palatū excitat:qd̾ & a tedio defendit orationē.



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Nona.

SCire uelim quare totiens mihi ne
uole triſtis
Occurras fronte obducta ceu
Marſia uictus?
Quid tibi cum uultu? qualē deprenſus habebat
Rauola:dū rhodopes uda terit unguina barba?
Nos colaphū incutimus labenti cruſtula ſeruo.
Non erat hac facie miſerabilior Crepereius
Pollio:qui triplicem uſuram præſtare paratus
Circuit:& fatuos non inuenit:unde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Vernam equitē:conuiua ioco mordēte facetus.

Intra pomeria: eos sales intelligit: q autore Fabio urbanitas dñr: qua ait significari sermonem pferentem in uerbis: & sono: & usu pprium quedam gustum urbis: & sumptã ex couersatõe doctorum tacitã eruditioem: denique cui cõtraria sit rusticitas. Pomeria: dnr quasi post mœnia. Nam ut scribit Liui. spaciũ qd' neq; habitari: neque arari fas erat nõ magis: qd' post murum esset: q qd' murus post id: pomeriũ rõani appellauere. Omnia nũc contra: subaudi sunt tibi. Sylua horrida: Cæsaries incõpta. Siccæ: non unguẽtatæ: nam & capilli: totũque caput unguento fouebãtur. Mar. Si sapis assyrio sp tibi crinis amomo Splendeat & cingãt florea serta caput. Plau. in Casina. Vnde hi amabo unguẽta olẽt: oh perii. Cesso caput pallio detergere. Calidi uisci: hoc dicit: qa ut scri. Pli. li. xxiiii. Viscũ cũ resina: & cæra: & panos i cute mitigat oĩs generis: tali igitur remedio facies reddebat nitidior. Sed fruticante: notat mollitiẽ: turpitudinemq; sui tpis. Nã Cinædi: ut molliores uiderẽtur: crura & bracchia sibi depilabãt. Est ergo sensus. Crura inqt nũc tibi sunt neglecta & squalida pilo fruticãte. i. subnascẽte instar fruticis. Aegri ueteris: ualitudinarii hoĩs: q morbo diutino laborauerit. Deprehẽdas aĩ tormẽta. Sensus est. Sentio profecto te graui cura uexari. Nam facile unusqsq; dephẽdat aĩ perturbatõnes ex habitu corpis. i. & curas: & gaudia. Deprehẽdas: secũdam psonam pro tertia. i. unusqsque facile possit deprehẽdere. Vtrũque habitũ & meroris: & gaudii. Inde: ex aĩo. i. ex affectibus latẽtibus in aĩo gaudio. s & mœrore. Elexisse: in aliam partem uertisse: & mutasse. Nuper enim: ut repeto. Dũ ostẽdit Neuolum fuisse mœchum & pædicoem notissimum notat adulteria: aliaque flagitia sui tpis: q in tm̃ adolouerãt ut tota fere ciuitas corrupta. cõtaminataq; foret. Est ergo ordo & sensus. O Neuole tu nuper mœchus notior Aufidio solebas celebrare Phanũ Isidis: ut repeto. s. memoria. Phanũ isidis. In templis & in primis isidis frequentia cõmittebantur adulteria: de quibus pluscula diximus in. vi. Sat. illic. Isiacæ sacraria lænæ. Erat aũt templum isidis uicinũ campo martio. Ganymedem pacis. Tẽplũ pacis Vespasianus extrusit iuxta forum: in quo aut pictã imaginẽ: aut statuã Ganymedis fuisse ostendit poeta. Ganymedes aũt filius fuit Laomedontis regis troianorum: quẽ dilectũ iuppiter in aqlam cõuersus rapuit in cœlũ: remotaq; hebe filia pocillatorem suum fecit. Palatia. i. templum exructũ in palatio: de quo ita Liui. li. xxxix. ab urbe cõdita. Et ædem magnæ matris in palatio faciẽdam locauerũt. Secreta que tantũ a sacerdotib. curentur: sunt. n. oĩa deorum sacra mystica. Matris aduectæ. i. cybeles adnectæ ex phrygia: de q̃ in tertia Satyra plura diximus illic. Hospes numinis idei. Lege Liuiũ eodẽ li. Cererem: templum Cæreris: qđ erat ad circum maximum: ut docet Pli. li. xxxv. ca. xi. Nã quo nõ Prostat? hæc legũtur per parenthesim: & sũmam indignatõem: hocque maxime dicit: qa Cererẽ noĩauit: in cuius templo solebant esse tm̃ castæ matronæ: in quo nunc adulteria cõmittũtur. Oui. li. iiii. fast Sed si tura aberũt udas accẽdite tædas. Parua bonæ cereri sint mõ casta placẽt. Prostat: pstare est corpus: ut diximus in. i. saty. in uulgus dare: estq; uerbũ neutrũ. Aufidio. Aufidius taxat' ut nobilis adulteriis: & matronarum corruptor. Quod taceo: color occupatio. Vtile & hoc multis: subaudi ẽ: uerba sunt Neuoli rñdentis: sub cuius persona tota satyra exurgit: Inclinare: Incuruare ad rem turpem: ut alibi quot discipulos inclinet Amillus. Inde: ex tali turpi ope. Operepciũ. Emolumẽtum: sermo sumptus a mercenariis: qbus iucũdum est & utile post operã pciũ accipe. Lacernas. Ordo est. Accipimus aliqñ lacernas pingues. De lacerna dcm̃ est in. i. saty. Pingues: crassioris lanæ. Munimẽta: appositio est hoc est: q̃ supinduuntur togæ. Mar. in distichis Amphiteatrales nos cõmendamur ad usus. Quum tegit albẽtes nostra lacerna togas. Toga aũt ut diximus ante: cõis fuit habitus rõanorum: nulla inter eos discretiõe. unde Virg. eos appellauit Gentẽq; togatam: sed postea remãsit in pauperibus & cliẽtibus. Male pcus. male calcatas: ac per hoc rariore textura: minoreq; æstimatõe. Textoris galli. Nam galli uiliores: crassioresque uestes conficiebant Mar. Me pinguis gallia uestit. Tenue argentum. i. tenuem laminam: aut aliquid ex tenui: modicoque argẽto: ut ligulã. Venæq; secũdæ: ita dictum sicut dicimus: panem secũdarium: quem alio uocabulo cibarium appellamus q bonitate sit inferior quã qui fit ex prima farina. Fata re. hoĩes: hoc dictũ a neuolo cũ suspirio & qrela: ut dicat deos q regum oĩum moderatores sunt sibi aduersos existere: nec quẽquam in opere suo optatum exitum sortitum: cui dii ppicii non fuerint. Fatũ est. in. p. il. necesse est & illũ fata sibi ppicia hẽre: q inhonestæ uoluptati inseruit: nam & res illa ex fato: & sideribus pendet.

Et salibus uehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra. uultus grauis. horrida siccę
Sylua comę: nullus tota nitor in cute: qualem
Prestabit calidi circumlita fascia uisci:
Sed fruticante pilo neglecta: & squalida crura
Quid macies egri ueteris: quem tempore longo
Torret quarta dies: olimq; domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ęgro
Corpore: deprendas & gaudia. sumit utrunq;
Inde habitum facies. igitur flexisse uideris
Propositum: & uitę contrarius ire priori.
Nuper. n. (ut repeto) phanũ Isidis: & ganymedẽ
Pacis: & aduectę secreta palatia matris:
Et cererem (nam quo non prostat fœmia tẽplo?)
Notior aufidio mœchus celebrare solebas.
(Quod taceo) atq; ipsos etiam inclinare maritos.
Vtile & hoc multis uitę genus: at mihi nullum
Inde operęprecium: pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ duri: crassiq; coloris:
Et male percussas textoris pectine galli
Accipimus: tenue argentum: uenæq; secundæ.
Fata regunt homines. fatum est in partibus illis

Vrbanitas
Rusticitas
Poeria
Isidis templũ
Pacis tẽplum
Prosto

Quas ſinus abſcondit.nam ſi tibi ſydera ceſſant,
Nil faciet longi menſura incognita nerui,
Quãuis te nudum ſpumanti uirro labello
Viderit:& blande aſſiduę:denſęq; tabellę
Sollicitent κθουσ γαρ γλικεροσ ανδρα κιναιδον
Quod tñ ulterius monſtrum:q̄ mollis auarus?
Hęc tribui:deinde illa dedi:mox plura tuliſti.
Computat: atq; cauet.ponatur calculus.adſint
Cum tabula pueri.numera ſeſtertia quinq;
Omnibus in rebus:numerentur deinde labores.
An facile:& pronum eſt agere intra uiſcera penem
Legitimum:atq; illic heſternę occurrere cœnę?
Seruus erit minus ille miſer: qui foderit agrum
Quam dominum.ſed tu ſane tener:& puerum te
Et pulchrum:& dignum cyatho:cœloq; putabas.
Vos humili aſſeclę:uos indulgebitis unquam
Cultori:iam nec morbo donare parati?
En cui tu uiridem umbellam:cui ſuccina mittas
Grandia:natalis quotiens redit: aut madidum uer
Incipit:& ſtrata poſitus:longaq; cathedra
Munera fœmineis tractat ſecreta calendis

¶ Sinus:ueſtis. ¶ Si ti.ſydera ceſſant.i.ſi in ortu tuo benignũ tibi nõ affulſerit ſydus. ¶ Spumanti labello:q.n.appetunt labra mouent titillatu pruriginis. ¶ Virro:nomen diuitis adamantis draucos : alibi pro diuite tantum ponit͛. Virroni murena datur. ¶ Te nudũ:ac per hoc ẽt bñ mentulatũ. Nam in balneis dabatur occaſio inſpiciundi qualis qſq; eſſet. ¶ Tabellæ:q̄ mittebãtur a cinædis. ¶ κθουσ γρεγλικεροσ ανδρα κιναιδον.i. moris enī dulcis uiꝝ eſſe cinædum:ſubaudi eſt. ¶ Vlterius mõſtrum.i.peius. Vñ dicimus ultima uicia .i. extrema & peſſima quaſi ultra:q̄ nõ poſſis ꝓgredi:uerba ſunt adhuc Neuoli cõquerentis de auaricia cinædi. ¶ Hæc tribui uerba Virronis recitata a neuolo ponẽtis calculum rõibus ſuis cum Neuolo. ¶ Cauet:aliq legunt:& ceuet: ut ſit:Cinædus in draucũ auaritia utit͛:& tñ in re turpi perſeuerat.Nam ceuere eſt in obſcœnis: de quo ante.Ego te ceuẽtem ſexte uerebor : ꝙ ſi legas atque cauet erit ſenſus cõputat:atque cauet.ſ. ſibi:ne in cõputatõe decipiatur. ¶ Ponatur calculus .i. ſubducat͛ rõ expẽſi & accepti calculus autẽ

calculus

breuis eſt lapillus:quo rõcinatores utũtur in ratõnum computatõe:pñt eſſe uerba Neuoli ĩdignãtis:munera quæq; ſibi numerari & proinde prorumpẽtis ponatur calculus &c. De calculo dicemus Huberius in Satyra.xi. ¶ Oĩbus in rebus ex oĩbus inqt:q̄ mihi tribuiſti nõ pluſquam qnq; ſeſtertia fuerunt:ſed numerẽtur labores mei: quos inuenies lõge maiores q̄ mũera tua. ¶ Legitimũ cõuenięti magnitudine. ¶ Sed tu ſane : ironicos hoc dicit:ut oñdat nullã ſibi fuiſſe uoluptatem : quum eſſet iam grãdi ætate:& totus hirſutus.
¶ Dignum cyatho:alteꝝ ganymedem : q Iouis fuit formoſiſſimus pocillator. ¶ Vos : o diuites cinædi.Eſt.n.interrogatio ad diuites cinædos:& argumẽtum a minori ad maius.i.ſi draucis nihil daris:q uoluptati ueſtræ cum maximo ſuo laboꝛ inſeruiunt:nihil eſt qd᷑ pauperes clientes a uobis ſperare poſſint. ¶ Aſſeclæ:a ſequẽdo:q ſpe alicuius emolumẽti diuites ſequant͛. ¶ Cultori:cliẽti

Aſſecla

¶ Morbo:hoc eſt prurigini ueſtræ.i.ipſis draucis qui in morbo ueſtræ libidinis ſuccurrunt: utrum ſint uerba Drauci: an poetæ. ¶ En cui tu uiridẽ umbellam:uerba poſſunt eſſe tam drauci q̄ poetæ ſubſannantis per irriſionem ipſum cinædũ:cui tanquam mulierculæ mittebãtur munera a Draucis:quum cõtra ipſe nimia ingratitudine nihil referret. Vt ſit ſenſus:& diſſuaſio:nihil cinædo tam ingrato eſſe donãdum. ¶ Vmbellam:uellum erat:quo ꝑſertim mulieres utebãtur ad arcẽdum ſolem.Mar.Accipe que nimios uincãt umbracula ſoles.Sit licet:& uentus te tua tela teget. ¶ Succina:electra dñr a ſucco arboꝝ: unde deſudant.Nam uanitas ꝓdidit græcoꝝ Phaetontis fulmine ičti ſorores fletu mutatas in arbores ppłos:lachrymis electrũ oĩbus annis fundere iuxta Eridanum amnem quem padum uocamus.Et electrum appellatũ:qm̃ ſol uocitatus ſit electros:q̄ opiniõem:ut multi alii poetæ ſecutus Mar. ſic cecinit. Quum phaetontea formica uagatur in umbra.Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.Diodorus hoc ut falſũ improbans tradit Baſileam inſulam eſſe Scythiæ oppoſitam in oceano:in quã tempeſtas electrum plurimum eiicit : nulla alia in parte orbis repertum:illudq; ab incolis ad loca uſq; nr̃a trãſmitti.Succinis aũt mulieres delectabãtur: unde Pli.li.xxxvii.ſic ſcribit.Proximum locum in delitiis fœminaꝝ tñ adhuc tm̃ ſuccina obtinẽt:eandemque oĩa hæc q̄ gẽmæ auctoritatem. ¶ Natalis quotiẽs:uam ab amicis mittebantur munera celebranti diem ſuum natalẽ. ¶ Madidum uer incipit.i.quotiẽs uenere kalẽdæ martiæ:quo tp̄e incipit uer & frequẽtes ſunt pluuiæ.Kalẽdis igitur martiis munera mulierib.mittebãtur ab amicis ſicuti mẽſe decẽbri qnq; dieb.uiris:quo tp̄e ſaturnalia celebrabãtur.Et quẽadmodũ mulieres Kalẽdis martus ſeruos cœna excipiebãt tanq̄ exhortantes eos ad inſequẽtis anni operam.Sic & uiri in ſaturnalib.ſeruos in cœnam admittebãt tanq̄ eis gr̃as agẽtes opere toto ãno nauatæ : uñ Tibul.in p̄mo limĩe tertii libri ad Neerã.Martis romani feſte uenere kalẽdæ.Exoriẽs noſtris hic fuit annus auis.Et uaga nũc certa diſcurrũt undiq; pompa.Perq; uias urbis munera perq; domos.Et Mar.li.v. ad Gallam. Scis certe puto ueſtra iam uenere Saturnalia martias kalẽdas Mulieres kalẽdas martias colebãt in memoriam belli cum Sabinis compoſiti:nam tali die ſabinæ mulieres bella ſedarũt.Ora.Martiis celebs qd agam kalẽdis. ¶ Et tractas : legẽdum eſt tractat:& non tractas:ut ſit ordo & ſenſus.En cui tu mittas umbellam quotiẽs natalis redit. Et ipſe potius in cathedra ſtrata tractat munera ſecreta fœmineis kalẽdis. Tractat ergo.i.manib.ptractat tanquam femella. ¶ Secreta:q̄ non uult ab aliis uideri:ut pudẽda muliebriaq;.Nã & ipſe cinædus tanq̄ femĩa ſedet expectans dona ab amatorib. ¶ Poſitus ſedẽs. ¶ Cathedra ſtrata.i.ſella tapetib.ornata:q̄li ſede mulieres ſedẽtes munera expectabãt ab amicis & amatoribus. ¶ Fœmineis kalendis.i.martiis:quæ ut dictum eſt a mulieribus tantum colebantur.

umbella
Succinũ
Electrũ
kalende martiæ

¶ Dic paſſer.inſultat piter eius libidini & auaritiæ:quem dicit paſſerem qa ſalix ſit auis. ¶ Tot miluos.i.tot tua paſcua:in quib.ambiẽdis milui uolando defatigantur.Imitatio eſt Perſii. Diues aras curib. quantum non miluus oberret. ¶ Te tripholinus:in campania ager.Pli.li.iiii.c.vi.uina trebellica appellarunt ad quartum a Neapoli lapidem:& iuxta capuam Caulina:mox tripholina. ¶ Suſpectum:quod iminet Cumis:& quod a Cumis ſuſcipitur. De Miſſeno uidetur intelligere.nam uicinum eſt Cumis. Stra. proximum eſt Cumis Miſſenum promontorium. ¶ Gaurus:mõs campaniæ non longe a baiis prope lacum auernum:de quo Luca. Vel ſi conuulſo uertice gaurus

Tripholinus
Miſſenũ
Gaurus

Dic paſſer:cui tot montes? tot prędia ſeruas
Apulla:tot miluos intra tua paſcua laſſos?
Te Tripholinus ager fœcundis uitibus implet:
Suſpectumq; iugum cumis:& Gaurus inanis.
Nam quis plura linit uicturo dolia muſto?
Quantum erat exhauſti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? melius ne hic ruſticus infans
Cum matre:& caſulis:& cum luſore catello
Cymbala pulſantis legatus fiet amici?
Improbus es:cum poſcis ait:ſed penſio clamat
Poſce:ſed appellat puer unicus:ut polyphemi
Lata acies:per quam ſolers euaſit Vlyxes.
Alter emendus erit:namq; hic non ſufficit:ambo
Paſcendi:quid agam bruma ſpirante? quod oro?

Decidat in fundum.Pli.li.xiiii.ca.ix. Certãt maſſica æqua ex monte gaurano puteolos Baiaſque proſpectantia. ¶ Inanis:concauus: ut eſt natura montium. ¶ Plura linit: plura recondit in cella uinaria.Linit aũt.i.gypſat.Nam uaſa uino repleta conſueuere pice:aut gypſo obturari. Vnde eſt illud Perſii.Seriolæ ueteris metuẽs deradere limum.i.gypſum:aut picem. Col. li.xiii.Nã oportebit poſt hunc numerum dieꝶ confeſtim uinũ emũdare:& ſi quid fecis:aut labris uaſoꝶ: aut lateribus heſit:eradi:ac ſuffricari: & protinus operculis impoſitis oblini.Ora. Vile potabis modicis ſabinum.Cãtharis:græca:quod ego ipſe teſta Conditum leui:hoc eſt gypſaui. Huic contrariũ eſt terentianum illud. Releui dolia oĩa aperui: & quaſi regypſaua:nam præteritum eſt a relino: non ut quidam falſo putauerunt a reuelo ꝑ ſyncopem. ¶ Victuro:quod diu ſeruabitur. ¶ Melius ne hic ruſticus infans.Senſus eſt.Maius ꝑfecto erit lucrum:qđ faciet puerulus:qui deferat nuncios ſacerdoti cybeleio:eſtque legẽdum cum interrogatione.Et erit ordo infans ruſticus cũ mr̃e: & caſulis:& cum catello luſore.i.qui pauperrimus eſt:& aliud nihil habet quam matrem:& caſulam: & catellum ne fiet.i.nonne fiet hic.i.rõæ melius.i.cum maiori emolumento internuncius: & ueluti leno amici pulſantis cymbala.i.ſacerdotis cybelei.Ergo melius ne.i.nonne:ut alibi in ſequentibus iam ne igitur laudas.i.nõne laudas: poſſet etiam pronunciatiue legi.Et ne pro certe:& ualide:ut eſt ſæpe apud Terentium.Perſius.Ne mihi polydamas troiades labeonem.Prætulerint. ¶ Pulſantis cymbala:de gallis geſtantibus cymbala diximus anteriore Satyra. Et reſupinati ceſſantia tympana galli. ¶ Improbus.uerba Cinædi.i.inſaciabilis es.Verg. Improbum anſerem appellat inſaciabilem.Improbum item dicimus:ſicuti manifeſtiſſimum eſt:minime probũ. Vt illud apud Sene.Improbus homo eſt:qui beneficium ſcit ſumere:& reddere neſcit.Improbum ſæuum ſignificat Vir. Lauit Improba teter.Ora cruor. ¶ Sed penſio clamat:uerba ſunt Neuoli. Penſio inquit.i. æs alienum quod mihi pro domicilio meritorio pendendum eſt clamat:& urget:ut poſcam a te:penſio a pendendo dicitur:nam apud antiquos omnis pecunia pendebatur:appellat autem penſionem:que pro locis conductis ſoluitur.Mar.li.iii.ad Gargilianum. Vnde tibi toga eſt:& fuſcæ penſio cellæ:Capitur etiam pro ipſa in omni re ſolutione:ut illud apud Liui.li.xxxix. ab urbe condita Decreuerunt conſules ut tribus penſionibus eã pecunia ſolueretur:hoc eſt tribus enumerationibus: ſiue ſolutionibus. ¶ Sed appellat puer unicus:puer inquit:qui ita unicus eſt:ut fuit acies unica Polyphemi.q d.qui ſolus mihi ſatis non eſt:ſicuti acies unica non ſatis fuit polyphemo.nam ſi duas habuiſſet Vlyxes non euaſiſſet: appellat me:& urget:ut alteꝶ reperiã ſeruum.quia ſolus non poſſit mihi dare operam. ¶ Acies lata:latus oculus: acies ãt proprie:ut docet Ci.in lib.de natura deoꝶ:dicitur ipſa pupilla. ¶ Euaſit Vlyſſes:nam ulyſſes: ut ſcri. Home.li.ix.tempeſtate per nouem dies iactatus:quum in patriam cum ſociis eſſet rediturus ad Lothophagos prius ĩ Aphricam delatus eſt:unde ſocii lotho guſtata uix abſtrahi poterãt:deinde in Siciliam ad cyclopas:apud quos oĩa ſponte ſine cultura proueniunt:oues paſcunt: Vlyſſes acceptis duodecim ſociis e nauibus in littus deſcẽdit:tulitq; ſecum utrem plenum uini ſuauiſſimi:qđ dederat Maron Iſmari accola ſacerdos appollinis: & euanthis filius: unde dictum eſt uinum maroneum:cuius tanta erat uis:ut uni mẽſuræ uini uiginti aquaꝶ adderẽtur.Hæc prodidit Home.quoꝶ & Pli.meminit li.xiiii.capi.iiii.Spelũcam polyphemi intrauerunt:qui tunc per paſcua agebat oues.Illic copia caſei:agnoꝶ:& hedoꝶ:orauere ſocii Vlyſſem:ut his rebus onuſti ad naues remearent: Vlyſſes renuit cupidus uidẽdi:& experiẽdi:an polyphemus iure hoſpitii aliqd donaturus eſſet.Caſeo igitur conſidẽtes ueſci cœperũt.Superuenit cuſtos cum ouibus ingẽs ſaxum oſtio opponit:qui ſint interrogat ſuperbe:rñdent ſe achiuos eẽ ex Agamẽnonis exercitu fluctib.illuc pulſos:ſupplices aliqd petere:hoſpites.n.& ſupplices in tutela eſſe Iouis. Tum dii inqt nõ ſunt curæ cyclopibus:& cum dicto duos ex iis arreptos more mõtani leõis integros depaſtus eſt:multo hauſto lacte obdormiuit.Sequẽti die gregem in paſcua eduxit.& fores eadem mole clauſit:ueſpera rediit: duas ĩ cœna capras deuorauit: Vlyſſes blãdis uerbis ſuauiſſimi uini:qđ ſecum attulerant:poculũ obtulit:quo guſtato:ter iuſſit ad ſe deferri:exhilaratus uino petiit de noĩe eius tanq̃ ei gratias acturus.Nemo mihi nomẽ eſt inqt Vlyſſes At ille:neminẽ ultimũ comedã:& ſomno ſe dedit ꝓfundiſſimo uino repletus: Vlyſſes cũ ſociis accepto ligno oblõgo & acuto:igniq; obuſto:oculũ:q unus illi erat ĩ media frõte eruerũt palũ ĩ uulnere relinquẽtes.Cyclops doloꝛ ꝑcitus grauiť mugit.Ad tã horrẽdam uocem cõcurrere alii cyclopes quærẽtes:cur ipſos a ſomno excitaret.Tũ ille.

Lino
Relino
Improbus
Penſio
Vinum marõeũ
Polyphemi fabula

Quid dicam scapulis seruorum mense decembri
Et pedibus? durate atq; expectate cicadas.
Verum ut dissimules: ut mittas cætera: quanto
Metiris precio, quod ni tibi deditus essem:
Deuotusq; cliens: uxor tua uirgo maneret.
Scis certe quibus ista modis: quam sæpe rogaris:
Et quæ pollicitus. fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui: tabulas quoq; ruperat: & iam
Signabat: tota uix hæc ego nocte redemi
Te plorante foris. testis mihi lectulus: & tu
Ad quem peruenit lecti sonus: & dominæ uox.
Instabile: ac dirimi cœptum: & iam pene solutum
Coniugium in multis domibus seruauit adulter.
Quo te circūagas? quę prima: aut ultima ponas?
Nullum ergo meritū est ingrate: ac perfide nullū,
Quod tibi filiolus: uel filia nascitur ex me?
Tollis enim: & libris actorum spargere gaudes
Argumenta uiri. foribus suspende coronas.
Iam pater es: dedimus quod famæ oppōere possis.
Iura parentis habes. propter me scriberis hæres.

Nemo inquit dolo me: & uirib. interficit. Illi rñderūt: si nemo uim īfert: certe Iouis mala euitare neqt Cyclos amo
to saxo oues emisit: singulas manib. ptētatas. Vlysses mira astutia socios pmum: mox se sub uētre arietū alligauit
& ita periculum euasit: ad sociosque rediit. Polyphemus aūt: ut tradit Home. filius fuit Neptuni & Theosse: q ob
cecatus descendit ad littora: & patrem Neptunum cōtra Vlyssem imprecatus est: ex quo putat illum passum nau
Scapulæ fragium. ¶ Scapulis. Teren. Dum studeo esse fidelis: amisi scapulas: sunt aūt ossa humeris annexa: a quibus depen
dent brachia. ¶ Mense decembri: illud obseruandum est dici mense decembri: & mense Ianuario: & non mense
decembris: & Ianuarii: & sic de reliqs. Item urbē
patauium: & lacum benacum: & fluuium Adduā
& montem pernasum: & arborem fici. Licet plæ
rūque contra per uulgatam & meram latinitatē
in contrarium dici reperiatur. ¶ Durate: uerba sūt
Neuoli: & non auari: ut q dicat. Quid dicā sca
pulis & pedibus tpe hiemis: ut durent & æquo
aīo ferant frigoris iniuriam. ¶ Vey ut dissimu
les. Esto ingt ut fingas te ignorare reliqua: que in
te cōtuli beneficia. i. qti facis: q; ego feci tibi gra
uidam uxorem. ¶ Tabulas: qbus inter se conue
nerant in coniunctōe matrimonii. ¶ Signabat. i.
alias tabulas iam erat signatura cum alio uiro.
¶ Quo te circūagas? quo fugias: qd respōdeas?
¶ Quæ pma: aut ultima ponas. i. que premia po
teris tu dicere esse: aut prima aut ultima. q. d. tam
multa in te contuli beneficia: ut non possis dicer
ego uolo hoc esse ultimum premium laboribus
Neuoli quum nūquam possis satisfacere. ¶ Nul
lum ergo meritum. Occurrit tacitæ obiectioni:
posset. n. dicere Auarus: merita eius nulla eē. An
non inquit hoc est meritum maximum: q; quum
ipse non posses ex uxore suscipere liberos: ego ui
cem tuam suppleuerim. ¶ Tollis. Educas tāquā
tuos. Terē. Quicquid peperisset decreuerunt tol
lere. ¶ Argumenta uiri. Argumētum autore Fa
argumē bio plura significat. Nam & fabulæ ad actus scæ
tum nay cōpositæ argumēta dñr: & orationum Cice
ronis uelut thema argumentum appellamus: uñ
Pedianus inquit argumentum tale est. Exquo ap
paret argumentum omnem eē materiam ad scri
bendum destinatam. Et pro materia accipit Ci. inquiens: quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictū ē.
Argumētum ēt dicimus qd pbatōem: & fidem facit. Ergo argumenta uiri. i. filios: q fidem faciūt: & indiciū te esse
uiy. dicimus. n. sic: silētium tuum fuit mihi argumēto: te uiy bonum esse. i. indicio. Pli. loquēs de ursis. Cibi nulla
argumenta. i. nulla indicia: deductumque est uocabulum ab arguo: q; idem est: qd fidem facio: & indicio: ut uerba
Acta tua arguūt te improbum esse. i. indicant: & fidem faciunt. ¶ Libris actoy diximus in. ii. Saty. illic. Cupient & in ac
ta referri: acta esse libros: in qb. tam publica q̄ priuata negocia perscribūtur. Vnde Cice. in. ii. philippica in publicis
actis nihil est lege grauius. In puatis firmissimum est testm̄. Tran. in Ty. Interim quum in actis senatus legisset: di
missos: ac ne auditos qdem quosdam reos. Vnde & ætate nostra dicimus: in actis tabellionum hoc inuenitur. i. in
libris: quibus describuntur acta: & gesta hoīum. Ita demum: ut appllōne actoy intelligamus non solum libros ip
sos: in qbus ipsa negocia perscribantur: sed ēt absolute facta & gesta: ut illud apud Tran. in augusto. Nihil conue
nientius ducens: q̄ necem auūculi uindicare: tueriq; acta. i. q̄ ægisset. Ergo libris actoy. i. libris continentibus publi
ca ciuitatis negocia: nam & noīa liberoy in publicis ciuitatis monumentis describebantur. Vnde Apul. in secūda
Apologia ita scribit. Pater eius natam sibi filiam more cæteroy professus est: tabulæ eius partim tabulario publi
co: partim domo asseruabantur: q̄ consuetudinem seruant adhuc & Veneti: possumus ēt intelligere puatos libros
in quibus parentes acta sua describerent: inter que & noīa liberoy: unde Seruius in. ii. Geor. exponēs illud. Populi
tabularia uidit: scribit in templo Saturni: ubi erat ærarium solita fuisse reponi acta: que susceptis liberis faciebant
Actuarius parentes. Pli. ostēdit in. x. acta esse libros: ingens phœnicem auem in comitio ppositum: qd actis testatum est: sed
quæ falsa esse nemo dubitauerit. Idem ēt in. viii. Sed super oīa in nostro æuo actis Po. Ro. testatum. Tran. in Cali.
Quibusdam absentium maritoy noīe repudium ipse misit: iussitque in acta referri. Ab actis dicuntur Actuarii: qui
scribēdo negocia: tam publica q̄ puata in acta referūt: quasi notarii. Tran. iu Gæ. Orationes aliquas reliquit inter
quas temere quædam fuerunt pro Quin. Metello: quam non imerito Augustus existimabat magis ab actuariis
exceptam male subsequētibus uerba dicētis q̄ ab ipso editam. ¶ Suspēde coronas: in signum letitiæ: ornabantur
enim fores domus coronamentis frondibusque. Alibi. Pone domi lauros. ¶ Dedimus qd famæ. i. dedimus tibi fi
lios: quibus potes ondere te esse: & uiy: & maritū: ac per hoc detractoy famā extinguere: q te mulierē & cinedū
dicebāt. ¶ Scriberis hæres. Nam lege cautum fuisse ui: ut qui liberos non susciperet: hæreditates adire non posset.

❡ Legatum oē capis:bñficio inqt meo factum est:ut possis scribi hæres oīum legatoꝝ:quum antea obstantibus le gibus tibi non liceret:quas tñ leges in corpore iuris ciuilis nō habemus sublatas ab imperatorib. Legatum appel= lat:ut diffinit Modestus:quedam donatio testamento relicta:deducto uocabulo a lego legas:qđ est idem : quod mādo:& decerno testamento. Inde est legator:qui testamētum legat:& religt bona sua alicui. Legatarius uero is appellatur:qui legatum capit. A lego compositum est allego:quod capitur pro mitto. Plautus. Quin ea ipsa me al legauit qui istam accerserem. Allego etiam pro adduco. Pli. Tum multa allegauit:que ad rem ꝓpositam pertineř

Legatū
Legare

Legatum omne capis:nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis.
Si numetum:si tres impleuero:iusta doloris
Neuole causa tui:contra tamen ille quid affert?
Negligit:atq; alium bipedem sibi quęrit asellum.
Hęc soli commissa tibi celare memento.
Et tacitus nostras intra te fige quęrelas.
Nam res mortifera est inimicus pumice leuis.
Qui modo secretum commiserat, ardet:& odit
Tanquam prodiderim quicquid scio:sumere ferrū
Fuste aperire caput:candelam apponere ualuis
Non dubitat:nec contemnas:aut despicias: ꝗ
His opibus nunquam cara est annona ueneni.
Ergo occulta teges:ut curia martis Athenis.

¶ Si nortia: hoc ẽ dea æthruscorũ. Nã: ut ex Tertuliano didicimus: uolsinensiũ dea peculiaris fuit nortia: & Sutrinorũ: sic. n. scribit. Vnicuiq; ẽt prouinciæ & ciuitati suus deus est: & paulo infra. Crustuminensiũ Deluentinus: Narniensiũ Viridianus: Asculanorũ Ancharia: Volsiniensium Nortia: Otriculanorum ualentia: Sutrinorũ Nortia &c. de nortia itẽ Liui. li. vii. sic scribit. Volsiniis quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ æthruscæ deæ cõparere diligens talium monumentorũ autor Cinthius affirmat: sub eius nomine sortem fortunãq; significari scri. Martianus capella in li. de nuptiis philologiæ. ¶ Si senectus secu. prin. foret op. i. si Tyberius ĩ senecta qeta morte assumptus esset: & nõ sollicita: ac si dicat: si in tranquillo reipu. statu: & ciuitatis beniuolentia mortuus esset. hoc autẽ dicit: quia nõ sine magno animi cruciatu oppetiit: de eo. n. sic Tranquil. recitans initium epłæ eius. Quid scribã patres. C. aut quõ scribã: aut quid oĩno non scribã: hoc tẽpore dii me deæq; perdãt: quem quotidie perire sentio: scio: Veneno (ut aliqui tradiderũt) lẽto: & tabifico sublatus fuit. ¶ Oppssa: a morte: non aũt a Seiano: ut quidam inepte scripserunt. ¶ Hac ipsa ho. qua. s. dãnatus est: & ductus unco. ¶ Augustũ: hoc ẽ imperatorem: oẽs. n. ĩperatores Augusti nomẽ sibi usurpatunt. ¶ Iampridem ex quo. Nõ fuisset inqt mirum si forte Po. Ro. mortuo Tyberio imperatorẽ Seianũ creasset. Et non potius ipse sumeret curam reip. administrandæ p libertatem. Is. n. ex quo fuit sub iugo & impio Cæsarũ pstinæ libertatis iam ẽ oblitus: nec nũc aliud in pcio hẽt q̃ ludos Circenses. erit ãt ordo: populus iãpridẽ effugit curas ex quo suffragia nulli uẽdimus. ¶ Suffragia nulli uendimus. Oñdit in creandis magistratibus: quos ad arbitrium suum populus p suffragia creare solebat: nunc nullã ei esse creãdorũ ptãtem: sed oĩa tantum imperatoris nutu geri. Quod ab sylla primũ factum cõstat: quũ se dictotorẽ dixisset. Nã ei senatuscõsulto data fuit potestas necis: confiscationis: sortitionũ possessionis. populationis: auferẽdi regni: conferendi: cuicunque collibuisset publicatarum uenditiones ædium: oĩa enim arbitrio suo administrabat. Quod postea factitarunt imperatores: qui secuti sunt oppressa libertate. Vñ tranquil. in Caligula sic. Tentauit: & comitiorũ more reuocato suffragia populo reddere. ¶ Vendimus suffragia: consueuerat enim competitores magistratuum in comitiis tribuum suffragia sibi coemere muneribus: & largitionibus. Quod & Plutar. eleganter in uita Coriolani his uerbis ostendit sic. Diu si quidẽ post emptio & uẽditio sera prorupit: & inter concionis suffragia sese argentum miscuit. Seneca ad Lucilli. quã putas iucundum esse tribubus uocatis: quum cãdidati in templis suis pendeant: & alius nummos pronunciet: alius per sequestrẽ agat: alius eorum manus osculis conterat? Petronius. Nec minor in campo furor est: emptique quirites Ad prædã strepitumque lucri suffragia uertunt. Vẽalis populus: uenalis curia patrum. ¶ Effugit curas: populus inquit iam omisit curas pristinas gubernandæ reipubli. & eas ipsis reliquit imperatoribus: qui omnium iam rerum habenas ad nutum moderantur. ¶ Imperiũ aut merum est: aut mistum. Merum imperium habet gladii potestatem ad animaduertendũ in facinorosos homines: quod etiam potestas dicitur. Mistum imperium est: quum etiã iurisditio inest: quod in danda possessione consistit. Iurisditio est etiam iuris dandi licentia: hæc Vlpianus de iu. omnium iudicum. Imperium ego possumus accipere: aut dictaturam. nam ut scribit Pompe. de iuris origine: pditi sunt dictatores a quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus etiam capitis animaduersio data est: aut simpliciter quamcunque dignitatẽ. Fasces: consultatus: & præturas. Nam sex lictores cum totidem fascibus uirgarum: & securibus colligatis prætorem: duodecim uero consulem præcedebant. ¶ Legiones: exercitus: præfecturas stratioticas. ¶ Continet: nũc se & hæc oĩa permittit ab imperatorib. qui populi libertatẽ oppressere: disponi. ¶ Pannũ & circenses: uidetur potius legendum esse: pana q̃ pannum: duas. n. res dicit populum curare: ut sit sensus. Lupercales ludos in honorem panos & circenses curat: si enim dicas pannum & circenses: una tantum res erit: de lupercis supra diximus in. ii. satyra. Palmas præbere luperco. De circensibus autem illic in tertia. Si potes auelli circensibus. ¶ Periturος: uerba sunt populi. ¶ Magna est fornacula: magnum est incendium: hoc est res maximi excidii: & furoris mouentis. ¶ Mi: pro mihi Virg. & mi genus ab Ioue summo. ¶ Quam timeo: q̃ timeo ne multi imitati Aiacem manu sua sibi mortem consciscant utpote: qui male defensi fuerint: quod multi fecerunt Tyberii temporibus: unde Tranquil. Citati ad causam dicendam partim se domi uulnerauerunt: certi damnationis: sed ad uexationem ignominiamque uitandam partim in media curia uenenum hauserunt. ¶ Aiax. i. ciuis citatus. Nam Aiax quum in iudicio armorũ Achillis ab Vlysse esset superatus: dolore in insaniam uersus est: qui mortem Vlyssi minatus: quum ad eius pascua uenisset: ratus eius commilitones interficere: oues & alia pecora trucidauit. In caprum quendam: quem Vlyssem esse crediderat: crudeliter sæuiuit: qui simul ac cognouit: quæ per insaniam perpetrasset gladio sibi pectus transuerberauit. ¶ Aiax. Thelamonis filius ex hesione Laomedontis: fuit & alius Aiax Oilei filius in currẽdo pernicissimus: ut scribit Home. in Iliade. ¶ Calcemus: pedibus proteramus. Et uideant nos serui: ne nos accusent: quod cum: ut amici non calcauerimus. Illud q; respexit poeta: q; nulli delatorũ: autore Tranquil. fides est apud Tyberium abrogata.

Damnatos: idem populus si Norsia tusco
Fauisset: si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum: iam pridem: ex quo suffragia nulli
Vendimus: effugit curas: nam qui dabat olim
Imperium: fasces: legiones: omnia, nunc se
Continet: atq; duas tantum res anxius optat
Pãnũ: & circenses: perituros audio multos.
Nil dubium: magna est fornacula. pallidulus mi
Brutidius meus ad martis fuit obuius aram.
Quam timeo: uictus ne pœnas exigat aiax:
Vt male defensus: curramus præcipites: &
Dum iacet in ripa, calcemus cæsaris hostem.
Sed uideant serui: ne quis neget: & pauidum in ius

Nortia

Imperiũ merũ & mistũ iurisditio

Lupercales ludi

Aiaces duo

obeorto collo

Ceruice astricta: obtorto collo. Qui.n.ui ĩ iudiciũ: aut ad aliqd' supplicium ducebant': aut obtorto collo: aut iniecto laqo trahebant'. Plau. ĩ penulo. Sed qd ego dubito fugere hic ĩ malã crucẽ priusq̃ obtorto collo: ad ꝑtõrẽ trahor? Ci. ĩ oratõe ꝑ Aulo Cluẽtio. Nec qcq̃ ꝑpius ẽ factũ q ut illũ ꝑsequeret': & collo obtorto ad subsellia reduceret: ut reliq̃ posset portare. Diuus Hiero. ĩ epi. ad matrẽ & filiã: ĩ gallia cõmorantes. Obtorto collo me in ius trahis ut aut ꝓbẽ ꝙ uolo: aut multoꝝ ĩuidiã subeã. Tranql. ĩ Vitelio religatis post terga manib. iniecto ceruicib. laqueo ueste discissa: seminudus in foꝝ tractus ẽ. Apul. li. viii. met. Collo cõstrictũ reducũt cũ pastores molesti. Idem in. ix. colloq; cõstricto: & sacrilegos ĩpurosq; cõpellantes ĩterdũ pugnis obuerberãt? Habere tãtũdẽ .s. diuitiã possideri. Sellas do. cur. i. creare tuo arbitrio magistratus: nã sella curulis magistratuum erat & triũphantiũ. Aliqui dictã putant: ꝙ in curru ponebat': quo. in curiã soliti erãt uehi honoris gratia q magistratũ gessissent: autor Gelius li. iii. cap. xviii. Liuii uero inuit dici curulẽ a curib. ciuitate sabinoꝝ uerba Liuii hæc sunt. Haud pœnitet inqt eorũ sñiæ eẽ qb. & apparitores: & hoc genus ab ethruscis finitimis. Vñ sella curulis: uñ toga ꝑtexta sumpta ẽ. Stra. li. iiii. Memoriæ ꝓditum est: ut triũphalia ornamẽta ĩsignia q; cõsularia: & simplr magistratuũ decora: in rõanã urbẽ a Tarquiniis trãslata sunt. Tutor pri. tutor is dĩ: q ꝑtãtẽ hẽt in capite libero ad eũ tuẽdẽ: q pp ætatẽ suaꝫ spõte se defenderi neqt: q̃si tuor: & defensor: sicut æditimi q edes tuent'. Seianus aũt prĩcipe capreis cõmorãte oĩa gubernabat: tanq̃ tutor prĩcipis: & defensor. Chaldæo. h. d. pp trasyllũ mathematicũ chaldæũ quem de futuris maxime cõsulebat. Chaldæi aũt Diodo. autore Babylonoꝝ antiq̃ssimi fuerũt: q eũ locũ in sua rep. quẽ ĩ ægypto sacerdotes obtinuere. Ad cultũ. n. deoꝝ destinati: p oẽm uitã philosophabant' peritissimi astrologiæ habiti: multi diuinatõe quadã futura ꝑdicebãt: ac tũ auguriis: tũ sacris: tũ aliis quibusdã incãtatiõib. & mala auertere ab hoĩbus: & bõa afferre: auguria insup: somniaq;: & ꝓdigia interꝑtari consuere. De his ẽt añ dixius ĩ. vi. saty. illic. Chaldæis sed maior erit fiducia. Vis certe pila: nõ ĩterrogãtis est sed affirmantis. Scio inqt te uelle ĩperia militaria: ut. s. ꝑsis cohortib. ꝑtorianis: qb. Seianus ꝑ fuit. Pila: tela sunt rõanorũ. Luca. Et pila minantia pilis. Sicut sarissæ macedonũ: & Gessa galloꝝ. Egregios eqtes: aut eqtes domesticos: quos rõani stratiotas appellarunt: & sic docet q̃ sint castra domestica: ut stet & ꝑticula ꝓ. i. castra. n. domestica: erant ipsi eqtes: q ad ĩperatoris cũstodiã excubabãt: ẽt ꝑtoriani dicebant'. Eques aũt duplici mõ accipit': ut eq̃s ille appellet': q mercede aliẽa cõductus equo meret. Et q cẽsu suo equestrẽ obtinet dignitatẽ: is a Mar. dicit' eques nõ aliẽus. Quis largit' opes ueteri fidoq; sodali? Aut quẽ proseqtur nõ alienus eques. Idẽ in distichis. Fœlix cui comes ẽ nõ alienus eques: hoc ẽ: q aliena mercede ñ facit stipendiũ: sed diuitiis ꝓpriis ẽ eques: Itẽ eqtẽ pro equo posuit Enni. Deniq; ui magna quadrupes eques atq; elephanti ꝓiciunt' sese: quẽ locuꝫ secutus. Virg. sic scripsit. Frœnapeletronii lapythæ: gyrosq; dedere. impositi dorso: atq; eqtem docuere sub armis Insultare solo: & gressus glomerare superbos. Cohortes. Cohors ps decima est legionis. Nam in legione decem erant cohortes. cõstabatq; peditibus: & eqtibus: sed maiore semp peditũ numero. Quid ni hæc cupias: non est inquit mirum: si tales honores cupias: nam & qui uolunt occidere quemq̃: uelint tñ posse: ac ꝓinde esse potentes: & principes. Sed q̃ ꝑclara. Sententia est catholica: que tñ Seiano accõmodatur q̃ id continet: qđ his uerbis scri. Apule. Nihil quicq̃ homini tam ꝓspeꝝ diuinitus datum: qn & tamẽ admistum sit aliqd difficultatis: ut etiam ĩ amplissima quaq; læticia subsit quæpiam ei parua querimonia cõiuratione quedam mellis & fellis. Sed & Pli. li. vii. sic. Quid ꝓ bona malis paria non sunt etiam pari numero. Nec leticia ullo minimo dolore pensanda. Plau. in Amphytrione. Ita diis placitum: uoluptati ut mœror comes consequatur: quin incõmodi plus maliq; illico adsit: boni si obtigit qd. Prætextam: prætexta triumphantium fuit: & magistratuũ: ut ex Macro. Lectione superius docuimus. Prætexta etiam solites gestare senatores constat. unde Asconius ait: pretextam nobiliorũ esse: togam uero uilioꝝ: dicta ꝑtexta ꝙ purpura pretexeretur. unde Pli. li. ix. de purpura loquens sic inquit. Hinc fasces securesq; romanæ uiam faciunt: idemq; pro maiestate in puericia: distinguitq; ab equite curiam. Prætextam ergo hoc loco accipere possumus uestem senatoriam quã eo die induerat quo uenit in senatu quum occisus fuit. Sumere ma. hæc ĩterrogatio eo tendit: ut ostendat longe tutius esse in mediocri humiliq; fortuna uersari quã in summa opulentia. An fid. ga. oppida ut diximus ante latii deserta de qbus Ora. sic. Gabiis desertior. Atq; fidenis uicus. Ptãs nomen est offici. nam ut paulo superius diximus ex Vlpiani testimonio. Potestas appellabatur merum imperium qñ quis potestatem gladii haberet ad aĩaduertendum in ciues delinquentis Tran. in Claudio. Atq; ẽt persꝑ puincias ptãtibus demandauit. Ergo ptãs gabiorum. i. esse magistratus & hẽre impium gabiis ad aĩaduertendum in ciues facinorosos. Vasa mi. fr. i. esse ædilis. q ponderibus & mẽsuris ꝑerat. Persi. Sese aliquid credens italo ꝙ honore supinus Fregerit heminas arreti ædilis iniquas. Erant aũt ædiles minimi magistratus adolescentesq; prima cõmendatõe creabantur. Ci. legum. ii. Sũtoq; ædiles curatores urbis annonæ ludorumque solemnium ollisque ad honoris amplioris gradum primus accessus esto.

Ceruice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano. secreta hæc murmura uulgi.
Vis ne salutari sicut Seianus? habere
Tantundem? atq; illi sellas donare curules?
Illum exercitibus preponere? tutor haberi
Principis: angusta caprearum in rupe sedentis
Cum grege chaldeo? uis certe pila: cohortes:
Egregios equites: & castra domestica. quid ni
Hec cupias: & qui nolunt occidere quenquam,
Posse uolunt. sed que preclara: & prospera tanti
Vt rebus letis par sit mensura malorum?
Huius qui trahitur pretextam sumere mauis?
An fidenarum: gabiorumq; esse potestas?
Et de mensura ius dicere? uasa minora

Sella curulis

Tutor

Trasyllus chaldæi

Pila
Sarissæ
Gessa
Prætoriani
Eques

Cohors

Prætexta

Ptãs

Aediles

¶ Vlubris:oppidum est latii desertum. Nam oppida etiam preter urbē ipsam: ut ostendimus in.iiii.Saty. ædiles hēbāt. ¶ Pānosus:uestibus crassiorib.nā pānosus & pānucii dīr:qui uestibus incendūt crassiorib.hoc āt dicit: cōtra pretextam:que purpurea erat:& preciosa. ¶ Ergo qd op.peroratio est qua oñdit Seianū ignorauisse uerum bonū: quū illud in honorib.repōeret pp quos tāta mala sit passus. Ergo ignorauit qd uerꝫ bonū esset:& proinde qd optandū. ¶ Numerosa pa. Nam q̄to qs altiore loco cadit:tanto grauiorem ruinam sentit hocq; totū metaphoricos. Claud.in Ruffinū. Tollunt in altū. Vt lapsu maiore ruāt. ¶ Præceps imane:posuit p̄ceps:ut substantiuū:quasi pro p̄cipitio:sic & Papinius i soteriis Rutulii Gallici. Et subiti p̄ceps Iuuenile picli. ¶ Quid cr.& patrē & filiū quos a pthis cæsos oñdit plu.Nā quū Po.ro.a pthis graue bellū motū ad orientē accepisset aduersus eos misit.L.Crassum cū īfinitis regū auxiliis:nā bithyniæ rex nicomedes romanos iuuit:& mithridates pōticus: cū quo bellū postea grauissimum fuit: & Ariarates capadox:& Ptolæme.paphlagō:uictus tñ ē Crassus: & ab hostibus captus:caput ei recisum cū manu dextera aristonico regi oblatum Ludibrio fuit:& qa pthico auro inhiās talē susceperat expeditionē:aurꝫ liqdū in os eius īfusum fuit:ut cuius aīus arseꝛat auri cupiditate:eius ēt mortuū & exāgue corpus uteret: eius filius a pthis cū eos insequeret:cū exercitus pte īsi diis iterceptus obtrūcat. Eius caput abscissum: & lācea p̄fixū pthi añ crassi castra oñtabāt. ¶ Quid pō.magnū pōpeiū cū duob.filiis: quoꝝ magnus:dū primū sibi in rep.locū querit:a Cæsare in cāpis philippicis profligatus:a Ptole.rege ægypti iterficitur. Filii uero.Cn.& Sextus: quū īgēs bellum in hispania pararēt demū apud mūdā ciuitatē a Cæsare sunt supati.Cneū eo p̄lio profugū crure saucio deserta & auia petentē Cenonius apud lauronem oppidū cōsecutus pugnātē:necdū desperātē interficit.Sextū fortuna in celtiberia īterim abscōdit:aliisq; post cæsarē bellis reseruauit.Is.n.cōtra c̄tis infœlicis belli requiis in sicilia ingēs cōmouit bellum confugientibus ad eum:q superfuerant ex ptib.Bruti & Cassii:uerꝫ prelio nauali ab agrippa & Augu.superatus amissa classe.ccc.& quinquaginta nautū cū sex nauibus in Asiā profugit:ubi a titio: quē olim captum seruauerat militi interficit:lege Apianū. ¶ Et illum Iulium Cæsa. ¶ Ad sua fla.ad suū īperium:ut sibi pareret. ¶ Numinibus ma.non propiciis:nō amicis. ¶ Eloquiū:confutat & uotū eoꝝ:qui sibi optant eloquentiā:oñdēs: & illic uitæ periculum eē.Id autē exemplo Ci.& Demosthēis probat:quorū uterq; piit ob eloquentiā. ¶ Demosthenis & Ci.bñ āt hos nominauit:alter.n.apud græcos:alter uero apud latinos eloquētiæ principatum obtinuit.Cic.appellat Pli.li.xvii.lucem doctrinaꝝ alteram. Quinti.li.x.utrūq; tanq̄ optimum oratorem miris laudibus celebrat. ¶ Et to.quin.pueri inquit:qui adhuc primis insistunt rudimentis gloriæ cupidi: quum uenere quinquatria multis optant sibi uotis eloquentiā:id q; maxime faciunt:q; putant se iis diebus magis exaudiri. Nam Minerua ingeniis puerorū:pariter & puellarū fauet.Oui.in.iii.fast.Pallada tunc pueri teneræq; ornate puellæ. Qui bene placauerit pallada doctus erit. Quinquatria dicta sunt a numero quinario:de quibus sic Oui.eodē li. Vna dies media est:& fiunt sacra mineruæ. Nomina q̄ iunctis quinq; diebus habent. Sanguine prima uacat:nec fas concurrere ferro. Causa q; ē illa nata minerua die. Altera tresq; super strata celebrat harena. Ensibus exptis bellica læta dea ē. Ego hūc locum ita accipiendum esse censeo aperto:ita ut est:sensu:non ut alii aliquoin litterati:qui de Mineruali nescio qd intelligunt:est.n.ordo. Quisquis colit Mineruam ptam uno asse incipit optare totis quinquatribus eloquentiā.i. quotiens ueniunt quinquatria:qui dies ad ferias. Mineruæ ptinent pueri ita gloria incēdunt:ut optēt eē eloquentia & fama Demost.& Ci.pes. ¶ Colit mi.i.qui īſhis studiis adhuc puer uersat ita dictū:quēadmodū. Ille colit musas.i.carmīe se exercet. ¶ Adhuc co.q adhuc primis rudimētis inhæret. ¶ Partā.i.q̄ rudimēta sibi acqsiuit. ¶ Vno asse:exigua mercede:hocq; ex affectu poetæ subsanantis auaritiam suoꝝ tpoꝝ:quib.exigua p̄ceptoribus premia exhibebantur:quēadmodum & temporib.nostris:re in deterius semper labente. ¶ Quem se.cu.ca.puerum ingenuum ad p̄ceptorem euntē nō solus p̄sequebat pædagogus:sed & Capsarius:quē Vlpianus titulo de manumissis uindicta scri.eum esse:q pueri portet libros.Sueto.tradit Neronem damnatoꝝ liberos quosdam cum pædagogis & capsariis uno prandio pariter iussisse necari: capsariū ēt appellat Vlpianus titulo de officiis p̄fecti uigilum qui mercede seruanda in balneis uestimenta suscipit. ¶ Eloquio:sed uterq; pit:sed p eloquētiam suam uterq; ad necē compulsus est Ci.n.p̄sequēte cum.M.antonio:interfectus ē a pōpilio lenate:quē parricidii olim accusatum defenderat caputq; cum manu dextera relatum est Antonio:q̄ quum diu summa a'pexisset leticia exultans:ubi oculi saciati sunt illo spectaculo:iussit in rostris p cōtumeliam deponi:quasi uero illum iā mortuum contumelia afficeret: ac nō potius se ipsum ac fortunam suam indignam oñderet:q̄ an tantam potētiam nefariū hominem p̄uenisset.

Frangere pannosus uacuis ędilis Vlubris?
Ergo quid optandum foret ignorasse fateris
Seianum.nam qui nimios optabat honores:
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata:unde altior esset
Casus:& impulsæ pręceps immane ruinę.
Quid Crassos? quid Pompeios euertit:& illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus:
Magnaq; numinibus uota exaudita malignis.
Ad generum Cereris sine cęde:& uulnere pauci
Descendunt reges:& sicca morte tyranni.
Eloquium:ac famam Demosthenis:aut Ciceronis
Incipit optare:& totis quinquatribus optat.
Quisquis adhuc uno ptam colit asse Mineruam:
Quem sequitur custos angustę uernula capsę.
Eloquio sed uterq; perit orator.utrunq;
Largus:& exundans lęto dedit ingenii fons

pānosus
Pānutius
Præceps
Quinquatria
Capsarius
Ciceronis interitus

Ingenio manus eſt:& ceruix cæſa:nec unquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli:
O fortunatam natam me conſule Romam,
Antoni gladios potuit contemnere:ſi ſic
Omnia dixiſſet.ridenda poemata malo:
Quam te conſpicuæ diuina philippica famæ
Volueris a prima quæ proxima.Sæuus & illum
Exitus eripuit:quem mirabantur Athenæ
Torrentem:& pleni moderantem fræna theatri.
Diis ille aduerſis genitus:fatoq; ſiniſtro:
Quem pater ardentis maſſę fuligine lippus
A carbone:& forcipibus:gladioſque parante
Incude:& luto uulcano ad rhetora miſit.

¶ Ingenio.i.ipſi Cic.q magni erat Igenii.¶ Nec unq̃ ſanguine cauſidici:oñdit poeta grauius magno q̃ mediocri piculū iminere oratori:neq; n.inqt roſtra:i qbus cōcionātes cōſidūt:reſpſa ſunt ſanguie mediocris cauſidici.¶ Roſtra maduerūt:hoc āt dicit:& qa Ci.ſæpe ꝑ roſtris cōcionatus ē:& qa Antonius manū & caput Ciceronis iuſſit in roſtris infigi:q̄ſi illū iā mortuū cōtumelia afficeret. **Roſtra** Roſtra āt ædificiū:ſiue tēplū erat an curiā hoſtiliam in foro adornatū:antea roſtris nauiū antiatū: uñ & nomē ſortitū:autor ē Liui.li.viii.ab urbe cōdita.& Pli.li.xxxiii.ca.v.Cæſar queſtor Iuliā amitā:uxorēq; Corneliā defunctas oratiōe laudauit e more pro roſtris:autor Plutar.c.¶ Ridēda poemata:hic oñdit illud uehemēs Antonii odiū in Cic.emerſiſſe:qđ i eū philippicas ſcripſiſſet:i qb. miris Antonius afficit' cōtumeliis.Licet illic odii initiū traxiſſe uideatur:qđ quū poſt mortē patris Iulia mr̄ Antonii nupta eēt.P.Lētulo:quē cū Lucio Catilina cōſpirātē Ci.cōſul ſupplicio affecit: diceret corpus uitrici ſui nō prius ad ſepulturā datū:q̃ id mr̄ ſupplex ipetraſſet a Ciceronis uxore. In qua quidē re:ut ſcri.Plutar.mētitur:quod nullus ex his:qui tunc ſupplicio fuerunt affecti:ſepultura prohibitus eſt.¶ Quā te cōſpicuæ Malē inquit Cice.talia carmina ridicula ſcripſiſſet: quam ſecūdā philippicā.nā & ſi oībus orationibus ſuis grauiter Antoniū accuſat:ſecūda tñ illū acerrime inſectat'.Philippicas autem orationes ſuas in Antoniū appellauit:ut ipſe ad Atticū ſcribit:q; libertate dicendi & eloquentia maxīe imitatus ſit Demoſthenē:qui in philippū multas ſcribēs actiōes eas philippicas appellauit. **Philippicæ** ¶ Sæuus exitus eripuit illū.ſ.demoſthenē:nā Demoſthenes quū nūciatum eſſet Antipatrū & Craterum macedones aduentare:ex urbe profugit in Calabriā ad templū Neptūi quo cognito Antipater Archiā tyriū illuc cum ſatellitib. miſit:q templū igreſſus ſuadere cœpit Demoſtheni:ut una ſecū ad Antipatrū pgeret:nihil oīno moleſtum ab illo ppeſſurus. **Demoſthenis interitus** Cui rñdens dixit:paꝝ expecta:dū nōnulla domeſticis ſcribo.Hæc fatus in iferiorē templi ptem cōceſſit: captoq; libro:quaſi ſcribere uellet:calamū ori admouit:exquo incluſum uenenū ſumpſit.Eratoſthenes autem ait i circulo quodā cōcauo:quem circa brachiū ferebat:uenenū ſeruaſſe.Fuit item alius Demoſthenes athenienſis miſſus cū Nicia aduerſus Syracuſanos: de quo meminerūt Plutar.in Nicia.Thucydides lib.vii.hiſtoriarū:& Iuſtinus lib.iiii.quem tradunt alii gladio:& uoluntaria morte ſe uindicaſſe:alii interfectū iuito Gylippo duce lacedæmonioꝝ.¶ Diis aduerſis genitus:qa multis agitatus eſt aduerſitatibus.¶ Quem pater ardentis maſſæ:nō iam ad rhetora a patre eſt miſſus:nam annorum ſeptem tantū fuit:quum patrem amiſit.Sed ad Iſeū ſe contulit:q̄q̄ tunc tpis floreret Iſocrates:pater autẽ Demoſthenis fuit (ut Theopōpus:& Plutar.tradūt)i primis honeſtus ac probus uir: macheropius ab officina gladiorū eſt cognominatus:quā athenis egregiā:multiſq; artificibus ſeruis inſtructam habebat.Matre barbara muliere natum ſcribit Eſchines.De eo ſic Sydonius Apollinaris:Fabro progeītus ſpreto cui patre polita Eloqis plus lingua fuit.De eo ſic & Vale.Quā matrē Euripides aut quē patrē Demoſthenes habuerit:ipſoꝝ quoq; ſæculo ignotū fuit.Alterius aūt matrē olera:alterius patrē cultellos uenditaſſe pene oīum doctorū litteræ loquunt'. **Lippus** ¶ Lippus:is appellatur:cui oculi iugiter ſtillant.Vnde lippitudo,morbus:quo oculi iſeſtantur. Ora.Oculis collyria lippis.¶ Et luto pro luteo:ut docuimus in.vi.ſaty.illic.Et terrā luto ferit inteſtino : nam prīa longa eſt Perſi.ſurgit tibi lutea pellis. **Luto p luteo** Oui.Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris.Virg.Mollia luteola pingit uaccinia calta:& alibi.Et croceo mutauit uellera luto pro luteo croco:ut ſit hypallage.Nam dictio:que duas extremas habet longas:& mediam breuem ſtare nō pōt in uerſu exametro:hac aūt rōne dicimus indupator pro imperator:qa media ſit breuis:& extremæ longæ.Quando autē eſt a Luto deriuatū primā hēt breuē.Ora.i ſermonibus defingit rheni lutheum caput.¶ Belloꝝ exu.Oſtendit & uotum eoꝝ damnandū eē:qui ad res bellicas optauerunt deſcendere:tanq̃ reportaturi(quod fere ab oībus expeti ſolet)famam & gloriam:docens:& id multis pariter imperatoribus:& patriæ fuiſſe exitioſum:ut patebit Alexandri:& Hanibalis exemplo.Ordo āt hic ē.Lorica affixa truncis trophæis:& buccula pendens de caſſide fracta:& iugū curtum de temone:& reliqua appoſitiue exuuiæ bellorum creduntur eſſe bona maiora bonis humanis. **Trophæum** ¶ Trophæis.Trophæum dictio eſt græca:trophe enim græce conuerſionem latinæ ſignificat:erat autem monumentum hoſtium deuictorum: a græcis conſuetudo manauit:qui ubi hoſtes in fugā conuertiſſent:arborē truncatis ramis erigebant:quibus hoſtium ſuſpēdebant exuuias. Vnde Nonius.Spolia inquit hoſtiū ſtipitibus affixa Trophæa uocant':tranquil.in Caligula truncatiſq; arborib.& in modū trophæorū adornatis:eā conſuetudinē & Romani uſurparunt:unde marii tropbæa a ſylla diſiecta : ſunt q̃ a Cæſa.ut Trāql.& Plu.ſcribūt:fuerūt repoſita ſcri.Serui.Trophæa i locis eminentiorib.collocari ſolita : & ideo Rōæ in arcubus incidebant':ad id exedificatis.Sed ea poſtea nō ſolum in marmore:ſed & in æs icidi cœpe.Vnde Plutar.cōqueritur imprudēter ſimul & aſtute nimis egiſſe primos ex græcis:q Trophæa:aut marmore inciſa:aut ære ſculpta faciētes:odiū ſimul & bellū a conſeruata uicti ignominia perpetuum reddidiſſent De Trophæis mentionē ſæpiſſime fieri apud Thucydidē inuenies.Illud denique tenebis Trophæum fuiſſe aut ſaxum : aut arborē deciſis ramis:aut columnam erectā:aut arcus cum inſcriptione huiuſmodi.Athenienſes hic uicerūt lacædemōios.

¶ Truncis:quia ut dicimus ramis truncatis ſpolia arbori ſuſpendebantur:unde eſt illud Vergi. Ingentem quercũ deciſis undique ramis Conſtituit tumulo:fulgentiaq; induit arma Mezẽti ducis exuuias tibi magne tropheũ Bellipotẽs aptat rotãtes ſanguine criſtas. ¶ Lorica:ex corio fieri conſueuit:que quãuis nunc ex ferro conficiatur:nomẽ tamen obtinuit a loris. ¶ Buccula:ea eſt pars galeæ:que buccas tegit:eius ſic meminit Iulius Capitolinus in maximinis. Fecit & galeas:gẽmatas:fecit & bucculas. ¶ Curtum autem mutilatum ut Marti. Et curtus chiones Antyopeſue calix. & Proper. li. iiii. Leſit & obiectum tegula curta caput:aut curtum temone.i.a temone curtatũ: & anulſum. Temone: a tenendo eſt dictus: qđ plauſtrũ teneat:& gubernet. ¶ Apluſtre: autor eſt Feſtus apluſtria eſſe nauium ornamenta: que quia plus erant:quam eſſent neceſſaria ẽt apluſtria appellabant. Cic. in Arato. Nauibus aſſumptus fluitãtia querere apluſtra. Sylius li. x. Sic iãq; p undas. Et tranſtra & mali laceroq; apluſtria uelo. ¶ Et captiuus triſtis in ſummo arcu. Nam in arcubus lapideis incidebatur totus ordo uictoriæ. Domitianus per ſummam ambitõem:arcus cum q̃drigis & inſignibus triumphorũ per regiones urbis tãtos:aut tot extruxit:ut cuidam græce inſcriptũ arcui ſit conſulatus. xvii. cœpit: autor Tranquil. ¶ Maiora bonis humanis:hoc eſt nihil eſſe ĩ bonis hũanis excellentius hac gloria bellica. ¶ Ad hæc ſe.i.ad hanc gl'am & famam comparandam ex ſpoliis:& uictoriis hoſtium. ¶ Induperator: pro imperator pp rõnem de luteo ſuperius dictã qa inter duas ſyllabas longas non põt media breuis ſtaĩ in exametro. Sic & Macedas pro macedonas dĩt poetæ. Vt illud apud Val. flaccum in p̃mo. At iuno argolicas pariter macedumq; p urbes.

Lorica
buccula
Temo
apluſtria

Bellorum exuuię:truncis affixa trophęis
Lorica:& fracta de caſſide buccula pendens.
Et curtum temone iugum: uictęq; triremis
Apluſtre:& ſummo triſtis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc ſe
Romanus:graiuſq;:ac barbarus induperator
Erexit:cauſas diſcriminis:atq; laboris
Inde habuit, tanto maior famę ſitis eſt:quam
Virtutis. quis enim uirtutem amplectitur ipſam
Premia ſi tollas: patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum:& laudis:tituliq; cupido
Hęſuri ſaxis cinerum cuſtodibus:ad quę
Diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici,
Qñ quidem data ſunt ipſis quoq; fata ſepulcris.

¶ Romanus:Senſus eſt Romani inquit imperatores Græci & Barbari erexerunt ſeſe ad hæc: & aĩum ſuum intenderunt uidelicet ad famam & gloriam:quã dũ oĩ ſtudio ſequuntur & ſibi:& patriæ peperere exitium. Atque hoc mõ dignitates petentium dãnat ſtultum uotum: per romanum autem poſſumus intelligere non modo Iuliũ Cæſarem:ſed &. M. Antonium multoſque alios:qui dum gloriam bellicã ſequuntur:& ſibi exitium:& patriæ calamitates multas attulerunt. ¶ Graius: ut Themiſtocles:& Milciades duces Athenienſium:qui dum famam: & gloriam rebus bellicis aucupantur:miſerabili exitu uitam finiuere. Nam milciades:qui athenas: totamq; græciã liberauerat:ſuperato Dario duce perſarum:ob eamq; rem multis affectus publice honoribus:demum proditõnis accuſatus:cauſa cognita:capitis abſolutus:pecunia mulctatus eſt:quã quia ſoluere non poterat in carcerem coniectus eſt:ubi diem obiit ſupremum. Themiſtocles uero rebus licet fœliciter aduerſus Xerxem geſtis:inuidia tamen ciuium ſuſpectus:& ipſe proditionis ciuitate eiectus:argos habitatum conceſſit:ubi quum tutum ſe non uideret: corcyram demigrauit:deinde ad Admetum moloſſorũ regem cõfugit. Demũ quũ a lacædemoniis & athenienſibus ad ſupplicium depoſceretur:ad Artaxerxẽ confugit:a quo magnis mũeribus donatus in Aſiam rediit: Domiciliumque ſibi magneſiæ conſtituit:ubi autore Thucydide morbo aſſumptus eſt: Alii uero tradũt: eũ epoto tauri ſanguine:infuſo ueneno:uitam finiuiſſe. ¶ Barbarus:ut Hannibal:qui dũ romanos bellis aſſiduis uexat: in cauſa fuit:ut patria a Romanis ſit euerſa. Ipſe ẽt ad uenenũ ſit compulſus. ¶ Erexit ſe.i.aĩum ad hæc intendit. ¶ Hũit cauſas diſcriminis:cupiditas inqt illa gloriæ fuit cã:ut adiuerint tot pericula:& tot labores. ¶ Tanto maior famæ ſitis eſt. Non ſunt inqt ad hæc pericula & labores tam moti uirtutis q̃ gloriæ cupiditate. Neque.n.hæc: qa per ſe pulchra eſſent fecerũt:& qđ ſola contẽti eſſe uellent rei bñ actæ conſcientia: ſed ut ĩmortalem gloriam conſequerẽtur:qđ oẽs fere mortales faciũt:qs.n.aliqd cũ uirtute faciat:niſi ſibi magnã puẽturã ĩde ſciat gloriã:q̃ bõi opis ẽ tanq̃ merces & p̃miũ. uñ h̃ loco poeta horũ ĩperatorũ exẽplo eos nciat q uirtutẽ nõ amplectant̃ niſi famã inde cõſequuturã arbitrẽtur qđ eſt cõtra Ci. phĩam q ait:ſufficere debere ad gl'am bñfacti conſciam. ¶ Præmia ſi tol.i.ipſam gloriã:q̃ opis bñ nauati hñt p p̃mio. ¶ Pñam tñ:ſenſus eſt:dũ nõnulli gloriæ:& laudis cupidi bella gerunt:in cã fuere:ut patria ſubuerteretur:ſicut Carthago euerſa eſt:dũ Annibal gloria incẽſus cũ romanis gerit bellum. Senſuſq; ita a ſupioribus pẽdebit:ut dicas. Summo quidẽ ſtudio multi gloriam tanquam ſummum bonum appetiuerunt:ſed tamẽ ipſa gloria obruit patriam eorũ. Hoc ãt uĩ poeta ſumpſiſſe ex tertio Tuſ. Ciceronis ita ſcribentis đ gloria. Quæ cæcitate homines cum quædam p̃clara ẽt cuperẽt:eaq; neſcirẽt:nec ubi:nec q̃lia eſſent:funditus alii euerterũt ſuas ciuitates:alii ipſi occiderũt. ¶ Tituliq; cupido:ĩſcriptõis:q̃lis ſolet fieri in ſaxis tumulorum. ¶ Diſcutiẽda:delẽda:p qđ monet poeta rebus humanis minime confidẽdum:quum oĩa ſint caduca & uana:iuxta illđ Salomõis. Vanitas uanitatũ & oĩa uanitas. ¶ Robora fici.i.caprifici:ea.n.ex muris erumpit: ſcinditque ſepulchra Mar. Marmora meſſalæ findit caprificus. ¶ Quãdo qdem Stulti inqt ſunt mortales q ſempiternam ſe putãt adepturos gl'am ex titulis ſepulchrorũ:ac per hoc uariis ſe patriamq; laboribus:ac piculis obiiciunt:ut in ſepulchris rerum geſtarũ titulos relinquãt:nõ intelligẽtes ipſos ẽt titulos cũ ſepulchris erũpẽte caprifico poſſe deleri. qđ & Pli. in prohemio ſeptimi libri cõplorat his uerbis. Vni homĩ ſepulturæ cura:atque etiam poſt ſe defuturæ:ubi locum emendauimus. Nam ubi ſcriptum erat mendoſe defutura: & Hermolaus barba. corrigeret defuturo:Nos cor=

Milciades
Temiſtocles
Locus Plinii

reximus defuturæ:ut sit sensus.Cura sepulturæ est homini.atque etiam defuturæ post se .i. homo curam habet se
pulturæ & eius rei:que etiam post se defutura est:hoc est que cito delebitur:nec diu durabit : quando quidem etiã
fata data sunt ipsis sepulchris:ut aut uetustate:aut alia calamitate intercidant. Sicque uanam stultamque hominũ
ambitionem:& gloriam sugillat,Sic & Mar. Accipe non phario nutantia pondera saxo . Quæ cineri uanus dat
ruitura labor. Ausonius. Mors etiam saxis nominibusque uenit. ℭ Expende Hannibalem. Exemplo Hannibalis
monet poeta opibus humanis neutiq̃ cõfidẽdum:cæcamque istam gloriæ cupiditatem omnino fugiendam ; quã
do quidem per mortem omnia prorsus destruan
tur : nam si Annibalis inquit cineres uolueris ex
pendere:docebit te mors hominem : cuius aĩus
imensus erat:nihil omnino esse proindeque tam
multa non fuisse querenda: que cito interuentu
mortis essent perdenda. ℭ Quot libras q.d.mi-
nimi ponderis inuenies eum:cuius animus tãtus
erat:ut regnum aphricæ ei satis non esset . Nam
aphrica non contentus:exercitum in hispaniam
Italiamque traiecit : ubi romanos per sexdecim
annos assiduis:crebrisque uictoriis defatigauit.

Expende hannibalem: quot libras in duce summo
Inuenies? hic est : quem non capit aphrica mauro
Perfusa oceano:niloque admota tepenti .
Rursus ad æthiopum populos : aliosq; elephantos
Additur imperiis hispania:pirenæum
Transilit.opposuit natura alpemq;:niuemq;,
Diduxit scopulos:& montem rupit aceto.
Iam tenet italiam:tamen ultra pergere tendit.
Actum inquit nihil est:ni pœno milite portas
Frangimus:& media uexillum pono suburra.
O qualis facies:& quali digna tabella:
Quum gætula ducem portaret bellua luscum
Exitus ergo quis est? o gloria:uincitur idem.

ℭ Aphrica perfusa mauro oceano: descriptio est
situs aphricæ: quæ quum sit tertia pars orbis : ab
Asia separatur nilo:ab occidente alluitur oceão
atlantico:ubi æthiopes sunt in lybia:ab Europa
nostro mari. ℭ Nilo tepẽti:hoc dicit propter in
temperiem æstus:ob quem ad eius fontes nullus
unquam fuit aditus: est.n. Zonæ torridæ subie-
ctus: de cuius ortu uaria referuntur ab autoribus
De quo sic Pli. Nilus incertis ortus fontibus : ut
per deserta:& ardentia : & imenso longitudinis
spatio ambulans &c. ℭ Rursus ad Aphrica inq̃t item admota est ad alios æthiopes:ut per hoc intelligas nõ solũ
Aethiopia duplex aphricam ad æthiopes atlanticos ad occidẽtem:sed ẽt ad æthiopes Troglodytas ad oriẽtem in arabia extẽdi: est
.n.duplex æthiopia(ut diximus alibi)altera in occidẽte ad atlanticum oceanum : altera uero in arabia oriẽtẽ uer
sus:de qua sic Apul.li.xi.Meta.Et qui nascentis dei solis inchoantibus illustrãtur radiis æthiopes.Statius in.x. the
baidos. Aethiopesque alios &c. ℭ Additur imperiis hispania.Nam in hispaniam contra fœdus transiuit. Sagũtũ
ciuitatem romanoꝝ octauo mense cœpit & euertit.De quibus iniuriis missos a romanis ad Annibalem legatos :
qui quererentur:noluit audire:sed armoꝝ strepitu:& tubaꝝ clangore:nauim ne ad littus appellerent prohibuit:q
ut mandatum erat:iter ad Carthaginem uertẽtes:bellum de more indixerũt.Annibal: deinde superato pyrenæo
saltu:per gallias:ad alpes uenit:& laborioso per eas trãsitu : quum montanos quoq; gallos obuios aliquot preliis
repulisset:in Italia descendit:& ad Ticinum amnem romanos equestri ꝓlio fudit:iterũque trebiam fusis: apeninũ
per maximam militum uexationem pp uim tẽpestatũ trãsit:Cãpaniam uastauit : Exercitũ Romanũ apud cannas
Apuliæ uicũ supauit:quo ꝓlio q̃draginta q̃nq; milia cæsa fuerũt cũ Paulo cõsule:& senatoribus nonaginta:potius
capua:q̃ ad eũ defecerat:tertiũ ab urbe roma lapidem sup Anienẽ castra posuit:ipse uero cũ duob. milib.equitum
usq; ad portam capẽam:ut urbis situm exploraret obeq̃tauit: & quum per triduum utrinque in armis excitus oĩs
descẽdisset:certamen tempestas diremit.Nam quum in castra rediissent statim serenitas erat.Hæc oĩa poeta pcur-
Pyrenæus rit. ℭ Pyrenæum.s.montem:q galliã ab hispania diuidit. ℭ Et montem rupit.Nã ut scribũt Liui.& Plu. montem
scõ incẽdio:infusoq; insup aceto disrupit. ℭ Opposuit natura:nam Alpes:ut scri.Pli.Italiæ pro muris aduersus im
petum barbaroꝝ dedit:& ut idẽ scribit ꝓdigii loco habitum est:quum Annibal eas superauit. Tñ ultra pergei tẽ
dit:nõ cõtentus in Italiam descendisse:quã per ãnos sexdecim:ut diximus uastauit. ℭ Media suburra:fuit.n. ut an
diximus regio romæ celebratissima. ℭ O qualis facies:deformitatem Annibalis notat per acclamatõem. ℭ Et q̃li
digna tabella:nam deformes sæpe in derisum a pictoribus in tabellis pingebantur. ℭ Quum belua gætula.i.ele
Gætuli phãtus maurus.Nam gætuli populi sunt libyæ contermini mauritaniæ:ubi elephãtes inueniũtur : sed maiores in
India:hoc aũt dicit ex historia.Nam Annibale in ethruriam descẽdẽte Arnus uehemẽter exercuerat. Quaĩ tm̃
exercitum secum trahẽs uitare non potuit q̃n ingẽtem hoĩum ac iumentoꝝ iacturam faciẽs ipse quoque: & si ele
phanto q unus ex multis superfuerat eminens ueheretur plurium dieꝝ ac noctium intemperie uigiliis confectus
alterum oculoꝝ amitteret:autores Plutar.& Li. ℭ Exitus ergo q̃s est? hoc totũ est in derisum Annibalis:qui dum
inanem seq̃t glãm:superatus est a Romanis.Quis inq̃t fuit finis Annibalis supat̃ inq̃t:& in exiliũ abut.Nam ex
Italia in Aphricã reuocatus a Sci.posteriore supatus est: q fugiẽs ad Antiochũ regẽ syrie concessit quem romanis
hostẽ fecit:quo uicto ad prusiã bithyniæ regẽ trãsiuit:uñ a romãis per Flaminiũ legatum repetitus hausto: qd̃ sub
Annibalis mors ãnuli gẽma habebat ueneno:absumptus est. ℭ O gloria. Acclamatio est in uanam gloriæ cupiditatem:ostẽdit .n.
Annibalem dum gloriam querit:& superatum a romanis:& ex patria fugatum in exilio uitam finiuisse. Gloriam
Gloria autem scimus esse duplicem:ut altera:dicatur gloria adũbrata:que ueram gloriam imitetur:multi.n famam popu
larem tanquam ueram gloriam sequentes:seque & ciuitates suas perdidere. Altera uero quedam solida res sit : &
expressa non adumbrata.Ea est:ut scri.Ci.in.iii.Tus.consentiens laus bonoꝝ:incorrupta uox bene iudicãtium de
excellẽte uirtute.Quĩ.Laudem bonoꝝ glãm appellat.Se.ait.Glãm uanũ & uolatile q̃ddã esse:auraq; mobilius.

¶ Nempe in exiliū abiit.s.ad Anthiochū:mox ad prusiā.¶ Sedet ad ꝓtoria : miseriā ostendit Annibalis:qui tanꝗ cliens pretorio assidens Prusiā regē expectaret.¶ Libeat uigilare:melius ē legere uigilare quam iugulare:ut sit sensus:ad pretoria prusiæ regis bithyniæ assidebat tanꝗ cliēs: dōec rex e lecto mane surgeret ut uel eū romano ritu salutaret:aut presto esset: si quid imperaret.¶ Tyranno bithynio.i.prusiæ regi bithyniæ.Illud aūt obseruandum est primam & secundā syllabā Bithyni poni ad placitū:unde alibi.Equitesq; Bithyni.¶ Finē animæ : ordo est:& sensus.Non gladii:non saxa dabunt finē animæ.i.ipsi Annibali:qui res hūanas perturbauit:sed uenenū:quod sumpsit ex annulo Na: ubi sensit:se per Flaminiū reposci a romanis:hausto ut diximus ꝙ sub annuli gemma hēbat:ueneno:absumptus ē.¶ Miscuit:cōturbauit.& tremefecit.Virg.& oēm miscet agens telis nemora inter frondea turbā.¶ Annulus uindex cannarū.i.qui sumpsit uindictam de romanis trucidatis ad cānas uicū apuliæ:de qb.pauloante dixius.¶ Vt pueris placeas:ut pueri habeāt materiā ad declamandū:que sumebat̃:ut diximus:ex historiis.Declamatio est : ut ante docuimus illic.Declamare doces:forensiū actionū meditatio.Ita.n. pueri exercebantur : ut ad ueras cās agēdas i foro eēnt instructi.¶ Vnus orbis.Sensus ē.Alexander Magnus:q gloriæ studio aīūm adeo insaciabilem gessit:ut uno orbe cōtentus nō eēt:cognoscet in fine uitæ cupiditates suas ianes uanasq; fuisse : per quod poeta docet hoīes p mortē mōeri reb.hūanis:ut momētaneis:& caducis minime inhiandū: inanēque gloriā oīo fugiēdā.Quod aūt poeta dicat:unū orbē hoc est ex historia.Nam ut scribunt Plu.& Curtius:quum ab Anaxarcho:ex ꝑsuasiōe audiuisset:plures eē mūdos:fleuisse:amicisque percunctantib.quidnā fleret respondisse:at nō inquit dignū est flere:si quū infiniti sunt mundi:domini unius uix facti fuerimus.¶ Pelleo iuuēi.Alexādro macedoni.Nā pella autore Pli.& Strabōe colonia fuit in Macedōia ubi milites recēsebant̃:& alebant̃ equi:un̄ & Philippū pelleū appellauit:Luca.Pellei ꝓles uesana philippi.¶ Aestuat.Exudat:ueluti æstuant:q loco angusto īclusi sunt:un̄ nulla dent̃ spiracula.¶ Aestuat infœlix:Seneca ad Luciliū Alexander macedonū rex dicere geometriā infœlix cœperat sciturus ꝗ pusilla terra esset:ex qua minimū occupauerat:ita infœlix dico ob hoc:ꝙ intelligere dbebat:falsum se cognomē gerere.Quis.n.eē tam magnus in pusillo potest?¶ Vt Gyari.Gyarus & Seryphus insulæ sunt exiguæ : in quas relegabantur sontes:quarum Seryphus una est ex Cycladibus.Gyarus aūt una ex Sporadibus.¶ Vrbem munitam figulis.Babylonem intelligit: ꝗ Semiramis uxor Nini cōdidit in assyria muris coctilibus tātæ latitudinis: ut duo currus contrarii exciperētur.De ꝗ multa Diod.Trogus:Strabo:Pli.Solinus: & alii. Illic Alexāder sublatus fertur ueneno:ꝙ dedit Antipater per Iolā ministrum:conscio ut nonnulli tradiderūt Aristotele. Venenum fuit aqua frigidissima:quæ manat ex nonacrina rupæ arcadiæ:nec cōtineri ꝑt alio uase ꝗ muli ungula : autores Plutar. & Vitruuius.¶ Sarcophago pro sepulchro posuit.Nam Sarcophagus lapis est:ut scri. Plini. li.i. q circa Asson Troadis nascitur:in quo mortuoꝝ corpora recōdita constat cōsumi ꝑter dentes : oīaq; quæ illata sunt una cum cadauer̃ fieri lapidea:αϖοτκσ σαρκοσ ꝙ significat carnem & φαγω comedo . De eo lapide sic scri. Celsus. Lapis ēt q carnem exedit: quem Sarcophagon græci uocāt scri. Stra. cadauer Alexādri ereptum fuisse Perdicæ a Ptolæmeo : alexādriamq; delatum:atq; cōditorium illic extructum fuisse:qđ (ut scri. Tran.) iussit aperiri Augu.quum Alexādriā uenisset : superatis Antonio : & Cleopatra . Sed quando de Sarcophago facta est mentio:subiit mihi monere locum illum apud Plautum in Amphitrione esse corrigendum:ubi legitur.Hæc sola sarcam gestat: ut scribe sic : qđ nos recte emendauimus . Hæc sola sana restat meorum familiarium. sequitur .n. immo omnes sani sunt profecto. dicit .n. Amphitryo omnes familiarium esse insanos: quum ab eis non cognoscatur præterquam ab Bromia: ꝗ solam dicit restare sanam : facile.n.fuit sarcam pro sanam scribere.Sic etiam locus ille in asinaria est castigandus : ubi scriptum est . Vides meam ante mergere.Nos sic correximus:uides me amātem egere.s.uiginti minis:de qbus an̄. Mors sola fatetur . Sola inquit mors docet hominem : qui tantopere intumescit: inanemq; hanc mortalem gl̄am ꝗrit: esse quiddam minimum : quando mortuus uel paruula urna recondatur hocq; maxime dictum est ad Alexādrum : cuius animus tantus erat : ut uix eum totus orbis caperet : qui mox exiguo captus est tumulo . ¶ Creditus olim. Damnat & Xerxem stultitiæ:qui cupiditate gloriæ incensus inerrabili belli apparatu græciam aggressus est: ubi tandem superatus summo cum dedecore in Asiam refugit.Cuius rei historia:ut luculenter docent Iustinus li. ii. Herodo.lib.vii.Pluta. in uita Themistoclis:& Prob.æmilius ita se habet. Xerxes quum græcis bellum illaturus esset comparatis septingentis milibus hominibus de regno:& trecentis dē auxiliis:& decies cētum milibus nauiū numero: fabricato pōte super hellespōtum traiecit in Europam:ubi inito ꝓlio: quum Persæ a græcis duce Themistocle bello nauali superati: in fugamq; conuersi essent:ipse tali clade perculsus:& dubius consilii:hortante Mardonio milites ducibus perducendos tradit: ipse cum paucis Abydon contendit:ubi quum solitum pontem hybernis tempestatibus offendisset: piscatoria scapha traiecit in Asiam trepidus:ꝗ oīa hoc in loco poeta prosequitur.

Nēpe & fugit in exilium preceps:atq; ibi magnus:
Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis
Donec bithyno libeat uigilare tyranno.
Finem animæ:quæ res humanas miscuit olim,
Non gladii non saxa dabunt:non tæla:sed ille
Cannarum uindex:ac tanti sanguinis ultor
Annulus.i demens:& sæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas:& declamatio fias.
Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.
Aestuat infœlix angusto limite mundi
Vt gyari clausus scopulis:paruaq; seripho:
Quū tamen a figulis munitam intrauerit urbē,
Sarcophago contentus erit.mors sola fatetur
Quantula sint hoīum corpuscula.creditur olim

Pella

Babylō

Sarcophagus

Loca Plauti emendata

Xerxes

¶ Velificatus: Athos mons ē altissimus macedoniæ: qui ad mare Aegeum usque porrigitur: & in æstate umbrā extendit ad lemnon insulam maris ægei: quem ut scribit Herodotus li. vii. & Iustinus Xerxes: quū in græciā uenisset: classemq; haberet ad eleuntem Cheronesi stationem: iussit abscidi a contenti: fossa autem facta ē longitudine mille & quingentorū passuum ea latitudine: ut duas naues cōtrarias exciperet: quod quidē factum est quū ad ostentādā

Athos potentiam: tū ad relinquendam memoriam magis quā ad ullā expeditionem necessariam: ergo uelificatus idest per quem naues suis uelis nauigauere Catullus. Per mediū classis barbara uenit athon. ¶ Athos. In nominatiuo athon inuenitur & Athos: cuius genitiuus & datiuus est Atho more Attico. Accusatiuus athon a nominatiuo Athos. Vergilius aut Athon: aut Rhodopē aut alta ceraunia tela. Deiecit. Athona autē a nominatiuo athon: ablatiuus atho. Oui. li. ii. de arte amandi. Quot lepores in atho: quot apes pascū in bybla. ¶ Et quicquid græcia mēdax. Innuit Iuuenalis ea: que de Xerxes dñr esse fabulosa. Nam græci historici fabulas plerūq; historiis inferciunt: mendaciisq; gaudent: unde pli. li. v. ca. i. loquēs de nemore Hesperidum sic inqt. Nec præter Oleastros aliud extat ex uarrato illo nemore: Minus pfecto mirētur portentosa græciæ mendacia de iis

Græcia mendax prodita. Idē in octauo. Mirum est quam procedat græcia credulis: nullum tam impudēs mēdaciū est ut teste careat. Sic etiā a Valerio in capite de amicitia taxantur: ut mendaces. Illa gentis ad fingēdū paratæ monstro similia mendacia.

> Velificatus athos: & quicquid græcia mendax
> Audet in historia: cum stratum classibus iisdem
> Suppositūq; rotis solidum mare: credimus altos
> Defecisse amnes: epotaq; flumina medo
> Prādente: & madidis cantat quæ Sostratus alis.
> Ille tamen qualis rediit salamine relicta:
> In corum atque eurum solitus sæuire flagellis
> Barbarus: æolio nunquā hoc in carcere passos:
> Ipsum compedibus qui uinxerat Ennosigæū:
> Mitius id sane: quod non & stigmate dignum

¶ Constratum. nam naues decies centū milia habuisse dicitur. ¶ Suppositumq; rotis. nam ut ex Asia in Europam traiiceret copias: pontem fecit: quo abydum sesto coniunxit. Inter quas urbes hellespōtus non maiore est spacio quam septem stadiorū: sed quū pons tempestate: & fluctibus esset quassatus: iussit trecenta uerbera ponto infligi: & compedes iaci: & colaphos incuti. Herodo. autor est li. vii. cum his quoq; misisse: qui stigmata ponto inurerent: hac barbara & uesana execratione: quasi disiecti pontis pœnas infligeret: o amara aqua. Rex compedes has inicit: q illum iniuste leseris: abs quo nihil mali passus fuisti. Etenim rex xerxes uolueris nolue risue trāsmittet: merito tibi nemo amplius sacrificabit: ut amaro dolosoq; fluuio. Sed pontem: occisis prioribus architectis refici iussit. Verg. in Culice sic. Non perfossus athos: nec magno uincula ponto. Iacta: meo quærent iam sera uolumine famam: non hellespontus pedibus pulsatus equorū. Græcia quū timuit uenietes undiq; persas. ¶ Rotis: hoc est curribus: qui per pontē fabricatū in Europam traducti sunt. Quod tamen minus admirabile facit: q Caligula: autore Tran. contabulauit medium interuallum Baiarū usque puteolos triū milium & sexcentorū fere passuū.

Medi ¶ Credimus altos defecisse amnes tanta. n. fuit: ut diximus: hominum multitudo: ut non immerito proditū sit flumina ab exercitu fuisse siccata græciāque oēm uix capere exercitū eius potuisse. ¶ Medo. Medi populi sunt orientales Asiæ maioris cōtermini psis: quod Apu. in prima Apologia ostēdit: quū dicit cyrum maiorē ob locorum uicinitatem fuisse Semimedū & Semipersam. ¶ Et madidis. i. credimus & ea: quæ sostratus madidis alis cātat: fuit Sostratus qdam Augusti temporib. homo ut scribit. Plu. in Marco Antonio omnium ætatis suæ ad dicendū ex tempore promptissimus: sed tamen academiæ non decenter se inseres: de hoc poeta non intellexit: sed de alio: quē poeta innuit de expeditiōe xerxis in græciam multa conscripsisse. Verū quū de eo alibi nos legisse non meminerimus: rem ut adhuc indagandā relinquimus: eosq; miramur: q falso tradiderunt Sostratū ex testimonio Herodoti uatē fuisse: qui de aduentu xerxis prædixerit: quū ab Herodote non sostratus: sed onomacritus quidā sortilegus nominetur in

sostratus septimo: cuius suasu xerxes ad inferendū græciæ bellū est inductus: fuit & alius Sostratus gnidius: q ob nauigātiū salutē turrim pharon fabricatus est: ptolemæo pmittēte nomē eius in ea iscribi: autor plini. libro. xxxvi. ¶ Alis madidis: hoc ē furore poetico plenis: & ebriis: nā madidus ponit̄ pro ebrio. plu. i Amphi. Faciam ut sit madidus sobrius. ¶ Ille tamē: irridet poeta fatuū regē: cuius introitus in græciam q̄ terribilis: tam turpis: ac fœdus discessus fuit. nāq; non solū terrestri prælio superatus ē: sed demū & nauali apud Salamina profligatus a Themistocle: i Asiam fugere

Salamis coactus est. Salamis autē: siue Salamin insula est ex aduerso atticæ iuxta ægynam. Eiusdē nominis est etiam ciuitas in Cypro: quam Teucer fugiens Telamonē patrē condidit. ¶ In eorū atq; eurū speciē pro genere posuit. ¶ Barbarus: ignominiose barbarū appellat: hocq; ex historia nā græci uolentes xerxem significare barbarū dicunt quasi uesanū hominē. ¶ Carcere æolio in antro æolio in antro æoli qui Iouis ex acesta hippotæ troiani filius temporibus Iliacis æoliis insulis imperauit & quū incolis uentorū flatus pdiceret existimatus est in potestate sua uentos habere unde Verg. Imperio præmit ac uinclis & carcere frænat & oui. lib. xiiii. meta. Hippotaden cohibētē carcere uētos. ¶ Ennosigæū. i. neptunū ē. n. compositū ab ενvω quod ē cōcutio & γαια terra eo quod mare fluctib. terrā cōcutiat unī Gelius causas terræmotus sub dubio explicans inqt: uentorū ne ui accidat specus hiatusque terræ subeūtiū: an aquarū subter in terrarū canis undātiū fluctibus: pulsibusue: ita ut uidētur existimasse antiqssimi græcorum: q neptunum Ennogisæum appellauerunt: an cuius aliæ rei eā nondum etiā pro certo habitum. ¶ Mitius id sane. Ironicos subaudi fuit: tantūmodo iniecisse uincula & quod nō credidit dignum stigmate. q. d. adeo fatuus & uesanus fuit: ut etiā dignum stigmate existimauerit: nam ut diximus: neptunū iussit notis inuri. Est. n. stigma nota & punctum: quo

Stigma quis signat̄ a στιλω qđ est pūgo: p trāslationē āt capitur pro suggillatione: & nota infamiæ. Tran. in Cæsare. Perpetua stigmata imposita non dissimulauerat. Matt. lib. xii. Frons hæc stigmate non meo notanda est.

¶ Huic:tam fatuo & ueſano. ¶ Quiſquam uellet ſeruire deoꝝ.q.d.ne dii qdem ab iniuriis eius tuti eſſent: ſi eis contingeret ei miniſtrarẽ:ſicque eius perſequitur fatuitatem. ¶ Sed qualis rediit:hic qui tam terribili apparatu græciam inuaſit.Eſtque facta repetitio in irriſionem tam fatui conatus. ¶ Nempe una naue.Nam una : ut diximus : tm̃ ſcapha piſcatoria aufugit in Aſiam.Erat res ſpectaculo digna: & ad æſtimatõem reꝝ humanæ ſortis uarietate miranda:in exiguo latentem uidere nauigio:quem pauloante uix æquor omne capiebat carentem ẽt oĩ ſeruorũ miniſterio. ¶ Exegit:ſumpſit has pœnas:& hæc ſupplicia.Exigerẽ aut uariis ſignificationib.accipitur: ſed hoc loco proſumere:ut illud apud Valerium. Papirius in pœna exigẽda perſeuerauit. Exigere inquirere. Virg.Quærere cõſtituit:ſociiſq; exacta referre. Exigere:eiicere:excludere.Teren.Spectãdæ: an exigẽdæ ſint uobis prius.Apul.in.iiii.floridorũ. Eas oẽs peſtes mõtib.exegit. Exigere : debitum repetere.Ci.in ep̃la ad Caſſium: ſed non urgeo: lõgiores.n.expectabo:uel potius exigam.Exigere:cogerẽ. Vir. Quos improba uẽtris Exegit cæcos rabies.Exigere.agere. Vir. Oĩs ut tecũ mẽtis pro talib.ãnos Exigat.Exigere:definire:cõſtituere. Virg.Decreuitq; mori tp̃s ſecũ ipſa modũque Exigit.Exigere finire.Oui.Iamq; opus exegi.

Exigere

Credidit.huic quiſquam uelet ſeruire deorum?
Sed qualis rediit?nempe una naue cruentis
Fluctibus:ac tarda per denſa cadauera prora.
Has totiens optata exegit gloria pœnas.
Da ſpacium uitæ:multos da Iuppiter annos,
Hoc recto uultu:ſolum hoc & pallidus optas.
Sed quam continuis:& quantis longa ſenectus
Plena malis?deformem & tetrum ante oĩa uultũ:
Diſſimilemq; ſui:deformem pro cute pellem:
Pendenteſq; genas:& tales aſpice rugas:
Quales umbriferos ubi pandit tabraca ſaltus,
In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina.pulchrior ille
Hoc:atq; ille alio:multum hic robuſtior illo.
Vna ſenum facies:cum uoce trementia labra:
Et iam leue caput:madidiq; infantia naſi.
Frangendus miſero Gingiua panis inermi.
Vſque adeo grauis uxori:natiſq;:ſibiq;,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem uini:atq; cibi torpente palato
Gaudia:nam coitus iam longa obliuio:uel ſi
Coneris:iacet exiguus cum ramice neruus:
Et quamuis tota palpetur nocte,iacebit.
An ne aliquid ſperare poteſt hæc inguinis ægri
Canicies?quid quod merito ſuſpecta libido eſt:
Quę uenerem aſſectat ſine uiribus?aſpice partis
Nunc damnum alterius.nã que cantãte uoluptas,
Sit licet eximius cytharœdus ſit ue ſeleucus?
Et quibus aurata mos eſt decurrere palla.

¶ Da ſpaciũ uitæ:confutat uota illoꝝ: q lõgam ſibi exoptãt uitã oñdens multis argumẽtis:nihil hoĩ poſſe melius cõtingere breuitate uitæ:iuxta illud Pli. Natura nihil hoĩbus breuitate uitæ p̃ſtitit melius. ¶ Hebeſcũt ſenſus:membra torquẽtur p̃moritur uiſus:auditus:inceſſus:dentes ẽt:ac ciboꝝ inſtr̃a nulla demum genitis qes nũquam eſt:quæ oĩa incõmoda a poeta cõmemorantur. ¶ Pro cute pellem:diſtinguit poeta pellem a cute:ut pellis dicatur in ſene cutis in iuuene licet apud autores hæc cõfundãtur.Cutem & pellem dicimus indifferẽter in brutis : & hoĩbus cutẽ ẽt in arborib.& pomis corticem ip̃m. ¶ Pendenteſque genas.Genæ dicũtur ꝑprie tegumenta ſuperiora pariter & inferiora oculi.q̃ ẽt palpebræ appellãtur.Pli.li.xi.ca.xxxvii.q̃ ſeneſcentib. ſolent flaceſſere:priſci tñ genas:autore Pli. appellauere infra oculos malas : iuxta ꝙ poſſemus ĩtelligere pelliculas pendẽtes ex malis. ¶ Quales umbriferos:ordo eſt:quales rugas ſimia iam mater ſcalpit uetula bucca: ubi tabraca pãdit ſaltus umbriferos. ¶ Trabaca:oppidum eſt aphricæ: Mela & ptolemæo autorib.Ibi magna eſt copia ſimiaꝝ: unde Stra.li.xvii.ſic tradit.Refert poſſidonius : ſe quũ ex gadibus in Italiam nauigaret in libyæ oram delatum eſſe:ac ſyluam quãdam ſecus mare uidiſſe ſimiis plenam:quaꝝ aliæ ſup arborib. aliæ in terra ſederẽt:non nullæ catulos haberẽt & hubera dependẽtia:riſiſſe itaq;:quum eas huberibus graues cerneret:nonnullas ẽt caluas : nõ nullas hernioſas. ¶ Vna ſenum facies : una qualitas:una paritas. ¶ Infantia.i.more infantis ſp nares ſtilãt legit̃ & ĩſtãtia:& melius. ¶ Gingiua:a gignẽdis dẽtib. dcã. ¶ Coſſo captatori.Coſſi:ut ſcribit Feſtus dñr natura rugoſi a ſiĩitudine uermiũ ligno editoꝝ:hic ꝑprium ẽ nomen captatoris auariſſimi:de quo ante. ¶ Cũ ramice.Ramex morbus ẽ:q integris teſticuloꝝ tunicis ĩnaſcit̃:cyrſococlem græci appellãt:uenæ intumeſcũt:hæ quoq; intortæ glomerateq; ad ſuperiorem partem:uel ip̃m ſcrotum implet uel mediã tunicã:uel iã interdũ ẽt ſub ima tunica circa ip̃m teſticulũ neruũq; eius increſcũt. ¶ Suſpecta libido:qd inqt dices:qd̃ ii q in coitu operã p̃ſtare non pñt:ſuſpecti ſunt:ne ſint fellatores:ita enim facilius arriguntur unde Martialis.Summa petas : ideſt os illic mentula uiuet anus. ¶ Aſpice partis: alio incommodo ſenex afficitur: ꝙ auditu priuatur : nulla enim ei poteſt eſſe uoluptas aliquo canente. ¶ Sit ue ſeleucus:ideſt optimus citharœdus: qualis fuit ſeleucus : ut ſit ſenſus : nulla ſuauitate modulationis demulcetur:licet optimus citharedus canat:& ipſe ſeleucus:quem pro optimo ſui temporis citharœdo intelligit & licet ſint illi: quibus eſt mos decurrere palla aurata:hoc eſt tibicines:quorum cantus eſt multo clarior.Tibicines.n.induti ueſte longa uagabantur p theatrum canendo.Ora.in poetica.Sic priſce motumq; & luxuriam addidit arti tibicẽ:traxitq; uagus p pulpita ueſtẽ.

Genæ

Trabaca

Coſſus

Ramex

¶ Quid refert: sedeat q̃ pte uelit theatri: nõ tñ audiet cytharœdos: qui uis exaudiat cornicines & tubicines: quoq; sonitus sunt acerrimi. ¶ Quot nũciet horas: nã pueri nũciabãt horas dñis. Martia. in. ix. Horas quoq; nõdum tibi nũciat: & tñ id conuiuia mihi ceciliane uelis. Pli. li. vii. Cn. Bebius Pamphilius pfectura & ipse functus obiit: quũ a puero quesiisset horas. ¶ Præterea minimus: aliud senectutis uitiũ oñdit: q. s. calore naturali destituatur. ¶ Themison: a Pli. & cor. Celso cõmendatur: ut optimus medicus: licet hoc loco a Iuuenale notetur. ¶ Quod basilus socios. Tpibus Cæsaris Basilus uiguit: de quo Lucanus. Vt pmum aduersæ socios in littore terræ: & basilum uidere duce noua furta per æquor Exquita fuge: uñ hic ponitur pro quocũq; puinciaꝝ spoliatore. ¶ Circũscripserit: circũuenerit: & fraudauerit: uerbum aũt formatũ a longa scriptura: qua hoies circũligantur: & illaqueãtur: unde circũscriptorem dicimus defraudatorem: & deceptorem. Iuuenalis in Saty. xv. Pupillũ ad iura uocãtẽ Circũscriptorẽ ¶ Irus: ut ẽ apud Homeꝝ in. xviii. Odisseæ: Ita cẽsis fuit mẽdicus stultus magno corpore: sed nullis uirib. quẽ ulysses domũ reuersus sub mendici hitu pugnis occidit. De quo sic Marti. Quũ sis tã paup q̃ nec miserabilis irus. Oui. Irus eges. bino minẽ appellat Oui. i ibi: nã & arneus dictus ẽ: si uero ficto noie a Iuuenale põitur pro paupe tu tore ιρος. n. nt scri. Gelius attici aspirãt: interpretaturque pauper: uocãt. n. attici ιχθυν ιρον: q significat piscẽ pauperem. ¶ Inclinet: ad obscœna. ¶ Amillus: hũc ẽt Martialis notat: ut pedicõnem li. vii. reclusis foribus grãdes pcidis amille. Et te deprehẽdi quũ facis ista cupis. ¶ Quo tondẽte: de Cinamo tõsore intelligit: de quo in prima Saty. ¶ Coxa debilis. Debilẽ appellamus: q corpe nõ sit ĩtegro: sed aliq̃ pte mãco. Sene. Vt magis diligas ĩtegrũ oĩb. mẽbris: atq; illæsum q̃ debilẽ: aut luscũ: idẽ in cõtrouersiis. Quidam expositos debilitabat: & debilitatos mẽdicari cogebat: ac mercedẽ exigebat ab eis. Trã. in Augu. in hoc ludicro. C. Noniũ asprænatẽ lapsu debilitũ aureo torque donauit. ¶ Luscis: luscus appellat: q & hebeti est uisu: & q altero oculo caret. Mar. Oculo philenis sp altero plorat: quo fit mõ q̃ris: lusca est: unde & lusciosus dicit iterdiu paꝝ cernẽs: quos græci autore Fulgentio: myopes uocãt. Plau. in merca. miꝝ lolio uictitas tã uili tritico: qa lusciosus es: dicunt eñi comedẽtibus loliũ oculos obscurari. ¶ Rictũ. i. os: estque apud autores inueniri & in hoie: & aĩali bruto. Ora. in Satyris. Ergo non satis est risu diducere rictũ auditoris. Pli. li. viii. loquẽs de tauris. Oculis cæruleis: pilo in cõtrarium uerso rictu ad aures dehiscẽte. Mar. Rictibus his tauros nõ eripuere magri. Rictus ẽt in auib. dr. Pli. li. x. ca. ix. loquens de cocyce aue: sic ait. Nec alio. q̃ colore ac rictu columbi potius. ¶ Ad phialen: mulierem fellatricem sui tpis notat cui senex irrumator bona sua relinqt. ¶ Oris artificis: ad fellãdum. s. ¶ Qđ steterat. i. q os pro ipsa steterat. ¶ In carcere fornicis: in lupanari: in quo meretrices: non aũt q̃ noxii in carcere continentur. ¶ Vt uigeãt: esto inqt: q aĩ sensus uigeant: multa tñ incõmoda patienda sunt. ¶ Nigra ueste. i. lugubri & pulla: qualis in funeribus solet sumi. ¶ Rex pilius. Nestor nelei filius Pilon lacoriæ urbem imperio tenuit. Oui. Nos Pilon antiqui nelei nestoris arua Misimus incerta est fama remissa Pilo. Hic tertiam hoĩum ætatem uixisse dr. Oui. Vixi annos bis cẽtum nũc tertia uiuit ætas: Ci. in Catone maiore. Videtis ut apud Homeꝝ sæpissime Nestor de uirtutib. pdicet. Tertiam. n. iam ætatem hoĩum uiuebat. Ora. At non ter æuo functus amabilem plorauit oẽs anthilocum] senex annos Antilochum in bello troiano amisit: quem Memnon autoræ filius: ut scri. Home. in. iiii. iliados interemit.

Circum scribo

Irus

Debilis

Luscus

Rictus

Quid refert magni sedeat qua parte theatri:
Qui uix cornicines exaudiat: atq; tubarum
Concentus: clamore opus est ut sentiat auris,
Quem dicat uenisse puer: quot nunciet horas.
Præterea minimus gelido iam corpore sanguis.
Febre calet sola: circunsilit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomia q̃ras,
Promptius expediã quot amauerit hippia mœchos
Quot Themison ęgros autũno occiderit uno:
Quot Basilus socios: quot circũscripserit Hirrus
Pupillos: quot longa uiros exorbeat uno
Maura die: quot discipulos inclinet Amillus.
Percurram citius quot uillas possideat nunc:
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero: hic lumbis: hic coxa debilis: ambos
Perdidit ille oculos: & luscis inuidet: huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnę diducere rictum
Suetus hiat tantum: ceu pullus hirũdinis: ad quẽ
Ore uolat pleno mater ieiuna. Sed omni
Membrorum damno maior dementia: quę nec
Nomina seruorum: nec uultum agnoscit amici:
Cum quo pręterita cœnauit nocte: nec illos
Quos genuit: quos eduxit: nam codice sęuo
Heredes uetat esse suos. bona tota feruntur
Ad phialen: tantum artificis ualet alitus oris:
Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
Vt uigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum: rogus aspiciendus amatę
Coniugis: & fratris: plenęq; sororibus urnę.
Hęc data pœna diu uiuentibus. ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus: inq;
Perpetuo mœrore: & nigra ueste senescant.
Rex pylius (magno si quicquam credis homero)

¶ Secundæ uitæ a cornice.i.post cornicem:que multis sæculis fertur uiuere.Hesiodus.n. ut putat Plinius fabulose multa de hominum æuo referens cornici nouem ætates nostras attribuit: unde & Virgi. sequutus Hesiodum sic scribit.Hos nouies supat uiuendo garrula cornix.Oui.in meta.Capitq; nouem cornicis sæcula passe. ¶ Felix nimirum.Ironia est:ac si dicat infelicissimus fuit. ¶ Dextra computat.Consuetudinem tangit ueterum:qui annos digitorum gestu computabant:cuius rei ita meminit Apule.in.ii.Apol.Si.xxx.annos pro decem dixisses: posses uideri pro computationis gestu errasse:quos circulare debueris digitos aperuisse.Quum uero quadraginta:quæ facilius

Exemplum uitę fuit a cornice secundę.
Felix nimirum:qui per tot sęcula mortem
Distulit:atq; suos iam dextra computat annos:
Quiq; nouum totiens mustum bibit.oro parũper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum:& nimio de stamine: quum uidet acris
Antilochi barbam ardentem.nam quęrit ab omni
Quisquis adest socio, cur hęc in tempora duret:
Quod facinus dignum tam longo admiserit ęuo:
Hęc eadem Peleus raptum quum luget Achillẽ:
Atq; alius:cui fas ithacum lugere natantem.
Incolumi troia priamus uenisset ad umbras
Assaraci:magnis solẽnibus:hectore funus
Portante:ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lachrymas:ut primos edere planctus
Cassandra inciperet:scissaq; Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore:quo iam

cæteris porrecta palma significantur ea quadraginta tu dimidio auges: n̄ potes digitorũ gestu errasse:nisi forte triginta annorum pudẽtillam ratus binos cuiusque anni cõsules numerasti. Eiusdem rei meminit & Pli.li.xxxiiii.ca.vi.Præterea Ianus geminus a Numa rege dicatus:qui pacis bellique argumento colitur:digitis ita figuratus ut trecentorum qnquaginra qnq; dierum nota per significatõem anni tp̄is:& æui se deum indicaret. Diuus Hiero. in Iouinianũ scribens in exponenda dñi parabola:que est de fructu agri trigesimo sexagesimo atq; centesimo.xxx. tradit digitorũ molli coniunctione:sexaginta uero superiore digito depresso signari mox addit porro centesimus numerus diligenter:queso lector attende:d sinistra transfertur ad dextram:& iisdem quidẽ digitis:sed non eadem manu: quibus in leua nuptæ significantur:& uiduæ circulum faciens exp̄mit uirginitatis corõam:unde ergo Nestor: quũ ultra centũ ãnos uixisset:recte annos suos dextra computabat. ¶ De legibus fatorum.i. parcarum que in tam longum tempus uitam suam produxerit. ¶ Nimio stamine:lõga uita:que per filum ostẽditur. Tres enim parcæ esse dñr:Clotho: Lachesis: & Atropos:q̄ summa concordia nẽdo uitam hoīs disponere dñr: unde a poetis dicuntur parcæ concordes. ¶ Antilochi barbam .i. filium suum iam barbatum:& etatæ iam adulta. ¶ Dignum tam longo æuo:hoc loco eorum opinionem probat qui in longinquitate uitæ infœlicitatem esse putant:unde illud Senecæ in prouerbiis. Heu quam pœnitenda incurrunt uiuendo diu in breuitate autem fœlititatem:unde illud est.Pli.li.vii.Natura uero nihil hominibus breuitate uitæ prestitit melius. ¶ Tam longo æuo:q tam diu esset sibi uinẽdum:ut spectãdum sibi foret funus filii:cuius mortem indignanter tulisse docet & Proper.Nam quo tam dubiæ seruetur spiritus oræ:Nestoris est uisus post tria sæcla cinis.Quis tã lõgeuæ minuisset facta senectæ.Gallicus Iliacis miles in aggeribus.Non ille Antilochi uidisset corpus humati.Diceret aut o mors cur mihi sera uenis.Ora.At non ter euo functus amabilem:plorauit omnis antilochum sex ãnos.Et Nestor apud Home. in.xi.odysseæ. Illic iacet meus charus filius fortis & clarus antilochus ¶ Hæc eadem peleus.s.conqueritur.Achilles Thetidis & pelei filius fuit: quem ad troiam profectum in templo Apollinis tymbræi occisnm ferunt insidiis paridis post simulachrum latentis:quum illuc accessisset: ut amatã Polyxenam uxorẽ duceret:unde fingitur tenẽte appolline arcum:paridem tela in Achillem:direxisse.Vir. Dardana qui paridis direxti tela manusq;.Corpus in æacidæ.Hunc ergo pater peleus: ut ĩmatura morte præuẽtum misera bilr:fleuit. ¶ Atq; alius.s.Laertes Vlyssis pater.s.conqueritur.Nam exulante Vlysse:& per tot maria errãte Laertes pater:ut scri.Home.in ul.odysseæ:in agro quotidie opere rustico se macerabat: ancilla uetula panem & uinum ei ministrante:rogabatque assidue Iouem:ut animam ex membris solueret. ¶ Cui fas:cui par est:& decet. ¶ Ithachum.Est Ithaca insula ante sinum corinthiacum non longe a Cephalenia insula. ¶ Natãtem: per maria iam decem annos errantem. ¶ Incolumi troia:priamus inquit non uidisses obsidionem decẽnalem patriæ suæ:nec mortem tot liberorum:si ei prius contigisset obire q̄ paris rapuisset helenam.Sicque ostendit in longitudine uitæ multas existere miserias.Ordo autem est:priamus magnis solemnibus uenisset ad umbras Assaraci incolumi troia hectore portante funus:& reliqs fratrum ceruicibus:inter lachrymas mulierum troianarum. ¶ Assaraci. Tros genuit Assaracum & Ilionem:Ilion Laumedontem priami partem. ¶ Hectore funus:portante. Apud antiquos a filiis funera patrum efferebantur.Nam nt scribit Pli.li.vii.capi.xliiii.Quintus Metellus macedonicus a quatucr filiis illatus est rogo. ¶ Reliquis fratrum:subaudi a superiore portantibus.Quinquaginta enim autore Home. habuit filios:& filias duodecem. ¶ Vt inciperet tanquam prefica.Nam in funeribus conducebantur mulieres:que ad lamentandum mortuum plangendi modum cæteris darent:eæ dictæ sunt præfice:quasi quæ aliis ad id muneris p̄ficerentur. Neuius. Hæc quidem me hercle opinor præfica est: quæ sic mortuum collaudat: autor est Festus. Præfica
¶ Scissa palla:uestis est honestæ mulieris. Vergi.Pallam signis:auroque rigentem.Plau. in Menechmis pallam ad Palla
phrygionem fer confecto prandio:in luctibus autem funerum præ dolore uestes scindebantur. ¶ Diuerso tempore:scilicet ab eo:quo euersa fuit patria;sed quo Paris parabat nauigare in græciam;ut raperet Helenam.

Parcæ

¶ Carinas audaces.i.ipse audax:q in græciã cũ Aenea:delectaque troiana iuuẽtute nauigare non est ueritus raptu rus(qđ fecit)Helenã marito.Nã quũ pamus ægræ ferret Hesionem sororẽ suã ab Hercule iure belli sublatã & traditã thelamoni:misit paridẽ in græciã edoctũ:ut hesionẽ repeteret:qđ si nõ ipetraret:aliã raperet.Postulata hesione:nec reddita regiõem uastauit:& sparta ui expugnata:helenã abduxit:ob ꝙ a marito recipi meruit. Alii scribũt Paridẽ a Menelao hospitio honoratũ:ce su ceptũ pulchritudine mulieris captũ:hospitii iur calcato cum oĩ regia supellectile eã abduxisse uolẽtem. Alii diuersa sentiũt.Diffusius hãc historiã in cõmẽtariis nostris in Achilleida recitauimus.¶ Lõga dies igit:quum ergo inqt priamus tã multa aduersa diu uiuẽdo ꝑpessus:qd ei ꝓfuit lõga uita:ac si dicat:lõge melius fuisset: si in uiridiore uita mortuus esset.¶ Asiã. Hyperbole:nõ.n.totam Asiã: sed multas asiæ ciuitates una cũ troia euersas.¶ Miles tremulus.i.ꝑamus: q ætate cõfectus capta iã troia arma induit : ut patriæ opẽ ferret. Ver. Arma diu senior dsueta tremẽtib.æuo Circũdat ne qcq̃ hũeris.¶ Tiara: de tiara satis supius diximus ex testimõio herodoti & alioꝝ autoꝝ eo loco. Vestitur bucca tiara. Est .n.genus pilei:quo reges persaꝝ uterẽtur. Sed & tiarã Stra.li.xv.ait esse calciamẽtũ altũ : ac duplẽ magoꝝ insulis silẽm.¶ Ruit ante arã.Ci.in prĩo Tuscu.sic scri.priamũ tãta ꝓgenie orbatũ: quũ in arã cõfugisset mãus hostilis interemit:hic si uiuis filiis icolumi regno occidisset:astãte ope barbari ca tectis cælatis:laqueatis utrũ tãdẽ a bonis:an a malis discessisset?¶ Sũmi Iouis.s.hercei : de quo Luca.Herceas mõstrator ait nõ respicis aras Ouidi.in Ibin sic.Cui nihil hercei profuit ara Iouis. Herceus ãt Iuppiter est dictus: ꝙ intra uallũ coleret:nã ερκιοσ septũ significat.¶ Sed torua : sed uxor hecuba terribilis fuit oĩbus suis latratibus: nã ut scri.Oui.li.xiii.meta.ea post cædẽ ꝑami:euersiõemq; patriæ:quũ mortem Polydori filii ulcisceret: excæcato polymnestore:a quo polydorus interẽptus fuerat furibũda abeũtes græcos latratu ẽ isectata:uñ in canẽ cõuersam finxerũt.De qua sic Plau.in Menechmis.Nõ suscis mulier Hecubã:q pp canẽ græci eẽ ꝑdicabãt:oĩa mala ingerebat:quẽcq; aspexerat:itaq; adeo iure cœpta appellari cãis.De ea itẽ sic Ci.in.iii.Tusc.Hecubã ãt putãt pp aĩ acerbitatẽ quãdã & rabiẽ fingi in canẽ eẽ cõuersam.¶ Transeo:occupatio ẽ.¶ Regẽ p.mithridatẽ:q ad sexagesimũ:& octauũ ætatis suæ ãnum p multas ærũnas & clades ꝑuenit.Ter.n.a rõanis ducib.supatus ẽ:a Sylla.Lucullo : & Põpeo.Demũ quũ a Pharnace filio bello ꝑmeret :obsidereturque in regia mortẽ p uenenũ tẽtauit:uxore prius : sororib.& pellicib.ueneno necatis:sed quũ id frustra hausisset:ꝙ a teneris ãnis remedia sibi aduersus uenena cõparasset:a milite gallo noĩe Bitocho in cædẽ suã exorato iterfectus ẽ:autor ẽ Plu.¶ Et.c.hic est ille crœsus lydorũ rex : q quũ oĩum hoĩum fœlicissimũ se arbitraret.(Thesauros.n.maximos hẽbat)accedẽti ad se Soloni pho: quum ex ægypto reuerteret :diuitias suas ondit:iterrogauitq;:an qsquã esset se fœlicior.Tũc rñdit Solon neminẽ ex uiuentib.appellãdum esse fœlicem:ad qđ respexit Oui.Sed.s. ultima sp expectãda dies hoĩ : dicique beatus ante obitũ nemo supremaque funera debet:Itaque quũ a Cyro rege Persaꝝ bello captus rogo esset in cõpedib . positus cum q̃tuordecim lydoꝝ clarissimis filiis recordatus est sñiæ Solonis noĩauitque ter.Solonem. Quo audito.Cyrus: quũ aliquem deũ inuocare crederet:grauiter indoluit memor humanæ cõditõis: q̃ incertis fortũæ flatibus iactat . Ita Crœsum ex rogo iam ardẽti:sed diuino quodam imbræ cælitus demisso extincto abstractum ad se adduci iussit : de eo multa Herodotus Iustinus:& Plutar.scribũt.¶ Solonis.Solon:ut inqt Laertius Salaminius patria fuit: Athenis claruit: Tarquinio prisco Romæ regnante:leges Atheniensibus dedit tanto temperamento: ut parem gratiã a Senatu & plæbe contraheret:quibus:si atheniẽses:autore ualerio:uti uoluissent:sempiternum habituri fuissent imperiũ.Is oĩum hoĩum & oraculi iudicio sapiẽtissimus est habitus.¶ Respicere ad ultima spacia:ut nemo.s. (ut memorauimus)citra mortem fœlix diceret.¶ Exiliũ & carc.incõmoda iqt:q̃ plurima ppessus ẽ.C. Marius habuere causas ex lõga uita.Nã Marius supatus a Sylla minturnis latuit in palude: ubi cõpræhensus in carcerem est coniectus.Gallum missum q eum interficeret:uultus maiestate pterruit.Solutis a minturnẽsibus uinculis:in aphricam nauicula traiecit.Sed quũ sextilius aphricæ ꝑtor moneret p lictorẽ:ut inde facesseret:rñdit lictori: Vade & nuncia Sextilio te uidisse.C. Marium in ruinis Carthaginis sedẽtem:exulemque.& panem mẽdicantem:& cũ dcõ discessit:hæc breuiter tangit poeta.De quibus diffusius Plutarchus & Plinius de uiris illustribus. ¶ Minturnarum paludes iter formias:& sinuessam Minturnæ sunt:utrinque ad Stad.lxxx.distantes:iterfluit aũt lyris amnis:quem olim clanin uocauere:q ibi paludes efficit.De qbus lucanus sic.Quum post theutõicos uictor libycosque triũphos. Exul limosa marius caput abdidit ulua.Stagna auidi texere soli laxeque paludes.¶ Quid illo ciue tulisset idest procreasset. Ver.Dardanidæ turpi que uos a stirpe parentum.Prima tulit.i.procreauit & in lucẽ produxit. Sẽsus ẽ:qd .n.inquit beatius in terra extitisse ipso mario:si ei post triumphum theutonicum cõtigisset mori . Nã scdo cõsulatu:q ultro ei dlatus fuit:cymbros i gallia apđ aqs Sextias theutõas i Italia i cãpo sauidio uicit đ qbus triumphauit.

Tiara

Herceus iuppiter

Hecube

Mitridatis

Crœsi mors

Sulon

Cœperat audaces Paris ędificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia uidit
Euersa:& flammis asiam:ferroq; cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tyara:
Et ruit ante aram summi iouis:ut uetulus bos:
Qui domini cultris tenue:& miserabile collum
Prebet ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille utcunq; hominis:sed torua canino
Latrauit rictu:quę post hunc uixerat uxor.
Festino ad nostros:& regem transeo ponti:
Et crœsum:quem uox iusti facunda Solonis
Respicere ad longę iussit spacia ultima uitę.
Exilium:& carcer:minturnarumq; paludes:
Et mendicatus uicta carthagine panis
Hinc causas habuere.quid illo ciue tulisset

Pompa

¶ Circũducto captiuoꝝ agmine:nam captiui manib.reuincti post terga:uel cathenis collo iniectis:ĩperatore mtriũphãtẽ pcedebãt:usque ĩ capitoliũ.Papinius ĩ Syluis. Actias ausonias fugit Cleopatra cathenas.Prop.Aut regum auratis circũdata colla cathenis.¶ Pompa.a πεμπω qđ ẽ mitto.ẽ.n.ordo reꝝ pgrediẽtiũ.¶ Animã opimã:allusio est ad spolia opima: q̃ dux duci detraheret.¶ Curru theutonico:quo ĩ triũpho theutõico ẽ uectus:sicque colligit ex lõga uita fœlicitatẽ minime cẽsendã.¶ Prouida Põpeio:scri.Plu.añ ciuile bellũ:quũ Põpeius neapoli ægrotaret:uota publice suscepta ob eius salutẽ:uñ ad multa mala futura ẽ reseruatus:uictus.n.acie pharsalica:ĩ Aegyptus fugit:ubi:iubẽte Ptole . annos.lx.natus obtrũcatus est ab Achilla & photino caput cæsari aduẽtãti uelamine:optũ cũ annulo oblatũ ẽ.Trũcus a Seruio Codro hũatus ẽ:ĩscribẽte ĩ sepulchro.Hic situs ẽ põpeius magnus.Stra.scri.ĩ mõte Casio fuisse sepultũ ubi tẽplũ ẽ ẽt iouis Casii.Est ergo sensus.Põpeio ingt rectius cõsultũ fuisset:si mortuus eẽt eo tpe:quo Neapoli ægrotauit:multis.n.miseriis caruisset:uĩ que Iuue.sumpsisse hoc ex Ci.in .i.Tuscu.sic scribẽte.Põpeio nostro familiari:quũ grauiter ægrotaret Neapoli melius est factũ Coronati Neapolitani fuerant :nimiũ ẽt puteolani:uulgo ex oppidis publice gratulabant̃.Ineptũ sane negociũ:& græculũ:sed tñ fortunatũ:utrũ igit̃ si tñ eẽt extinctus a bõis reb.an a malis discessisset:certe a miseris ñ.n.cũ socero bellũ gessisset:ñ ĩparatus arma sumpsisset: nõ domũ reliqsset : non ex italia fugisset : ñ exercitu amisso nudus ĩ seruorũ ferrũ:& manus incidisset:nõ liberi defleti.ñ fortunæ oẽs a uictorib.possiderent̃.Quod si mortem tñ obiisset : ĩ amplissimis fortunis occidisset.¶ Cãpania. Nam Neapolis ciuitas est cãpaniæ.¶ Vrbis:qa bellũ ciuile ẽ gestum cũ maxĩa totius urbis calamitate.¶ Igitur quia diu ui.Caput seruatũ.i.q̃ tam multis uotis ĩcolume diu seruauerãt

Pōpeius

Natura in terris?quid Roma beatius unquam,
Si circumducto captiuorum agmine:& omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam,
Quum de theutonico uellet descendere curru?
Prouida Pompeio dederat campania febres
Optandas:sed multæ urbes:& publica uota
Vicerunt.igitur fortuna ipsius:& urbis
Seruatum uicto caput abstulit.hoc cruciatu
Lentulus:hac pœna caruit:ceciditque cethegus
Integer:& iacuit Catilina cadauere toto.
Formam optat modico pueris:maiore puellis
Murmure:quũ ueneris fanũ uidet anxia mater
Vsque ad delicias uotorum.cur tamen inquit
Corripias?pulchra gaudet Latona Diana.
Sed uetat optari faciem Lucretia:qualem
Ipsa habuit:cuperet Rutilę Virginia gibbum

¶ Lentulus.p.Lentulus in coniuratõe catilinaria una cum cethego cõpræhensus a Ci.consule in carcere strãgulati fuerunt.¶ Hoc cru.q̃ caput ei non est abscissum.¶ Ceciditque ce.inte.sine aliqua membrorũ diminutõe:quũ uitã tantũ laqueo amiserit:ut scri.Salu.¶ Toto ca.i.toto cadauere integro:nam catilino (ut idẽ autor ẽ)acriter pugnãs cum hostibus confossus ẽ:longeq̃ a suis inter hostium cadauera repertus.Iuue.ergo colligit nihil hominibus breuitate uitæ posse melius prestari.¶ Formam optat:confutat & eorũ uotum:qui liberis suis optãt pulchritudinem: ostendens exemplis:quã & forma sit res homini pnitiosa.Ordo est:& sensus.¶ Mater an.i.sollicita.s.de natorum formositate usque ad delicias uotoꝝ optat formã pueris modico murmure:& puellis maiore:quum uidet fanũ ueneris:quasi que sit dea:p quã genus humanũ crescat:& progignat̃:unde sic uenus apud papiniũ loquit̃.Nil ego nil fateor toto iam dulce sub urbe.Aut uidi aut genui.¶ Maiore pu.mu.nemo.n.est parentũ:qui nolit filias pulchriores eẽ quã filios:multisq̃ id rationib.sed maxĩe:ut facilius nubant.¶ Vsque ad de.i.usq̃ ad delicata nimis uota:q̃lia expressit Persi.Hunc optent geneꝝ rex & regina puellæ.Hunc rapiant:quicquid calcauerit hic rosa fiat.q.d.optat ut tam formosa sit:ut eam iuuenes in suos amplexus optent.¶ Delicias.Appellatione deliciaꝝ accipimus oĩa: que loco festiuitatis hñr: deducto nomine a delectando.Catullũ.n.passerẽ:colũbam:Leonem reliq̃ id genus & seruos:qui aliquo modo nos delectẽt delicias appellamus:unde Mar.Stellæ delicium mei colũba.Catullus.Passer deliciæ meæ puellæ.Plu.in uita.M.Antonii sic scri.Erat aũt Sarmentus cæsaris seruulus ex iis:qui festiuitatis causa hẽri solent:quos roma.delicias appellant:iuxta q̃ dixit Vir.Alexi delicias dñi.Et Sene.ad Luci.Seruũ rusticolam delitiolum suũ nominat.Delicias etiam alio modo nominamus:ut si dicamus puerũ nutritũ in summis deliciis:q̃si in summis opibus:& lauticiis:unde Sene.de breuitate uitæ.Audio quandam ex delicatis(si modo deliciæ uocandæ sunt)uitam & consuetudinẽ humanã dediscere.¶ Gaudet latona:exẽplo defendit uotũ esse honestũ:allusio ẽ ad illud Vir.Latonæ tacitũ ptentant gaudia pectus.¶ Vetat lucretia:docet ingt Lucretia uxor Tarquinii collatini:q̃ fuit formosa:pulchritudinem nõ esse appetendam:quũ ipsa ob eam occiderit quũ.n.a Tarqni supbi filio p uim fuisset stuprata gladio sibi pectus transuerberauit :notissima est historia ex Dionysio.Liuio : & Oui.in fastis.¶ Virginia.L.uirginii centurionis filia fuit uirgo plæbeia cuius stuprandæ cõsilium:quum Appius decẽuir cœpisset:eamque corrumpere negret:clientem subornauit:q eam in seruitium deposceret:facile uictuꝝ:quum ipse esset accusator & iudex.Pater q tunc in algido militabat:re cognita:quum ipse iudicii die superuenisset:& filiã ante tribunal locatam:quũ defendere aduersus iniquũ iudicẽ negret.Vltimo collogo cum ea ĩpetrato in secretum adductam:cultro de taberna lanionis abrepto occidit:hoc tamen quum adhuc uiueret dicto liberam te & honestam filia ad manes progenitoꝝ mitto.Nam uiuenti neutro hoꝝ per tyrãnum tibi potiẽdum erat.Corpus eius humero gerens ad exercitum pfugit:& milites ad uindicandum facinus accẽdit:q creatis decẽ tribunis.Aduẽtinum occupatunt Decẽuiros abdicare se prĩcipatu coegerunt:eosq̃ oẽs:aut morte:aut exilio punierunt.Appius in carcere est necatus : lege Diony.li.ix.Liui.in.iii.primæ deca.& Pli.de uiris illust.¶ Gibbum : tumorem appellamus :& emi-

Delicie

Lucretia

Gibbus
Gibba
Gibber

nentiam in quacunq; parte corporis:unde Tranql.in Othone.Excreuerat ēt in deteriore latere eius gibbus uel caro:ppendebatque adeo:ut ægre fascia substringeretur & Iuue.Mediisq; in naribus ingens:gibbus in genere autē fœmin ino.Idem Tranquil.in Domitia.& prima declinatione protulit:ipsum enim domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam:dicitur & gibber: unde gibero & gibbosi hoīes nominātur. Apu.ii.li. floridorum. Quumq; inter scapulum crates retexisset:quod erat aucto gibbere. ¶ Rutilæ:aut notat mulierē deformem temporibus suis:aut eam designat de qua Pli.in septimo:q̄ uixit per nonaginta:& septem annos. ¶ Rara est concordia formæ. Rarenter inquit inuenias ut qui formosus sit in castitatis se terminis contineat. Ouidius. Lis est cum forma magna pudicitiæ:aut enī corrumpitur: aut mœchatur. ¶ Licet horrida. Ordo est:licet domus horrida & imitata ueteres sabinas tradiderit mores sanctos. ¶ Horrida:inculta:& omniū deliciarū expers. ¶ Veteres sabinas. Nam mulieres sabinæ:pro exemplo pudicitiæ habentur. Ora. Quod si pudica mulier in partem iuuet Domū atq; dulces liberos Sabīa qualis. Martialis libro primo. Casta nec antiqs cedens leuina sabinis. ¶ Præterea castum:licet inqt benignitate naturæ fiat:ut aliquis sit castus: & uerecundus per se nullo custode adhibito:nec cura alicuius qui cogat eum esse pudicum: & bonum: quando ipsa natura sit optima custos:tamen non licet esse uirum cum maxime uelit:cogitur enim tanq̄ femina pati muliebria:& cynedus fieri:hoc autem cum eo conuenit: Rara est adeo cōcordia formæ. Ordo autem ē natura larga p̄terea tribuat ingēium castum:& uultum modestum: feruētem sanguine: manu benigna. Nam reliqua sunt per parenthesim. ¶ Natura larga.ad conferendū.melius ē sit hypallage: ut sit natura benigna tribuat larga manu. Ostendit naturam difficulter superari:qui enim mores nobis per consuetudinem insederunt:quæ altera habetur natura:uix quæunt immutari. ¶ Non licet esse uiros:quia:ut dixi stuprantur. ¶ Prodiga:consumptrix: prodigere enī: ut inquit Festus:est consumere. ¶ Corruptoris:qa muneribus etiam ipsos parentes expugnat; ut uēdāt filios ad obscæna. ¶ Nullus ephebum: aliud periculum indicat imminere formosis. Nam a potentioribus castrabantur:& principibus: adhibebanturque custodiendis lectis matronarum:unde uocabulum est ductum ab ευνη:quod ē cubile:& εχω quod est teneo:& habeo quasi eunechus:& per synæresim eunuchus. Domitianus tamē:autoribus Tranqllo & Martiale:edicto inhibuit mares castrari. ¶ Ephebum:idest puerum qui iam peruēit ad pubertatem. Nā ephebi dicuntur qui ad pubertatem puenere:ea omnino ætas est ab annis.xiiii.ad.xvii. Ephebia est prima ætas adolescentiæ:autores Censorinus libro de die natali:& Donatus. Nomen enim est græcum επι in & ηβη pubertatem significat. Ephebi ergo dicuntur existentes in pubertate. ¶ Arce. Arx:ut diximus:autore Asconio:uel sedes tyranni dī: uel editus in ciuitate:& munitior ad salutem ciuium locus. Ver. Quo res summa loco panthu: quā prehendimus arcem? ¶ Rapuit:stuprauit. ¶ Strumosum. Struma est tumor:ut scrib. Celsus in.v.in quo subter concreta quædā ex pure:& sanguine:quasi glandulæ criuntur:quæ uel præcipue fatigare medicos solent:nascuntur enī & in inguinibus & lateribus:sed maxime in ceruice. ¶ Tumentē utero:qui sit utero tumenti:& inflato. ¶ Nunc ergo lætare:inhibitio per permissionē:est enim sensus. Quum filius inquit tuus formosus tam multis obnoxius sit periculis: debes sane pulchritudine eius delectari.q.d.nihil habes quod læteris. ¶ Maiora discrimina proponit aliud incommodum & periculum formosorum adulterl enim fiūt publici. ¶ Exigere sustinere. Alibi. Quam timeo uictus ne pœnas exigat aiax. ¶ Fœlicior astro Martis idest ipso marte quem cum uenere concumbentem uulcanus clam retibus adamantinis inuolutum omnibus diis uidēdum præbuit. Ouid. autor. ¶ Iste dolor quem mariti ex muliere adulterata concipiunt. ¶ Exigit poscit & tanquā debitum repetit maritus inquit iratus dolore uxoris adulteratæ grauiores sumit pœnas q̄ leges tolerant. ¶ Necat hic ferro. Aemulatio est Oratii in secundo sermo. Hic se præcipitem tecto dedit:ille flagellis Ad mortem cæsus:fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam:dedit hic p corpore nummos. ¶ Mugilis:intrat: Mugilis uel mugil(utroque enim modo dicitur)piscis ē cuius natura teste Plinio libro nono ridetur in metu capite abscondito totum se occultari credentis per inferiora mœchis imittebatur. Catullus. Ah tum te miserum malique fati quem attractis pedibus patente porta percurrēt raphanique mugilesque.

Sabinæ castæ

Prodigere

Struma

Adultetium

Mugilis

Accipere:atq; suam Rutilę dare:filius autem
Corporis egregii miseros:ttepidosq; parentes
Semper habet, rara est adeo concordia formæ:
Atq; pudicitiæ:sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus:ac ueteres imitata sabinas.
Præterea castum ingenium:uultumq; modestū
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu:quid enim puero cōferre pōt plus
Custode:& cura natura potentior omni?
Non licet esse uiro: nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia.nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus.
Nec pretextatum rapuit Nero loripedem:uel
Strumosum:atq; utero pariter:gibboq; tumētē.
Nūc ergo iuuenis speciel ętare tui:quem
Maiora expectant discrimina.fiet adulter
Publicus:& penas metuet quascūq; mariti
Exigūt irati: nec erit fœlicior astro
Martis:ut in laqueos nūquam incidat. exigit autē
Interdum iste dolor plusquam lex ulla dolori
Concessit.necat hic ferro:secat ille cruentis
Verberibus:quosdam mœchos:& mugilis intrat.

¶ Sed tuus endymiõ. Endymion.i.filius tuus formosus qualis fuit Endymion uenator: quem luna ob speciem dilexit dormientemque est osculata. Proper. Nudus & Eudymion phœbi cœpisse sororẽ Dicitur & nudæ cõcubuisse deæ. Papi. in Syluis. Cedat tibi lathmius ultro.i.endymion: quẽ ut scri. Ci. luna in Lathmo monte ioniæ obdormientem osculabant. Ouid. Faueas o cãdida dixi: Et subeant aĩo lathmia saxa tuo. hoc aũt est historia: nam ut scri. Pli. li. ii. Endymion primus hoĩum lunæ cursum deprehendit: ob idq̃ amore eius captus fama traditus Endymion ergo pro specioso amatore ponitur: sic etiam apud Apul. l. i. ubi quum ipsum autorem tertio anno interp̄taremur omnesq̃ codices haberent: charus Endosmion: correximus endymion. ¶ Seruilia: hic ponitur p̄ uulgari muliere: & adultera: alludit ãt ad Seruiliã bruti matrẽ: catonisq̃ sororẽ: cũ qua cæsar libidinis cõmertiũ hũit: autor plu. ¶ Exuet omnẽ. s. mulier. i. deponet: ẽ ãt ratio: quare matronam: quam non amat: ineat: quia illa suo ornatu se spoliat: & adulterũ ditat. ¶ Siue hip. siue inquit prodiga est ut hippia: siue auara: ut catulla: omnino in adulterum est liberalis: potest etiam eẽ alius sensus: siue inquit nobilis est: ut Hippia: siue humili loco nata: ut catulla: ac per hoc omnes pariter mulieres: quum impudicæ sunt: in amatores suos sunt liberales. Aliter etiam exponi p̄t: ut si dicas: siue paup est: siue diues in amatores suos liberalis ẽ: quum est impudica. ¶ Deterior fœmina: mulier inquit ĩpudica: q̃ aliis in rebus honestatem calcat: ĩ adulteꝝ se benignam p̄bet: & liberalem: ne sibi obiici possit: q̃ sit rustica: & male morata: quum amatori defatigato nihil det: ergo ĩ ea hẽt totos mores. i. nihil omittit: ut nõ possit dici bonis eẽ morib. quum se benignam: facilem: liberalemq̃ p̄beat.

Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ: mox quum dederit Seruilia nũmos,
Fiet & illius quem non amat. exuet omnem
Corporis ornatum. quid enim ulla negauerit udis
Inguinibus? siue est hæc Hippia: siue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto graue propositũ? quid bellorophonti?
Erubuit nempe hæc ceu fastidita repulsa:
Nec Stheneboea minus quã cressa excãduit: & se
Concussere ambę. mulier seuissima tunc est
Quũ stimulos odio pudor admouet. elige q̃d nã
Suadendum esse putes. cui nubere cęsaris uxor
Destinat. optimus hic: & formosissimus idem

¶ Sed casto. Antipophora ẽ: quasi dixerit omnẽ formam esse nocuã. Aduersarius contra neget inquiens formã nõ nocere casto. i. qui in castitate uiuere proposuerit. Poeta ergo exemplum subdit Hippolyti & Bellorophontis: probans formã eis nocuisse. Hippolytum enim quũ ob egregiam formã phedra nouerca diligeret: isq̃ eã auersaretur: dolore percita Theseo patri eũ adulterii falso accusauit: ob quã rem pater iratus a neptuno petiit: uel si mauis Aegeo ut phocas immitteret: quum iuxta littus quadrigis ueheretur: quo facto: equi cõsternati in fugam per syluas conuersi hippolytum discerpserunt. ¶ Quid bellorophontis. Bellorophon filius Glauci regis corithiorum: quũ ad prœtũ Abantis filium argiuorum regem peruẽisset ab Sthenobœa: uel: ut scri. Home. Ancea uxore prœti dilectus fuit impatienter: ea ab eo petiit: uti sibi copiam faceret: promittens ei coniugis regnum: que quum impetrare nequiret: uerita ne se apud regem criminaretur: occupauit eum: asserens Bellorophontem sibi uim inferre uoluisse. Prœtus q̃d eum dilexerat: noluit de eo supplicium sumere. Sed eum ad Iebatem patrem Sthenobœæ misit: ut illũ Chimeræ lacerandum obiiceret: que eo tempore lyciorum agros uastabat: unde belua occisa uictor profugiens: quũ ad cœlũ euolare contẽderet: neque iam longe abesset: territus altitudine decidit: periitq̃. Ostendit igitur poeta: hæc mala ei ob nimiam pulchritudinem obtigisse. Nota est fabula apud Hyginum de Sideribus: & apud Home. lib. vi. iliados. ¶ Erubuit nẽ. hæc. s. phedra: que hippolytum tentauerat: rubet enim qui in turpi facinore deprehenditur: ut illud. Rubet auditor: cui frigida mens est & Terẽ. erubuit salua res est. ¶ Quam cres. i. phedra filia Minois regis cretensium: quem Theseus interempto minotauro secum abduxit. ¶ Cressa. i. cretensis. Ouidi. Mittit amazonio cressa puella uiro. ¶ Concussere ambæ: cõmouere se: & erexere ad uindictam. s. tractũq̃ est a luctatoribus qui certaturi manus concutiunt. ¶ Pudor quo afficitur quum ausa sit rem pudendam tentare. ¶ Elige quid nam ostẽsurus est poeta formam obesse ex historia quam a Tacito perscriptam breuiterque a tranquillo tactam in exẽplũ affert: nam messalina Claudii imperatoris uxor nouo furore inusitatoque amore in. C. Sylium iuuentutis romanæ formosissimum ita exarserat ut Iuliam Syllanam nobilem fœminam matrimonio eius exturbaret uacuoque adultero potiretur neque Sylius flagitii aut periculi nescius erat sed certo si abnueret exitio & nõnulla fallendi spe: simul magnis premiis operiri futura & presentibus frui pro solatio habebat illa non furtim sed multo cõitatu uentitare domum & congressibus adhærescere largiri opes honores. Itaque profecto Claudio hostiam nuptiarum solẽnia celebrata sunt adhibitus qui tabulas obsignaret uerba auspicum audita sacrificatum apud deos discubitum inter conuiuas uox denique acta licentia cõiugali. Cæsare cognita in preteritum. Sylio ueniam dari iubet redderet uxorem rumperetque tabulas quum interea narcissus libertus a claudio hostiam accitus dixit matrimonium Sylii uidet populus & senatus & miles & ni propere agis tenet urbem maritus. Timens igitur messalina in Lucullianos hortos degressa est: tentauitque postea marito occurrere: ut ueniam impetraret. Sylius tribunali admotus non defensionem: non moras tentauit: precatus ut mors acceleraretur. Occiso igitur Sylio Messalina in hortis lucullianis Narcisso instante ictu tribuni transfixa est. ¶ Elige quid nam su. hac interrogatione ostendit Sylii: utrãq̃ conditionem fuisse difficilem: siue ualeriam Messalinam uxorem duceret: siue abnueret: ait ergo poeta: eligi quid putes suadendum Sylio: ducat ne uxorem an abnuat quasi dicat utrunque omnino durum est. nam si duxerit periculum necis imineri a marito: si abnuerit ab ea: uerba autem sunt Iuuena. ad monitorem.

Endymion

Hippolyti interitus

Bellorophon

Messalina. C. Sylius

Gentis patriciæ rapitur miser extinguendus
Messalinæ oculis.dudum sedet illa parato
Flameolo:tyriusq; palam genialis in hortis
Sternitur:& ritu decies centena dabuntur
Antiquo:ueniet cum signatoribus auspex.
Hæc tu secreta:& paucis commissa putabas.
Non nisi legitime uult nubere:quid placeat,dic.
Ni parere uelis:pereundum est ante lucernas:
Si scelus admittas.dabitur mora paruula:dum res
Nota urbi:& populo contingat pricipis aures.
Dedecus ille domus sciet ultimus.interea tu
Obsequere imperio:si tanti est uita dierum
Paucorum:quicquid leuius:meliusq; putaris
Præbēda ē gladio pulchra hæc:& candida ceruix
Nil ergo optabunt homines:si consilium uis
Permittes ipsis expendere numinibus,quid
Conueniat nobis:rebusq; sit utile nostris.
Nam pro iocundis aptissima quæq; dabunt dii
Charior est illis homo:quam sibi.nos animorū
Impulsu:& cæca:magnaque cupidine ducti
Coniugium petimus:partūque uxoris:at illis
Notum qui pueri:qualisue futura sit uxor.
Vt tamen & poscas aliquid:uoueasque sacellis
Exta:& candiduli diuina tomacula porci,
Orandum est:ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce aīum mortis terrore carentem:
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ:qui ferre queat quoscunque labores:
Nesciat irasci:cupiat nihil:& potiores

¶ Rapitur miser:ad nuptias.s.¶ Extinguendus:qa postea interfectus est impante Cæsare.¶ Messalinæ oculis.i.
Flameū añ oculos messalinæ adducitur Sylius:& eā sibi matrimonio coniungit.¶ Flameolo:diminutiuum est a Flameo:ē
Lectus enim ut scribit Pli.genus ueli coloris lutei:quo nouæ nuptæ caput obtegebant.¶ Genialis lectus proprie:autore
genialis festo dicitur:qui nuptis sternitur in honorem genii:unde & appellatur.de genito multa alibi:& precipue apud Per
Tyrus sium ex auctoritate Censorini.¶ Tyrius:purpureus.Nam ex tyro insula purpura piscis habetur:qui liquorē in fau
olī Sarra cibus habet:aptum ad tingendas uestes autor Pli.unde dicimus uestes purpureas ab ipso pisce.Tyrias ab insula.Si
donias a Sidone ciuitate tyri:& Sarranas:eoque
hæc insula olim Sarra dicta fuerit:autor ē Gelius
ob hanc uirtutem purpuræ Tyrii non solum ab
regibus:sed & ab romanis libertate sunt donati:
autor est Strabo(de hac enī multa scribit lib.sexto
decimo).¶ Cū signatoribus auspex.Nuptiis enī
auspices interponebantur.Cuius cōsuetudinis ita
meminit Valerius lib.secundo.Apud antiquos ñ
solum publiee:sed etiam priuatim nihil gerebat
nisi auspicio prius sumpto:quo ex more nuptiis
etiam nunc auspices interponuntur.¶ Non nisi
legitime:hinc furiosam Messalinæ libidinem oñ
dit:que omnia secure fecerit:& inter conuiuas in
amplexibus Sylii steterit.¶ Nisi legitime:nisi se
cundū rationes coniugales.& leges.¶ Quid pla-
ceat dic:o Syli.¶ Perundū est ante lucernas:idest
in medio conuiuio nocturno:quo tēpore cœnat
ad lucernas.¶ Mora paruula idest breue tēpuscu
lum.¶ Imperio scilicet messalinæ.Quicquid le
uius utrunque feceris omnino tibi erit moriendū
aut per Cæsarem:aut per messalinam.¶ Nil er-
go optabunt homines:uerba monitoris ad Iuue
nalem:ergo inquit:quum undiq;:ut declarasti:im
mineant picula:homines nihil petere a diis debe
bunt.¶ Expendere quid conueniat:sines inquit:
ut ipsi dii expendant:& quasi rem ponderādo id
dent:quod nobis sit utile & cōmodū.Iuxta dictū
illud Socratis:qui aiebat:a diis nihil ultra petēdū
esse:q̄ ut tribuerent bona:quia ii demū scirēt:qd
unicuiq; esset utile:nos aūt plærunq; id uotis ex-
petere:quod non impetrasse melius foret.¶ Illis
.s.diis.¶ Nā pro iocundis.i.loco eorum:que nos
iocūda dicimus.¶ At illis.s.diis.¶ Qui pueri p
quales pueri.¶ Tut tñ & poscas:ut cōcedamus in
quit ut ab ipsis diis ēt aliquid poscas:id tantūmō
petēdū est:ut sic mens sana in sano corpore:hæc
enī sunt quæ Cice.in lib.de finibus bonoꝝ & ma
loꝝ pria naturæ appellat hoc est:que in hoīe sunt
pstantissima:sensuū uidelicet:& mēbroꝝ integri
tas.Vñ ē illud Apulei in dogmate Platonis:tunc
hominē esse pfectū:quum anima & corpus æqua
liter copulant:& inter se cōueniunt:sibiq; rñdēt:
ut firmitas mentis præualentibus corporis uirib.
non sit inferior.Idem sensit Ora.in odis.Frui pa-
ratis:& ualido mihi.Latoe dones at præter integra.Cum mente nec turpem senectam.Degere:nec cythara canētē
Seneca ad Lucil.Roga bonam mentem:bonam ualitudinem animi:deinde tunc corporis.Nam hoc in homine
est integræ felicitatis:quorum neutrum contigit Caligulæ:autore Tranquillo:dicente sic.Valitudo eius neque cor
Toma-cula poris neq; animi constitit.¶ Tomacula:ædulia sic dicta:quod græci Τομην sectionē dicunt:hoc esse puto:quod
Macrobi.appellat isitium:ab eo:quod insecta caro reticulo circundatur.¶ Tonacula dicunt alio nomine:siue per
syncopem Tomacla.Martia.Quod sumantia qui tomacla raucis.Circum fert tepidis coquus popinis:fiebant enim
ut plurimum iecore:& pulmone porcino.Eratq; genus cibi seruilis:in luxu autem erāt abdomina:testiculi:uuluæ.
Sincipita:q̄ censoriis legibus quandoque fuerunt interdicta.¶ Fortem animum:laudabile est uotū.¶ Fortem:con
stantem.¶ Spacium uitæ:idest finem uitæ & mortem ipsam:est.n sapientis id non timere:quod uitari non potest.
¶ Nesciat irasci:animi perturbatione nō agat:i sapientē.n.ira nō cadit:mortem non timet:sed eam inter munera
naturæ connumerat.¶ Et potiores Herculis erumnas:qui potius ad uirtutes quam ad uoluptates erigatur.Hero-
dotus enī uarios sequutus labores:ut scribunt Ouidius & Diodorus immortalem sibi gloriam:& famam peperit.

¶ Erumnas: erūna est ut scribit Ci. ægritudo quædam animi laboriosa. ¶ Sæuosq; labores: aut quos satis crudeliter imperauit Eurystheus: aut sæuos magnos: & uix superabiles. ¶ Et uenere Sardanapali. i. quam sint deliciæ: & uoluptates quales sequutus est sardanapalus: qui ultimus assyriorum rex In cēm libidinem ita se dimisit: ut nunc ui ri nunc mulieris uice abuteretur: omni prorsus calcata: & sexus & pudoris cura. Stola. n. muliebri faciem: totumq; corpus in modum pellicis fuco componens ultra luxum muliebrem lasciuiebat: uocem fœmineam imitatus: cibū potumque: qui uoluptatem preberent continuo appetebat. Adeo uero deliciæ: turpis uoluptas: incontinentia in eo uiguere; ut successoribus post obitum suum i sepulchro inscribi barbarica uerba mandauerit. Hæc habeo quæ comedi: & quæ cum amore & uoluptate percepi. Arbactus eius prefectus: quū eum inter mulieres pensa ptientem inuenisset i dignatus: cōuocatis cum militib. quæ uidisset uniuersum exercitum aduersus eum accendit: bello Sardanapalus superatus in regiam se recepit: ubi extructa pyra se suasq; diuitias preciosiores cremauit: hoc solo uirum imitatus. De Sardanapalo multa Stra. li. iiii. Iusti. Dio. lib. iii. Cice. li. v. Tus. ¶ Monstro quid ip. ti. Docet poeta bñ beateque uiuere uolenti: omnes animi cupiditates esse superandas: uirtutemq; uoluptatibus anteferendā q; omnino est sapientis: unica. n. inquit uia est. s. uirtutis: quæ ad quietam tranquillamq; uitā nos ducit: tutos uel ab omnibus fortunæ telis: neque. n. fortuna ullam habere potest potestatem in illum: qui se uirtutis armatura induerit: nam fortunæ fortiter resistit: minas eius haud timet: omnes impetus facillime sustinet. Est igitur sensus: ego monstro: qd possis ipse tibi dare. i. ostendo tibi iter quo tibi sit gradiēdum. i. iter uirtutis: nam ea est: quæ ut diximus: ducit hominem ad quietam: tranquillamq; uitam. ¶ Nullum nu. ha. est ueluti contra fortunam responsio: tanquam insidias & incōmoda minitantem: ut sit sensus. Non est o fortuna q; homini quem in sinu uirtutis residentem iuuenis miniteris nullum. n. habes numen. i. potestatem in nos: si sit prudentia: hoc est si cum uirtute omnia agimus. Sed tamen nos ueluti cæci: & parum perspicaces te facimus deā tanquam quæ res humanas ex libidine modereris: q; in homine sapiente facere non potes: quum ipse uirtutis umbone omnes tuos impetus facile sustineat: & superet: prudentis. n. est agere recta: ueraque cum ratione. Nam prudentia stat in delectu bonorum & malorū. Qui ergo ea bona sequūtur q dñr esse fortunæ subiecta: & externa: ut sunt diuitiæ: honores: & dignitates: quæ homini auferri possunt dñt naturam humanam fortunæ esse subiecta. Sed si bona animi sequerentur i. uirtutes: quæ ab eis auferri nequeunt tunc intelligerent id: q; est uerum naturam humanam casibus non esse subiectam: quia ipsa sibi cunctis in rebus prospiceret.

Herculis erumnas credat: sæuosq; labores
Et uenere: & cœnis: & plumis Sardanapali.
Monstro: quod ipse tibi possis dare: semita certe
Tranquillę per uirtutem patet unica uitæ.
Nullum numen habes si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna deam: cœloq; locamus.

Luxuriem cęnę exagitat mensasq; nepotum .xi.

Tticus eximie si cœnat, lautus habetur.
a Si Rutilus, demēs. qd. n. maiore cachino
Excipitur uulgi: quā pauper Apicius? ois

Tticus eximie. Hac Satyra poeta alloquitur persicum amicum suum: quem inuitauerat in cœnam: pollice a turque se ei frugalem cœnam daturum. Hincque nactus occasiōem eos insectatur: qui cœnas lautiores parant quam modus facultatum ferat: ostendens omnibus in rebus luxum fugiendum esse: mediocritatēq; colendam: & unumquemq; secundum chylonis sententiam seipsum noscere debere: ne quid omnino supra uires suas efficiat. ¶ Atticus eximie: sensus est. Atticus quem pro nobili & potenti uiro ponit: si laute & splendide pat cœnas laudatur ab omnibus: & merito quia diues est: si uero Rutilus idem facit: omnibus est ludibrio: quia tenui est diuitiarum censu: ut ostendat unicuique pro qualitate diuitiarum colendam esse uitam: ad hunc Atticum scri. Mar. lib. vii. Attice: qui renouas facūdæ nomina gentis: nam nomen gentilium ducit ab illo attico Pomponio eqte romano: qui Ci. fuit familiarissimus: qui ab athenis cognomen reportauit. ¶ Eximie: excellenter: & egregie ab eximo fit eximius: quasi qui ex hominum numero ut excellentior eximitur. ¶ Lautus habetur. i. magnificus: & splendidus: ac per hoc laudatur. Nam lautic a est hominis splendidi & diuitis. Eos. n. lautos dicimus: qui nitido magnificoque epularum apparatu uiuūt: quasi qui uelint omnia delicata: & lauta: ut sit uocabulum a lauando. ¶ Si rutilus demens. Rutilum sui temporis hominem mediocrium opum notat: qui sumptuosas: huberesque cœnas parabat: nulla habita facultatum suarum ratione: ita ut omnes sentirent & dicerent eum ad summam miseriam peruenturum & absumptis omnibus bonis ad armorum tractandorum meditationem discensurum ex quo questu uiueret. ¶ Quam pauper apicius: q̄ pauper gulosus: per Apicium autem omnem gulosum intelligit; de quo multa diximus in. iiii. Satyra illic. Quæ miser & frugi non fecit Apicius. ¶ Conuictus: Conuiuium: ac per hoc omnes conuiuæ. ¶ Therme: loca calida: ubi desudabant: qui se loturi erant in balneis qui enim in balneis lauabantur: loco prius calido: aut ad ignem: aut ad solem desudabant: postea lauabantur: postremo perungebantur oleo. Apuleus lib. iiii. de asino aureo. Nudatique & flamme largissimæ uapore recreati: calidaque perfusi: & oleo peruncti mensas dapibus largiter instructas accumbunt τερμοσ enim calidum significat. ¶ Stationes: uocabulum ductum ē a stando: & multiplici capitur significatione. Nam dr secundum Vlpia. titu. de flumine: ne quid fiat: is locus: ubicūque naues tutæ stare possunt: unde illud Vir. Et statio tutissima nautis. Statio item dicit quicunque locus in urbe: ubi frequenter consistit: ueluti porticus publica: aut quadriuia: aut officia: quam & nostris temporibus statione appellamus in qua considerent. Pli. in epi. Plærique in stationibus sedent: tempusq; audiendo fabulas conterunt: sta

Erumna
Sardanapalos
Thermæ
Statio

tio item locum significat destinatum ad standum: ut illud apud Vale. Collocatas a se in quadam statione quin-que cohortes: atque ex ea uiribus hostium depulsas repetere eandem stationem euestigio iussit. In qua significa-tione est illud in. vi. Saty. Lachrymisque paratis: in statione sua. Liui. in. vii. primæ deca. Nec galli se statiōe tenue-runt. Statio item accipitur pro ipsis custodibus. Tran. in Tiberio. Disposita statione per ripas Tiberis: quæ obuiā prodeuntes summoueret. Statio item ponitur pro ipso offo standi: ut illud apud Vale. Senatus assiduam statione eo loci peragebat. ℂ De. r. subaudi loquuntur: quæ sequuntur. ℂ Nam dum ua. ac. uerba sunt uulgi ꝓuidentis mi-

Conuictus: thermæ: stationes: omne theatrum
De rutilo: nam dum ualida: ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ: dumq; ardens sanguine fertur
Non cogente quidem: sed nec prohibente tribuno
Scripturus leges: & regia uerba lanistæ.
Multos porro uides: quos sæpe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli.
Et quibus in solo uiuendi causa palato est.
Egregius cœnat: meliusq; miserrimus horum:
Et cito casurus iam pellucente ruina.
Interea gustus elementa per omnia quærunt.
Nunquam animo preciis obstantibus. interius si
Attendas: magis illa iuuant: quæ pluris emuntur.

seriam Rutili gulosi: ut sit sensus: profecto īquit breui futuꝝ est: ut ad sūmam inopiam redigat. ℂ Et recte quidem ad eam festinat. Nam dum ē iuuenis: facilius poterit arma tractaē: sicque ē ironice dictum. Ordo est. Nam scripturus est leges: & regia uerba lanistæ. i. ipse ad meditationē tractādoꝝ armoꝝ dscendet: & ab lanista discet fiet que gladiator. Nam ut recitauimus in. ii. Saty. il lic. Vicit & hoc monstrū tuscati fuscia gracchi: ex snīa Trāquil. in tyberio ex iuuētute utriusque ordinis profligatissimus qsq; in opera scœnæ: arenæq; edēdi senatusconsulto tenebat̄ inulti etiā famosam iudicii notam sponte subibant. Q d̄ ut turpissimū hoc loco sicut & in dicta Satyra in sectat̄ poeta. Itaq; non exponas ipm̄ futuꝝ lanistam: qui alios doceat: sed futuꝝ gladiatorē: descensuruq; in arenā ad digladiandū: quēadmodū multi nobiles sponte sua fecerunt tpībus dōitiāi de qbus in Saty. viii. Quanti sua funera uendāt. Quid refert: uēdūt nullo cogēte Nerone: uñ & Tran. in Cæsare scri. munere gladiatorio. Furiū septimū stirpe ꝑtoria &. A. Calpenū senatorē quodā actorē q; causaꝝ in foro depugnasse. ℂ Non co. q. faciet inqt hoc sponte: ut discat rationē tractandoꝝ armoꝝ: non aūt cogente Tribuno. Nā tribuni ple. quū consules hēbāt delectū ppli ad militiā: aut cogebāt qrites dare noīa: aut ꝓhibebāt ob seditionē: & odiū in patres. Autor Liui. uñ dies. L. Mālio dicta fuit a. M. Pōpeio tribuno ple. pp delectū acerbe fcm̄ lege Liui. in. vii. lib. primæ decadis. Et in tertio: ubi sic scri. At ex pte altera cōsules in cōspectu eoꝝ positis sellis delectū hēbāt: eo decurrūt tribuni cōcionē que secū trahūt. Et paulopost. Quēadmodū tribuni gessissent in ꝓhibēdo delectu sic pr̄es in lege īpediēda gerebant poeta ergo ondere uult tale genus hoīum quū a fortūis suis p luxū deciderit: qsi sibi ꝑclusa oī hōestatis semita ad armoꝝ tractādoꝝ meditationē dscēder̄ soler̄: ut ex eo ut dixius qsīu tanq̄ gladiatores uiuāt. ℂ Scripturus leges: tractādoꝝ armoꝝ. s. qs dabit ei lāista: rōes. n. īferēdi & uitādi ictus docebāt lāistæ ñ mō gladiatores: sed ēt tyrones ipsos: q; docet Trā. ī Cæsare his uerbis. Tyrōes neque ī ludo: neque p lāistas: sed ī dōib. p eqtes rōanos ac ēt p senatores rōanoꝝ pitos erudiebat. Vī alludere ad illud. P. Rutilū a quo ut scribit. Vale. li. ii. armorū tractādorum meditatō tradita ē militib. Is ex ludo. C. Aurelii scauri doctorib. gladiatorū accersitis: uitādi atque īferēdi ictus sub tiliorē rōnē legib. īgenerauit. ℂ Lanistæ ii erāt q familias hēbāt gladiatorias: qs mercede locabāt edētib. munera dicti a laniādo q; ꝑessent gladiatorib. q inuicē dimicando se dilaniarēt: uñ & lanii dār qui laniāt pecora & carnes uēditant. ℂ Multos porro uides: multi inqt insuper existūt ex gulosis qui pecuniā fœnore acceptā gulæ obsequentes atterūt: decipiuntque ipsos creditores: quos sæpe eluserūt q quū ꝓmiserint se solituros tergiuersantur: & gulæ tm̄ memores debiti obliuiscūtur. ℂ Et qbus: & uides multos qbus cā uiuēdi est in solo palato. i. q nullam aliā ob cām uidentur uiuere q̄ ut comedant. Tale genus hoīum taxauit socrates ut recitat Macro. li. ii. Satur. dicēs. multos hoīes ppea uelle uiuere: ut essent & biberent: se bibere atque esse: ut uiueret. ℂ Creditor. Creditor is dicitur q aliqd alicui credit cū sosonis expectatione. ℂ Macelli. Macellum locus fuit in urbe: ubi obsonia uēdebantur: dcm̄: ut scri. Plu. ī ꝓblematis: a quodā Macello: q in urbe latrocinīu exercebat: quo dānato: cēsores Aemylius: & Fuluius statuerūt: ut domus eius publicaret̄: uēderēturque ibi obsonia. ℂ Solo palato. Bñ aūt palato. Nam itellectus saporū quū cæteris sit in ꝑma lingua hoī ēt ī palato. ℂ Egregius. aduerbiū cōparatiuū ē h̄ loco. i. magis egregie. ℂ Et cito casurus: in pauptatē lapsurus. ℂ Ruina plucēte: pstat in metaphora: qa precessit casurus. i. egestate iam apparente. ℂ Interea: dū adhuc sunt diuites. ℂ Oīa elemēta: aut ad illam consuetudinē respexit: quam Antoninus Geta: ut scri. Spartianus: hēbāt: ut prādia p singulas lr̄as iuberet sciētibus seruis: uelut: in quo erat anser: Apruna: Anas: Itē pullus: perdix: pauus: porcellus: piscis: pna: & quæ in eam lr̄am genera edulium caderent: & itē fasianus: farta: ficus: & talia: ut sit sensus: qrunt gustus per singula elementa. i. per singulas lr̄as. Nam lr̄æ dñr elementa: q; quemadmodum illa coeuntia oē corpus perficiūt: sic ēt lr̄æ coniūctæ lr̄alem uocem quasi corpus aliqd̄ cōponūt: aut (qd̄ oīno placet) hipbolicōs dcm̄ est: neq;. n. p oīa elemēta: q̄ quatuor sunt: sed p tria dūtaxat aerem: aquam & terram: ut dicat uolatilia: aquatilia & terrestria aīantia qri ad epulādum. Elemēta aūt dicta sunt: ut scri. Diuus Hierony. in cōmētario epistolæ q̄ Pauli ad hebreos inscribitur quasi eleuamēta eo q; ex ipsis cætera originē sumant initia uidelicet & fundamenta creaturarū. ℂ Nūquam aīo ꝑciis obstantibus nūquam inqt magnitudine ꝑcii terrētur quominus lautas cœnas sibi parēt. ℂ Interius si attēdas ratio q̄re sumptibus non parcant illa. n. inquit suauiora uidentur quæ maiore cōparantur prǽcio. ℂ Attendas interius hoc est si rem diligentius consideres & intrinsecus inspicias.

Lanistæ

Macellū

elemēta

¶ Ergo:quū pciosis epulis delectent':ut suauiorib. ¶ Accerse summā.i.euocare:& cōtrahere grādē æris alieni summā:datis pignorib. Apul.li.x.ueste ipsa mea:quis paruula:distracta sufficiētē corrasi summulā.i.collegi:& cōtraxi. ¶ Periturā:que gulæ gratia intereat ¶ Lācib.oppositis.i.pignori:itellige aureis:uel argētis. ¶ Et quadringētis:facile inquit existūt:q cōdiant:& parēt largas cœnas:uel quadringētis nūmis:i.integro cēsu eqstri ēt in fictilib.i.ī mediocri ēt rez facultate. ¶ Condite:ppriū est ciboz:inde & condimentū.ergo condire magno sumptu:& delicato parare. ¶ Sic ue.ad mi.lu.Hoc mō inquit ueniūt ludi ad miscellanea:hoc ē ludiī fiunt absumptis pgulam opib. & sic ad miscellanea ueniunt:hoc ē ad ludos:& artes ludricas.Nam miscellanea:siue miscellos ludos appellauere:de qbus sic Sue.in Calig.Edidit & peregre spectacula:i sicilia syracusis hasticos ludos:& in gallia lugduni miscellos.Videnť dici a miscendo:q aut ibi uaria hoīum ludētiū multitudo cōmisceretur:aut uaria ludrica pagerentur.uñ & Apu.li.iii.de asino aureo turbā miscellaneam appellauit:que confusanea ē:atq cōmixta ex uariarum aggregatione gentium.Sic & Gelius ī noctibus atticis in fine operis miscellam doctrinam appellauit:que uariam:multiplicēq rerum cognitionem contineat: ¶ Ludi pro ludii:sicut peculi: pro peculii:palati pro palatii.Ludii autem & ludiones dicti sunt pari modo histriones Liui.lib.vii.ab urbe condita.Ludiones ex Ethruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more tusco dabant.Oui.Ludius æquatam ter pede pulsat humū.Vnde ludiæ ēt fœminæ sunt appellatæ:que artes ludicras exercerēt Martia.capella Ludiā qdā gatinā saltantē uidimus semicinctā.Iuue.appellat.saty.vi.Hippiā:q relicto marito gladiatorē in ægyptum secuta est ludiā.Qua capta iuuenta ē Hippa?qd uidit pp ludia dici sustinuit? ¶ Refert er.quū ergo īquit oēs pari luxu uiuant : multū interest diues ne sit: an paup.Nā uirtuti dať diuiti luxus:pauperi uero uitio. ¶ In ru.nam luxuria ē.i.uiuere splēdide.& magno appatu appellať luxuria ī Rutilo.i.in paupe.In uētidio āt.i. diuite: non censeť luxuria sed honestius accipit nomē quasi qui nihil superfluum faciat:quum diues sit.Ventidiū āt diuitem fuisse docet:& Persi.illic.Nosti uentidi pdia:cuius Diues arat curibus qtū non milus oberret.Fuit autem temporibus Claudiii & Neronis:quem Cor.Tacitus in claudio scri.Natōi galileoz:& felicem fratrē pallantis Samaritis præfuisse. ¶ Illum.e.iu.senius est.Ille oīo extremæ dementiæ est censendus:qui facile cognoscat : quāto Atlas sit sublimior aliis montib.& nō qtum exiguū patrimoniū distet a magno:ut īnuat unicuiq scdm modū diuitiarū esse uiuendū. ¶ Atlas in ly.Atlas mōs est mauritaniæ iuxta fines oceani ad occidētē:citro arbore nobilitatus miræ altitudinis:ut autore Hero.eius cacumen nequeat cerni:q a nubibus nunq relinquať:neq hieme neq æstate. Columnam cæli illum esse indigene aiunt. ¶ Distet:differat ab arca ferrata ab amplis diuitiis:solent.n.arcæ potentiorū aduersus rapinas fugæ armati ferro. ¶ E cœ.de. γνῶθι σεαυτόν.i. cognoscere ipsum.Hoc de cœlo non decendit:sed a chilone Lacedæmonio in uentum ostendit Pli.li.vii.cuius ut inquit responsa pro oraculis habebanť: ea fuere tria Cognosce te ipsum.Nihil nimis.Comes æris alieni atq litis est miseria.Hæc quū in templo delphici appollinis essent consecrata:& litteris aureis inscripta e cœlo descendisse creditum est :per quod monet unicuiq non iam corporis sui mēbra:aut staturam:figuramue:ut scri.Ci.in primo Tusc.qōnū esse noscendā:sed qd cūctis in rebus ualeamus considerandū.nequid in tota uita agamus:quod supra nostri sit:aut igenii:aut corporis:aut fortunæ uires:qď per sequētia docet. ¶ In par.sa.se.siue studeas esse senator:debes.n.te ipsum noscere : an tali muneri sis idoneus:quū nihil sit reip.pniciosius iperito moderatore. ¶ Nec.n.loricam exemplo docet hoī nihil esse quærendū:qď uiribus:aut igenii:aut corporis sui sit maius.Est.n.sensus.Thersites:q uilissimus fuit in castris græcorum quū se ipsum nosceret:nunq arma Achillis poposcit:quasi q pclaris rebus minime esset idoneus :quum de iis ī mediū platis a Thetide post mortem filii certarent Vlysses: & aiax thelamonius.De thersite multa dixius in fine satyræ.Stēmata quid faciunt. ¶ Se tra.pbebat se ridendum.Nam traducere:ut diximus illic.Traducit gallia talo:est pbere se ridendum:& ignominia afficere:nā non minori etat dedecori Vlyssi gestare arma achillis:q coruo pēnas pauonis.Aut reuera traducebat.i.oñdebat se armatū tanq Achillem:quo significatu:uidetur & Mar.illic accepisse.Vna est in nostris tua fidentine libellis Pagina:sed certa dñi signata figura.Quæ tua traducit manifesto carmina furto. ¶ Ancipitē.Dubium intuentibus nū Achilles esset:utpote:qui reuixisset:pberetq se uidendum:ut facile posset hostes decipere:ne alter esset Achilles:quum arma eius conspicerent.Nam anceps dicitur quod in ambas ptes capi posse uidetur:ac per hoc poeta notat ipsum Vlyssem:qui uiribus longe impar Achilli:eius tñ arma sibi indueret. ¶ Seu tu ma.siue grauem inquit amici causam es defensurus:te ipsum debes metiri:& diligēter cōsiderare: an ei tractādæ sis aptus. Vñ est illud Mar.Qui sua metitur pondera ferre potest. ¶ Qui sis:quid possis efficere.

Ergo haud difficile est perituram accersere sūmā
Lancibus oppositis:uel matris imagine fracta:
Et quadringentis nūmis condire gulosum
Fictile.sic ueniunt ad miscellanea ludi.
Refert ergo quis hæc eadem paret.in Rutilo nā
Luxuria est:in Ventidio laudabile nomen
Sumit:& a censu famam trahit.illum ego iure
Despiciam:qui scit quanto sublimior atlas
Omnibus in libya sit montibus:hic tamen idem
Ignoret quantum ferrata distet:ab arca
Sacculus:e cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν
Figendum:& memori tractandum pectore,siue
Coniugium quęras:uel sacri in parte senatus
Esse uelis:nec enim loricam poscit Achillis
Thersites:in qua se traducebat Vlysses
Ancipitem:seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas,te consule.dic tibi.qui sis

Condit. | Miscellanea | Ludii & ludiōes | Ludiæ | Atlas | Thersites | Traduco | Anceps

¶ Orator uehemens.i.conſule:& teipſum interroga:an ſis orator uehemens:an quales fuere Curtius Montanus & Matho uiles caudici.De curtio illic plæraq; dixius.Montani quoq; uenter adeſt.De Mathone in.i.ſaty.illic. Cauſidici noua quũ ueniat lectica mathonis.Sicq; utrũq;:ut uilẽ cauſidicũ flagellat.¶ Buccæ.Melius ſi cũ inferioribus cõiungatur:ut ſit ſenſus.Vnuſqſq; cõſiderare debet eloquẽtiæ ſuæ uires tam in ſummis q̃ in minimis rebus:, ſi ei ſit orandũ: ut pſtet in actione cauſarũ.¶ Etiam quũ piſcis emet̃.Nec mullũ.Quum paup ſis diuiti hoĩ noli te æqperare:ſed ad diuitiaꝝ tuaꝝ modum fac te metiaris.¶ Gobio.i.pciũ gobionis piſcis:qui exiguo parat̃ pcio:de

Gobio

quo Pli.li.ix.& Mar.in uenetis ſint lauta licet cõ uiuia terris:Principiũ cœnæ gobius eſſe ſolet.Duplici aũt inflexione dicius: & gobionẽ & gobiũ. ¶ Manet exitus.q.d.magna te expectat miſeria: quũ per luxũ epularum bona tua attriueris.Talibus a dñis:ſenſus eſt:ex quo p ingluuiẽ bona ſua abſumpſerunt:coguntur annulos deponere.i.inſigne equeſtre:& plerũq; mendicare.Nam annulus aureus inſigne erat equeſtris dignitatis:nec eũ geſtare poterat niſi cui erat quadringentoꝝ ſeſtertium ſumma:qua ĩminuta eũ deponere cogebat̃. Apul.in.ii.Apo.Negat poſſe diſſoluere:annulos aureos:& oĩa inſignia dignitatis abiicit cũ creditorib.depaſcit̃.Mart.Dum donas Macer ãnulos puellis:deſiſti macer annulos habere.i.habere cẽſum equeſtrẽ.¶ Talib.a dñis.Ironicos a luxurioſis.¶ Exit:depouit̃ qa eum amplius geſtari nõ licet:ĩminuto cenſu equeſtri.Pli.de annulis hæc li. xxxiii.Annulli medium ordinẽ:tertiũq; plebi:& patribus inſeruere.¶ Pollio:q æques fuerat:& diucs.puto Iuue.intellexiſſe de Caio Aruilio pol-

C.Auuilius Pollio

lione:q ut ſcribit Pli.pdigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii:primus tpibus Neronis docuit ſecare putamina teſtudinũ in lãmas:& lectos diſcubitorios operiri:q forte per nimiã rerũ luxuriam bona ſua abſumpſit.¶ Non p̃maturi cineres:ſenſus eſt.Non eſt hoĩ luxurioſo timendũ:ne eum ãte tẽpus occupet mors: ſed ne diu uiuat & in miſeriam ſenectutẽ perueniat.¶ Hi pleruncq; gradus:talẽ inquit uiuendi ordinem romæ uidebis:ut multi pecuniam ſibi creditam conſumant: deinde ſine aliquo pudore fugiant ex urbe.¶ Et coram dñis:emphaſim habet hæc particula:& ad iuuãdũ geſtu.¶ Inde ubi paulum :ſenſus.¶ Vbi paulum ſibi ex bõis ſuis ſupereſſe uident : & iam fœnerator maxime timet:ne perdat pecuniã creditam :patriam deſerũt fugientes.¶ Qui uertere

Orator uehemens:an Curtius:an Matho.buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ:ſpectandaq; rebus
In ſummis:minimis:etiam quum piſcis emetur.
Nec mullum cupias quum ſit tibi gobio tantũ
In loculis.quis enim te deficiente crumena:
Et creſcente gula manet exitus:ære paterno:
Ac rebus merſis in uentrem:fœnoris atq;
Argenti grauis:& pecorum:agrorũque capacem?
Talibus a dominis poſt cuncta nouiſſimus exit
Annulus:& digito mendicat Pollio nudo.
Non pręmaturi cineres:nec funus acerbum
Luxurię:ſed morte magis metuenda ſenectus.
Hi plęrunque gradus:conducta pecunia romę:
Et coram dominis conſumitur,inde ubi paulũ
Neſcio quid supereſt:& pallet fœnoris auctor.
Qui uertere ſolum:baias:& ad hoſtia currunt.
Cedere namque foro iam non deterius:quam
Aeſquilias a feruenti migrare ſuburra.
Ille dolor ſolus patriam fugientibus:illa
Mœſtitia eſt,caruiſſe anno circenſibus uno.
Sanguinis in facie non hęret gutta:morantur
Pauci ridiculum:& fugientem ex urbe pudorem.
Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu
Perſice non pręſtem uita:nec moribus & re

Vertere ſolum

ſolum:uertere ſolũ dicitur:qui patriam ſuam deſerit:& in aliena exulat.Liui.li.iiii.ab urbe condita.Collegæ eorũ exili cauſa ſolum uerterunt.¶ Baias : & ad hoſtia currunt:Baias diximus in.ii.ſaty.urbem eẽ campaniæ non longe a Neapoli.¶ Ad hoſtia.ſ.tyberina:ut inde nauigent.hoſtia enim dicũtur fluminum:exitus in mare:¶ Cedere

Forum

namque foro:Non pluris inquit faciunt deſerendo ciuitatẽ:quam ſi a celebri loco ad minus celebrẽ migrent : Forum autem pro urbe ſepe ab autoribus ponitur:ut ſit pars pro toto:& hoc:quia locus eſt ciuitatis frequẽtior.Alibi ante.Et Vale.in.ii.iam hæc cenſura ex foro in caſtra tranſcendit:hoc eſt ex correctione morum urbis cõtulit ſe ẽt ad notandos mores militantium.¶ Suburra feruẽti:hoc eſt celebri.Nam ſuburra uicus fuit celebratiſſimus in urbe de quo I tertia ſatyra.¶ Ille dolor:hinc notat populi romani deſidiam:cui nihil magis curæ eẽt quam ſpectare ludos circenſes:unde & ſupra.Si potes auelli circẽſibus:& alibi ante.Atq; duas tantum res anxius optat:pana & circenſes.De circẽſibus ſatis dictum eſt in tertia ſatyra.¶ Sanguinis in facie.i.nullo prorſus afficiuntur pudore:quum fugiunt ex urbe.¶ Gutta ſanguinis.i.ruboris.Nam perfundi rubore probitatis ẽ indicium:unde illud Terẽtianũ, Erubuit ſalua res eſt.Dioge.autore Laertio:quum uideret adoleſcentulum erubuiſſe: confide ait fili : huiuſmodi ẽ uirtutis color.¶ Pauci morantur:pauci retinent pudorẽ fugientem ex urbe.i.qui propemodum nullus iam in urbe inuenitur:nec habitare poteſt:quum oẽs eum abiiciant.unde Apule.in ſecunda Apologia.Pater eius plurimis creditoribus defœneratus maluit retinere pecuniam quã pudorẽ.¶ Experiere ho.hodie inquit pſice intelliges cum ego tantum uerbis frugalitatem ſoleam extollere:& non re ipſa amplecti.q.d.inuenies me & uita:& moribus id etiam præſtare:ꝙ uerbis profiteor.¶ Non præſtem:non exhibeam.¶ Pulcherrima dictu ideſt frugalitatem & modeſtiam quæ inter alias uirtutes ſunt pulcherrimæ memoratu.¶ Vita:uel moribus:& re:poteſt enim aliquis frugalitatẽ uerbis mirabiliter extollere:uita autem aut moribus nequaq̃:multi.n.uirtutẽ laudãt & tamẽ uitia ſequunt̃.

¶ Sed laudẽ ſiliquas.i.uictũ tenuẽ.Nã per ſiliquã legumẽ ĩtelligit:capitur.n.ſiliqua ꝑ folliculo leguminis. Ver. Si liqua quaſſãte legumẽ.Perſius:inuigilat ſiliqs:& grãdi paſta polẽta.Siliqua itẽ eſt autore Pli.li.xiii.arbor quam Io nes ceraunia uocãt trũco & ipſa fertilis:in Syria Ioniaq; naſcit͛ circa gnidum:atq; in Rhodo ſp comãtibus foliis flore cãdido.cũ uehementia odoris.¶ Ganeo:guloſus:& ganeaꝝ:ſectator.Nam ganeæ loca erant potationibus: & libidinib.deſeruientes.Tran.in Tyb.Popinas ganeaſq; uſq; eo inhibuit:ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia fineret.Pli.li.viii.cap.xv.mentionem faciens de porco.Neq; ex alio aīali numeroſior materia ganeæ:qn quaginta ꝑpe ſapores:quum cæteris ſinguli, in genere ẽt neutro declinatur: autore Feſto: q ſcri bit Ganeũ locũ eſſe ſubterraneum & abditum: unde noīati ganeones:q illic uerſarentur:cũ ſcor tis.Terẽ.i Adelphis. Credo abductum in ganeũ aliquo:ubi donatus ait ueteres ganeum meretri cum tabernam dixiſſe:qd͛ ipſa ſit in terra: nõ ut cœnaculum ſuperius.¶ Pultes:cibos uiles:& uul gares:nam ex farina in ollas coquarias ĩfuſa fiũt. Pli.li.xviii.Milio campania gaudet ꝑcipuæ: pul temq; candidam ex eo facit:ſit & panis ꝑdulcis. Mar.Imbue plæbeias cluſinis pultibus ollas: Vt ſat͛ in uacuis dulcia muſta bibas. Pulte Romani uice panis lõgo tpe:ut ſcri.Pli.uixere:anteq̃ confi ciẽdi panis rõnem inueniſſent: inde pulmẽtaria ſunt appellata:& pulmẽta.¶ Placẽtas: lautæ .n. gulæ ſunt placẽtæ: quaꝝ Cato in re ruſtica confe cturam docet:ex farina.n.ſiliginea:& alica confi ciebãtur:addito caſeo ouillo.Cato.n.ſic inqt. Fo cum:ubi coquas calefacito bñ:& textum:inde fa cito ſolum tenue caſei ouili.P.xiiii.ne acidum:& bñ recẽs:in aquam ter indito:poſtea indito mellis boni.p.iiii.Id bñ una cõmiſceto cum caſeo:tunc placentam foco imponito:texto calido operito:uideto:ut bñ & ocioſe pcoq̃s: apetito dum inſpicias bis aut ter:ubi cocta erit eximito & melle ungito:liquidam fuiſſe:& dulcem oſtẽdit Ora.in ep̃is.Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.Idem alibi.Pane ego iam mellitis potior placentis. Et Mar.i.vii. Dulci placẽta ſordidam linit mappam.Sene.ad Lucil.Amicos incolumes cogitare:melle ac placenta frui eſt:nõm formatum eſt ab accuſatiuo græco placẽta uĩ eſſe ex gñe eaꝝ:quas nos tortas appellamus.¶ Habebis euandrum deliciaꝝ expertem cœnam pollicetur perſico:ut ſit ſenſus.Ego te lautiore cõuiuio nõ ſum excepturus q̃ Euander excepit Herculẽ:& æneam troianum:quos frugalibus epulis cõſtat exceptos.Vir.de ænea. Viſcera toſta ferũt tau roꝝ:onerantq; caniſtris.Dona laboratæ cereris:bacchũq; miniſtrãt.Veſcit͛ æneas ſimul:& troiana iuuentus Perpe tui tergo bouis & luſtralibus extis.¶ Euãdrum: Euãder filius fuit Carmẽtæ: qui ꝓfugus ex peloponeſo autoritate magis q̃ imperio ea loca regebat:ubi nũc eſt Roma:is herculẽ ex hiſpania: interẽpto Geriõe redeũtem cũ bobus mira ſpecie:ut filium Iouis humaniſſime excepit:dicata ei ara:q̃ maxima ẽ appellata:autores Liuius:Ouidius:So linus:Dionyſius:Iuſtinus.¶ Tyrinthius.i.Hercules a Tyrinthe oppido:q in eo geſta eius maxime claruerũt. Ty rinthis aũt oppidum clariſſimum fuit græciæ.Homerus Qui tenuere argos:Tyrinthaq; mœnibus altam.Senſus eſt autem:uenies inqt Hercules:aut æneas.i.tam frugali excipieris a me cena: q̃ Hercules & æneas excepti fuerũt ab Euandro.Hoſpes:æneas.¶ Minor illo.ſ.Hercule: cui reꝝ geſtaꝝ magnitudine haud quaquam fuit par. ¶ Et ipſe tñ.ſ.Aeneas.¶ Sanguine:nam ex uenere natus eſt:ut Hercules ex Ioue.¶ Alter aquis.i.Aeneas qui ut ſcribit Dionyſius:quum regnaſſet tres annos poſt obitum latini:quarto & ipſe anno bello extinctus eſt: quum in eũ Me zentius æthruſcoꝝ rex cum Rutulis omnibus impetum feciſſent.Inito igitur prelio non procul a Lauino: quum multi utrinq; forent cæſi:eius corpus nuſquam apparuit:unde nonnulloꝝ fuit opinio eum ſtatim relatum fuiſſe ĩ deos.Alii uero tradiderunt Numico ſubmerſum eſſe:quum aduerſus turnum pugnaret: Iouemq; indigetem eſſe appellatum:ubi templũ ei ædificatum eſt hac inſcriptione:patri indigeti:qui fluuii Numici undas gubernat: und & Tybullus.Illic ſanctus eris:quum te ueneranda Numici, Vnda deum cælo miſerit indigetem. ¶ Alter flãmis .i.Hercules:qui in monte Oeta poſt traditã tunicã ab Deianira ſanguine Neſei infectam igni abſumptus eſt:& in cælũ tranſlatus.¶ Tyburtino.Tybur nõ longe ab urbe ſitũ in colle:ubi Hercules colebat͛.Mar. Tybur in herculẽ migrauit nigra lycoris.Catillus Amphiarai filius poſt interitũ patris: iuſſu Oiclei aui in Italiã uenit cũ tribus filiis Corace:uel ut alii ſcribunt Cora.Catillo:Tiburte:Condiditq; oppidum.Sylius. Hinc Tybur catille tuum.Plinius. Tyburtẽ conditorem fuiſſe ſcribit:quẽ tradit cœpiſſe auguria iuxta tres ſalices:quæ ſua ætate adhuc uirebant. ¶ Mollior:tenerior.¶ Salicti.Salicta loca ſunt multis ſalicib. conſita:ſicut ficeta multis ficis.Querceta multis quer cubus.Spineta multis ſpinis.¶ Aſparagi:ſubaudi uenient a ſuperiore.Aſparagi a caulis aſpitate ſunt denominati: ut docet Varro. Alii uero dñt dictiõnẽ eſſe grecã ασπαραγον:alii uero a chaldea uoce deduci:q̃ caulem ſignifi cat:qa hæc herba ſp creſcat in caulẽ:& uirgurtũ.¶ Montani:ad differentiã aſparagoꝝ altiliũ:q ſapidiores ſunt: & iõ lautæ gulæ.Pli.Silueſtres fecerat natura corrudas:ut qſq; demeteret paſſim. Ecce altiles ſpectantur aſparagi. Et Rauẽna ternis libris repẽdit.Mar.Mollis in æquorea q̃ creuit ſpina Rauẽna.Nõ erit incultis gratior aſparagis. Sil ueſtrẽ igit͛ & mõtanũ aſparagũ intelligit:quem aliqui corrudã:aliqui lybicum uocãt:attici horminiũ: autor eſt Pli nius libro.xx.capi.x.¶ Villica:uillici uxor. Villicus autem inter mancipia is erat:qui totius uillæ curam habebat.

Sed laudem ſiliquas occultus ganeo:pultes
Coram aliis dictem puero:ſed in aure placentas.
Nam quum ſis conuiua mihi promiſſus, habebis
Euandrum, uenies tyrinthius:aut minor illo
Hoſpes:& ipſe tamen contingens ſanguine cælũ.
Alter aquis:alter flammis ad ſydera miſſus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De tyburtino ueniet pinguiſſimus agro
Hędulus:& toto grege mollior:inſcius herbę:
Nec dum auſus uirgas humilis mordere ſalicti:
Qui plus lactis habet:quam ſanguinis:& mõtani
Aſparagi:poſito quos legit uillica fuſo.

Marginalia: Siliqua; Ceraũia; Ganeæ; Puls; Placẽtæ; Euãder; Tyrin thius; Tyrin this; Tybur; Aſpara gus unde corruda; Villicus

Grandia præterea:tortoq; calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus:& seruatæ
Parte anni quales fuerant in uitibus uuæ.
Signinum:syriumq; pirum:de corbibus iisdem
Aemula picenis:& odoris mala recentis:
Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
Autumnum:& crudi posuere pericula succi.
Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
Cœna fuit. Curius paruo quæ legerat horto,
Ipse focis breuibus ponebat holuscula: quę nunc
Squallidus in magna fastidit compede fossor:
Qui meminit, calidę sapiat quid uulua popinę.
Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam festis seruare diebus:
Et natalicium cognatis ponere lardum.
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne
Cognatorum aliquis titulo ter consulis:atq;
Castrorum imperiis:& dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturius ibat.

¶ Calētia.i.recētia. ¶ Torto fœno:in quo gestantur. Martia. Sed tuta fœno cursor oua portabat. ¶ Seruatæ uuæ Duplici mō ueteres toto anno seruauere uuas:quas & ollares & pensiles nominauere. In ollis enim:autore Columella sine noxa seruabant:unde Ora. Venucula conuenit ollis:aut in sublimi suspēdebant:unđ Ora. Quum pēsilis una secundas. Ornabat mēsas. ¶ Signinum pirum:subaudi adest a superiore:a signia patria dictum: ut scribit Plinius:Cornelius Celsus:inter pira q̄ reponuntur in primis commēdat tarētina:atq; signia. ¶ Syriumq;. Colu.li.vi.ca.viii.ostēdit pirum syrium id esse:quod tarētinum:sic enim scribit, Curandum est aut:ut quam generosissimis piris pomaria conseramus. Ea sunt crustumina: regia:Signina:Tarentina:q̄ syria dicunt:purpurea:superba: hordeacea:initianea:neuiana:fauoniana:lateritana:& alia multa:quoꝝ enumeratō longa est. ¶ Aemula picenis:uidentur designari poma tyburtia: de quibus sic Ora. Picenis cedūt pomis tyburtia succo:nam facie prestant. ¶ Nec metuēda tibi:q; musto suo tibi officiant.nam id quidem per frigus uētosq; hiemales exhaustum est. Nec placet intelligas poma siccata: ut aliqui alioquin docti senserunt. ¶ Curius:curius inquit dētatus non dedignabatur uesci oleribus:ac per hoc uilibus dapibus:hocq; est ex historia. Nam inuētus est a legatis Sannitum aurum ei afferētibus cum rapa in igne uersaret in fictilibusq; uel ut alii tradunt catino ligneo comederet. Sicque ostēdit tanta priscos frugalitate:& parsimonia uixisse:ut nobilissimi:uel oleribus contenti essent. ¶ Fossor squallidus in compede: hoc est seruus in ergastulis:ac per hoc ostēdit gulæ luxum tātū inualuisse suis temporibus: ut ne uilissimus qsq; delitiis abstineret. Nam serui in compedibus tenebantur:uel ad metalla fodiēda:uel agros colēdos:uel excidendos lapides:unde ē illud Pli. li. viii. loquētis de agricultura. ¶ Ad nunc eadem illa uincti pedes:damnatæ manus:inscripti uultus exercēt. Ouid. in ponto ad Græci nūc loquēs de spe sic inquit. Hæc facit ut uiuat fossor quoq; compede uinctus. Liberaq; a ferro crura futura putet Plau. in captiuis. Iubete huic crassas compedes impingier:inde extra portam ad meum libertum Cordalum in lapidicinas facite deductus fiet. De ergastulis in.vi. Satyra diximus copiosius illic. Ergastula tota.

Vulua

¶ Vulua. De uulua Pli. ut diximus ante in.ii. Satyra multa scri. sic in.xi.ca.xxxvii. Quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam. Hæc uiperæ & intra se pariētibus duplex. Oua generantium annexa præcordiis. Et ĩ muliere geminos sinus sub utraq; parte lateꝝ habet:funebris quotiēs uersa spiritum inclusit. Vulua eiecto partu melior quam edito. Eiectitia uocatur illa:hæc porcaria primiparæ suis optima. Nec nouellarum suum præterquā primiparum probantur:potiusq; ueterum:nec dum effetarum:& biduo ante partum:aut post partum:aut quo eiecerint die. Grata ergo erat uulua in cibis. Mar. in distichis. Te fortasse magis capiet de uirgine porca. Me materna: magis de se uulua capit.

Popina
Popino

¶ Popinæ:diuersoria erant gulosorum:ubi obsonia cocta parabantur:& uēdebantur. Nero:ut Tranquillus scribit:interdixit:nequid in Popinis cocti præter legumina:aut olera ueniret:quum antea nullum non obsonii genus proponeretur. Ora. Quin omnia malit. Quæcunq; imundis feruēt allata popinis:a popina popinones sunt denominati:qui in iis uersabantur. ¶ Quid sapiat:quam boni sit saporis. ¶ Rara etate:ostēdit priscos illos romanos: nullo non modo cibi:sed ne ædificii quidem luxu uixisse: qui coquinas etatibus instructas habuerint:unde carnes salite pēderēt. ¶ Natalicium:idest die natali:qui delicatiori apparatu celebrari solebat.

Lardū

¶ Lardum:carnem suillam salitam:unde ita scribit Macrobius libro septimo. Satur. Sæpe apposita salita carne: quam laridū uocamus:ut opinor quasi large aridum. Eam appellat Cicero in libro de senectute succidam his uerbis. Iam hortum ipsi agricolæ succidam alteram appellant. Sic etiam Varro in secundo rerum rusticarum. Et qui ñ audierit patres nostros dicere ignauum & sumptuosum est:qui succidiam in carnario suspenderit. Martialis in qnto ad Toranium. Et pallens faba cum rubente lardo:quibus uerbis plane ostendit appellationem lardi carnē suillam salitam intelligi:succidium item in genere neutro inuenitur.

Succidia

Caro uictimæ

¶ Accedente noua carne:hoc cum superioribus coniungitur:ut sit sensus. Erat moris ponere lardum natalicium cognatis accedente noua carne:idest recenti. ¶ Si quam dabat hostia:si forte acciderat:ut hostiam diis mactarent:nam carnes uictimarum uendebantur:& plerumque duplo:sicut in inferiis latinis:unde Vale. in secundo de Institutis antiquis. Immo latarum a magistratibus hostiarum extra ad questores ærarii delata uænibant. Sacrificiisque Populi Romani tum Deorum immortalium cultus:tum ēt hominum continētia inerat imperatoribus nostris q̄ sacras manus habere deberēt apud ista altaria discentibus. ¶ Cognatorum aliqs:ordo est. Aliqs cognatorum functus ter titulo consulis.i. ter adeptus cōsulatum. ¶ Castroꝝ imperiis:q imperator fuisset:& dux exercitus. ¶ Solito maturius ibat:tanq̄ ad lautius cōuiuiū.

¶ A monte domito: per multum laborem culto. Gloriosa. n. apud priscos fuit agricolatio. Pli. multas familias studio rerum rusticarum cognomina adinuenisse. Nam Cicerones sunt Cognominati: q bonum cicer sererent: fabii q bonam fabam: lentuli q bonam lentem. Seranus q agrum sereret: quum creatus est dictator. Denique: ut scrib. Cato in re rustica: & Pli. meminit: quum bonum agricolam: bonumque colonum dixissent se amplissime laudasse existimabant. Scribit preterea Pli. li. xvi. In linterno agro durare suis temporibus oleas: Aphricani prioris manib. satas. Item mirtum eodem loco cõspicuæ magnitudinis. ¶ Quum tremerent fabios: hic sensus est. Prisci Romani tam longe abfuerũt ab omnibus delitiis: quũ maxime seueram censorum disciplinam timerẽt qui ciuitatis mores corrigebant, ut lectos suos triclinares nulla testudine ornauerint. Caruilius pollio prodigi & sagacis: ut scri. Pli. ad luxuriæ instrumenta ingenii primis temporibus Neronis docuit secare putamina testudinum in laminas: & ita lectos triclinares operiri. Idem etiam autore eodem li. xxxii. ca. xi. operiri docuit argẽto: mox auro. ¶ Fabios Catonem: Scauros & Fabricios. Vbique a poeta hi omnes nominãtur ut graues & seueri ciues: sic & Apule. priscorum austeritatẽ cõmendat in prima Apologia: uerum longe: austerior: ut putat Seranis: & curiis: & fabriciis. ¶ Censoris. Censorem scri. Var. de sermõe latiali denominatum a censendo: q ad eius cẽsiõem. i. arbitrium censeretur populus. De censorib. plura alibi diximus. ¶ Etiam collega timeret: allusit poeta ad Censuram Claudii Neronis & Liuii Salinatoris: q se inuicem seueriter notauerũt. Nã quum forte utrique equitum centurias recognoscerẽt: in quarũ numero: & ipsi essent: propter robur ætatis: uentumq esset ad tribum Salinatoris: precoque lecto nomine Salinatoris hesitaret citandum nec ne sibi esset. Claudius collegam citari: & equum uendi iussit: q populi iudicio damnatus fuisset. Salinatorque censor cum eodem collega omnes tribus: excepta Metia: ærarias fecit: stipendio priuauit eo crimine q aut prius se iniuste condemnassent (nam eum ex inuidia peculatus reum condẽnauerant) aut postea tantos honores non recte tribuisset. ¶ Qualis. t. i. quãta inueniretur. Nam testudines in mari indico tantæ magnitudinis inueniuntur: ut singularũ superficie habitabiles casæ integant: atq inter insulas rubri precipue maris: earũ testis: ueluti cymbis nauigat autores Pli. & Dio. ¶ Fulcrum: a fulciendo. i. sustinendo dictum: ligna. n. ipsa: quæ lectum sustineant: fulcra dñr. Vir. Lucẽt genialib. altis Aurea fulcra thoris. ¶ Clarũ: cõspicuum: ut diximus: lecti nõ modo discubitorii: sed & cubiculares testudinum putaminib. opiebãtur. Apu li. x. meta. Lectus indica testudine perlucidus: plumea congerie tumidus. Veste serica floridus. Mar. lib. xii. ad Amœnum Gemantes pma fulgent testudine lecti: magnis pciis cõparabant: uñ est illa Senecæ indignatio in lib. de bñficiis. Video elaboratã scrupulosa distinctione testudinẽ: & fœdissimorũ: pigerrimorũq aĩaliũ testas in gẽtib. pciis emptas. Nã testudinũ putamia secabãtur in laminas: iisq lectos: & repositoria uestiebãt: atq ẽt lacunaria: lege Pli. li. ix. & xvi. ca. lxiii. ¶ Troiugenis: nobilib. rõanis: satyrice dcm̃: qsi q gloriarẽtur se originem ducere a troianis. ¶ Sed nudo latere: oñdit poeta in rephẽsiõem morũ sui tpis: pscos illos adeo seueros extitisse: ut contẽpto oĩ luxu sæpe ẽt in limitib. agrorũ collocatis lectis discubitoriis cœnarẽt: uñ facile uidere poterant caput aselli nudatũ cute: suspẽsum in agro q iõ fieri cõsueuit: quia putabat æthrusca disciplina incõmoda agrorũ arceri posse: uñ Colu de cultu hortorũ. Nũc caput archadici nudũ cute fert aselli Tyrrhenus finxisse tages ĩ limite ruris. ¶ Nudo. l. nuda spõda: sine ullo ornatu: aut testudinũ: aut auri: aut argẽti. Sic. n. lecti ornabant sumpto exẽplo ab asia: uñ sic Liui. li. ix. de bello maced. Luxuriæ. n. pegrinæ origo ab exercitu asiatico inuecta ĩ urbẽ ẽ: ĩde pmũ lectos æratos: uestẽ stragulã pciosam: plagulas: & alia textilia romã adduxerũt. ¶ Frõs ærea. i. ps ãterior fulchri ære tm̃ ornata. Nã ut scri. Pli. li. xxxiiii. tricliniorũ pedes fulcra: itẽ ære ornabãt frõtẽ ãt poni p pte anteriore lecti sic docet Vale. loquẽs de maiestate. Si quis cognoscat lecti illius frõtẽ macedõicis triũphis fuisse adornatã. ¶ Alũni: dñr q aluntur: & q alũt: sed illud frequẽs: h rarissimũ. ¶ Tũc. r. ordo ẽ. Miles tũc rudis: & nescius mirari graias artes frangebat pocula &c. & ẽ sensus. Milites illis tpibus cõtẽpto oĩ domus ornatu: id tm̃ qrebãt ut eq: & arma essent ornamẽtis insignia. ¶ Artes. g. in poculis: & statuis faberrime sculptis mira græcorũ fuere ĩgenia. ¶ Phaleris: ornamẽta equorũ: de qb. sic Apu. in. i. Apol. Perã & bacculũ tu phs exprobrares? igit & eqtib. phaleras: & peditib. clypeos: & signiferis uexilla. Val. li. ix. ca. de ira & odio. Offensi ãnulos aureos sibimet ipsos: & phaleras eqs suis d̃tractas abiecerũt Dictæ a φανερω q ẽ mãifesto: & illustro: q equus iis ornamẽtis illustret: græci φαλαρα sicut ταλαντον pro talẽtũ. ¶ Celataq cassis: ordo ẽ. Miles frãgebat pocula: ut equus gauderet phaleris: & cassis celata ostẽderet hosti pituro simulachra feræ romuleæ iussæ mãsuescere fato impii: &c. ¶ Simulachra feræ. i. lupæ quæ Romulo & Remo mãmas pbuit sub arbore fico: quæ postea ficus ruminaris est appellata: rumam. n. ueteres mãmam nõlauerunt. ¶ Iussæ mansuescere: iubentibus diis ut non modo infantes non læserit sed lacte suo uice nutricis etiam aluerit.

Erectum: domito referens a monte ligonem.
Quum tremerẽt aũt Fabios: durumq Catonem:
Et Scauros: & Fabricios: rigidiq seueros
Censoris mores etiam collega timeret.
Nemo inter curas: & seria duxit habendum,
Qualis in oceani fluctu testudo nataret
Clarum troiugenis factura: ac nobile fulcrum.
Sed nudo latere: & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput ostendebat aselli:
Ad quod lasciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi: qualis domus: atq suppellex.
Tunc rudis: & graias mirari nescius artes,
Vrbibus euersis prędarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus: cælataq cassis
Romuleę simulachra feræ mansuescere iussę

Censor

Testudo

Fulchrũ

Phalere

Ficus ruminalis

Imperii fato:& geminos ſubrupe quirinos:
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis:& haſta:
Pendentiſq; dei perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat, ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur thuſco farraca catino
Omnia tunc:quibus inuideas:ſi liuidulus ſis.
Templorum quoq; maieſtas preſentior:& uox
Nocte fere media:mediamq; audita per urbem
Littore ab oceani gallis uenientibus:& diis
Officium uatis peragentibus:his monuit nos.
Hanc rebus latiis curam præſtare ſolebat
Fictilis:& nullo uiolatus iuppiter auro.
Illa domi natas:noſtraq; ex arbore menſas
Tempora uiderunt:hos lignum ſtabat in uſus,
Annoſam ſi forte nucem deiecerat eurus.
At nunc diuitibus cœnandi nulla uoluptas
Nil rhombus: nil damna ſapit:putere uidentur
Vnguenta:atq; roſæ, latos niſi ſuſtinet orbes
Grande ebur:& magno ſublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis:quos mittit porta ſyenes:
Et mauri celeres:& mauro obſcurior indus:

¶ Geminos quirinos:licet Romulus tantum Quirinus ſit cognominatus:de quo pleraq; in.ii.Saty. ¶ Nudã effigiem Dei fulgentis.i.martis:qui pater & autor fuit nominis Romãi:genuit.n. Romulum & Remum ex Rhea. ¶ Fulgentis.c.& haſta.i.reſplendentis celatura clypei & haſtæ. ¶ Pendentis in uertice caſſidis:unde & penſilia ap- *Penſilia* pellamus ædificia in aerem extructa:ut hortos penſiles in aere non in terra poſitos:unde Papinius in Syluis de aq̃ ducta per ædificia ſublimia ſic ait. Et innumero pendens tranſmittitur arcu. ¶ Farracea:cibaria ex farre. ¶ Catino a capiendo ſecundum Varronem. ¶ Tuſco:fictili:nam in æthruria aretina uaſa celebrata ſunt. Marti. Aretina nimis ne ſpernas uaſa monemus. Lautus erat thuſcis porſena fictilibus. ¶ Pñtior:magis propicius. Vir. Nec tam pñtes alibi cognoſcere diuos. Dii inquit quãuis fictiles colerẽtur: Romanis tñ erãt magis ꝑpicii q̃ nunc:unde Sene. ad Lucil. Cogita deos:quum ꝑpicii eſſent: fictiles fuiſſe. ¶ Et uox. Nam quum galli in Italiam uenturi eſſent: eodem anno:ut tradit Liui. in.v.M. Ceditius de plebe nunciauit Tribunis:ſe in noua uia ubi nũc ſacellum eſt:ſupra ædem ueſtæ noctis ſilentio au- *Aius* diſſe uocem clariorem humana: que magiſtratibus dici iuberet:gallos aduentare. Cic. in.ii. de diuinatione appellat Aium deum loquentem: cui in noua uia conſecrata fuit ara:ex eo ꝙ monuerat:ut prouiderent: ne a gallis Roma caperetur. De eo ſic & Liuius in.v. Iuſtumq; templum ĩ noua uia Aio locutio fieri. ¶ Gallis uenientib. Nã Galli Senones duce Brẽo in Italiam uenerunt: Cluſiumq; obſederunt:ad quos quum tres legati a ſenatu miſſi fuiſſent:ut ab oppugnatione deſiſterent:ex iis unus contra ius gentium proceſſit & ducem Senonum interfecit: quo facto ĩdignati galli urbem petierunt:& fuſo exercitu romano apud Haliam fluuium urbem intrauerũt: ubi nobiliſſimos ſenum in ueſtibulis ædium cum ĩſignibus honoꝝ ſedẽtes:ꝑmo ut deos uenerati: deinde ut hoĩes deſpicati interfecere; capitoliumq;: quo reliqua iuuentus confugerat:obſederunt. ¶ His monuit nos:ordo eſt. Iuppiter fictilis monuit nos his:abſolute dictum his:ut ſit his rebus & hoc modo monuit nos. Iuppiter uiolatus nulle auro:nondum auro effigiatus:ea .n. uiolati dicuntur:quib. aliquid contra uolũtatem fit:quaſi iuppiter auro illo nõ delectaret̃:uñ in.iii. Saty. Nec ingenium uiolarent marmora tophum. ¶ Mẽſas natas domi. Nã numi. Ex mauritania citrus arbor mittit̃ ex atlãte mõte tanti ꝑcii:ut mẽſæ pari repẽderent̃ auro:uñ Mar. Accipe fœlices atlãtica mũera ſyluas: Aurea q̃ dderit dona minora dabit. ¶ At.n.di. Senſus ẽ. Nr̃is aũt tꝑibus Romani eo deliciaꝝ puenerũt: ut uulla pulmẽtaria iucũda ſuauitate eſſe putẽt:niſi adſint mẽſæ citreæ. quæ pede eburneo fulciãtur. Luca. Dẽtibus hic niueis ſectos atlãtide ſylua. Impoſuere orbes:quales ad Cæſ.ora. Non capto uertere Iuba:ſicq; notat luxum menſaꝝ citrearum. ¶ Rhombus:piſcis ex genere planoꝝ:de quo in quarta Saty. ſatis dictum. ¶ Vnguẽta:q̃bus ungebantur:quũ exibãt e balneis. ¶ Latos orbes:menſas citreas:de quib. plura in.i. Sa. illic. ¶ Prætoria:menſas:de quibus ſæpe Mar. Tu libycos indis ſuſpen- *Pardus* dis dentibus orbes. Et alibi. Et maurſiacis ſuſtẽtem dentibus orbes. ¶ Pardus.ſ.i. perdus ex ebore effigiatus: eſt au- *Syene* tem perdus animal parum differens a panthera:quidam eum ſolo candore ab ea diſcernunt. In aphrica ſyriaq; naſcitur. ¶ Ex.i.d. ſcilicet elephantorum. ¶ Syene autore Strabone inſula eſt in finibus æthiopiæ.c.millibus paſſuũ: ambitu. Plini. Ditionis ægypti eſſe:incipit a fine æthiopiæ Syene. ita uocatur inſula ſupra Syenem.xv.milibus paſſuum: Elephantis habitatur nauigationis ægyptiæ finis:dicta ab Elephantorum multitudine. Stra.& Herod. Elephantinam appellant. Plini. uero Elephantidem:hinc autem mittebautur Elephanti. porta autem appellauit Elephantidem inſulam quia ex ea per Syenem tanquam portam in ægyptum ſit tranſitus; ita dictum. ut illud in .iii. Saty. Ianua:Baiarum eſt. ¶ Et mauri celeres. Deſignat poeta:quibus in locis Elephantes inueniantur. Nam eos fert Aphrica ultra ſyrticas ſolitudines:& in Mauritania. Ferunt æthiopes Troglodite: ſed maximos india. Hæc Plini. Per mauros ergo celeres intelligit æthiopes trogloditas:qui mira pedum celeritate ſunt:de quibus ita Hero. *Troglo ditæ* libro quarto. Trogloditæ æthiopes:omnium:quos fando cognouimus perniciſſimis pedibus ſunt: ſerpentibus: lacertiſque & aliis id genus reptilibus ueſcentes. Solinus Trogloditæ tanta pernicitate pollent: ut feras quas agi- *Indi* tant curſu pedũ:aſſequantur. Mauri autem pro æthiopibus:& æthiopes pro mauris a poetis indifferenter nominant̃:nec mirum:quũ æthiopes ad occidentem uerſi Mauritaniam attingant de æthiopibus diximus etiam in .ii. Satyra. ¶ Indus indi populi ſunt ad orientem ſiti prope oceani refluxus & ſolis exortus de iis lege & Apule. in ꝑmo floridorum. ¶ Obſcurior, Apule, in eodem. Indis ad naſcentem diem ſitis tamen in corpore color noctis eſt.

¶ Miris gurgitibus:inusitatis uadis. ¶ Vortice:liquore:nã uortex ꝓprie appellat̃ aqua in gyꝝ se agens a uertẽdo unde Virg. Et rapidus uorat æquore uortex. ¶ Quid si bis cẽtum:cõsolatio ab aliena calamitate & grauiore .q.d. æquo aĩo tibi ferenda est fortuna tua:quando aliis longe grauiora acciderunt:& tamen omnia patienter tulere. ¶ Quid:subaudi dicas quam miserabile censeas. ¶ Arcana.i.deposita sine ullis arbitris. ¶ Tam facile:tam impii sunt homines:ut deos ipsos:qui oĩum humanaꝝ operationum sunt cognitores:facile contẽnant. ¶ Ficti uultus: hoĩs est scelerati uultum fingere:unde Ter. Vultus quoq; hoĩum fingit scelus.nam diiam faciũt iter uultum & faciem:ut facies sit ipsa oris spẽs: licet ẽt capiat̃ ꝑ tota forma:& q̃si factura totius corporis: ut est illud apud Plautum. Sed eaꝝ nutrix:qua sit facie mihi expedi.statura nõ magna:corpe aq̃lo: ipsa est spẽ uenustiore:atq; oculis pnigris: referturq; nõ solũ ad corpus hoĩs:sed ẽt ad alia multa:ut si dicamus:faciẽ cognoscas:faciẽ loci:& faciẽ urbis: hoc ẽ spẽm:& formã loci:& urbis. Vultus uero a uolẽdo uolũtatẽ ipsam hoĩs:q̃ ꝑ motu aĩ i facie oñdit̃. Et licet uultus ꝓprie ad aĩum:facies uero ad corpus referatur ut mœsto uultu: irato uultu: lõga facie:breui facie:est tñ q̃n utroq; uti liceat: fœdata facie:fœdato uultu:scissa facie: scisso uultu:cõuersa facie:cõuerso uultu. ¶ Per radios solis persæ:ut scribit Iustinus li.i. Solẽ unũ deũ eẽ credũt.& equos eidem sacratos. Hermodotus autẽ scribit li.i. Persas Soli:lunæq; sacrificare & telluri & igni:& aquæ:& uẽtis:qb. solis gubernãtur &c. ¶ Tarpeia.i.q̃ ioui assignãtur:cuius templum in colle tarpeio situ erat: qđ postea (ut diximus superiore Satyra) capitoliũ fuit appellatũ a capite hoĩs ibi inuẽto:quũ fundamẽta iacerẽtur. Tarpeius aũt est dictus a Tarpeia uirgine ibi a sabinis necata:& sepulta. ¶ Frameã martis.i.gladiũ martis:licet framea ẽt pro hasta accipiat̃. Tacitus.li. de germaniæ situ sic inq̃t. Rari gladiis aut maorib. lãceis utuntur: hastas uel ipsoꝝ uocabulo frameas gerũt angusto & breui ferro. Idẽ Paulo inferius:scutum cum framea gladioq;. De framea ẽt meminit Gelius li.x. Hic ãt a Iuuenale pro gladio poni uĩ. nam Martis est insigne:unde poeta in carmine obscœno sic ait. Nec mauors illũ:ꝑ quẽ ualet oculit ensem. Nec latet in tepido palladis hasta sinu:hasta enim est insigne palladis. Ergo sicut pila sunt tela peculiaria romanoꝝ. Gessa galloꝝ. Sarissæ macedonũ:ita Frameæ sunt germanoꝝ. ¶ Spicula:sagittas. Ver. Nõ pudet auratas phœbum portare sagittas. Spiculũ ꝓprie appellat̃ cuspis illa:q̃ sagittis ꝑfigit̃. ¶ Vatis cyrrhei. Apollinis:q delphis oracula dabat ex spelũca:apud quos uicina est cyrrha:nam ab ea ad Delphos icipit ascẽsio stadia fere.lxxx. hinc ergo dicebat̃ Apollo cyrrheus. Delphi ãt & cyrrha oppida sũt phocidis regiõis. ¶ Per calamos sagittas:q̃ ex calamis fiebãt. Vir. Quũ daphnidis arcũ Fregisti & calamos:calamis oriẽtis ppl̃i bella conficiunt. calamis spicula addũt irreuocabili hamo noxia. Pli. ¶ Puellæ uenatricis dianæ. ¶ Neptune pater ægei. Ferunt.n. fabulæ Aegeũ regem Athenaꝝ filium fuisse Neptuni patrem Thesei. ¶ Tuum tridẽtem. Poeta in carmine obscœno. Nec dat̃ æquoreo fuscina tecta deo. ¶ Herculeos arcus:legẽdum est arcus:non artus:de telis.n. itelligit. ¶ Armẽtaria:loca ubi reponuntur arma. ¶ Sinciput:aliqui dicunt appellatum esse:quasi semicaput:prioremque capitis partem esse:cui opinioni haud quaquam astipulor. nam occipitio opponitur frons non sinciput. Apuleius in prima apologia loquens de quodam Thallo morbo comiciali laborante sic ait. Facie ulcerosus:fronte & occipitio conquassatus aliud igitur significat sinciput quod forte adhuc pauci intellexere. Pers. Fumosum sinciput aure. Plini. Sincipitia uerrina. Macro. Sinciput aprugnum pro toto capite poni uidetur apud Plautum in Menechimis. Non est tibi sanum Sinciput adolescens. Sic etiam apud Persium. Mihi festa luce coquatur Vrtica: & fixa fumosum Sinciput aure. Licet illic dixerimus partem esse capitis:uideturque facta compositio ex græco & latino a sin: quod est simul & caput quasi totum caput. Flauius Vopiscus in Tacito sic inquit. Conuiuium uero unius gallinacci ita:ut Sinciput adderet: & oua pro omnibus oleribus affatim ministrantibus lactucis impatienter illusit. ¶ Flebile:defluendum mihi. ¶ Elixi:aqua cocti a liquore secundum Var. ¶ Phario: ægyptiaco. Pharus.n. est insula cum turri eiusdem nominis Alexandriæ opposita. De qua non pauca Cæsar in cõmentariis. Plini. Stra. Soli.& Luca. Proper.& Ptolemeæ littora capta phari. Acetum autem Aegyptiacum optimum fuisse ostendit Marti. Amphora niliaci non fit tibi uilis aceti. Esset si uini uilior illa foret. ¶ Sunt qui in fortunæ:inter Philosophos triplex fuit de diis opinio. Alii enim inter quos fuit pythagoras negauerunt deos esse alii deos esse censuerunt sed res humanas non curare iiq; fuere Epicurei alii esse & curare. Ait igitur Iuuena. multos existere qui pythagoræ opinionem secuti existiment deum non esse qui res humanas curet sed tantummodo omnia nutu naturæ fortunæue agi atque ideo sine aliquo metu scelera perpetrent Alios uero esse qui deos esse putent timeantque eos & tamen peierent pluris pecuniam facientes q̃ iram eorum.

Gurgitibus miris:& lactis uortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega:quid si bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illa
Sũmam:quam patulæ uix cœperat angulus arcæ.
Tam facile:& pronũ est superos cõtẽnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
Voce neget:quæ sit ficti constantia uultus.
Per solis radios:tarpeiaq; fulmina iurat:
Et Martis frameam:& cyrrhęi spicula uatis:
Per calamos uenatricis:pharetramq; puellę:
Perq; tuum pater ęgei neptune tridentem.
Addit & herculeos arcus:hastamq; Mineruę:
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si uero & pater est, comedam inquit flebile nati
Sinciput elixi:pharioque madentis aceto.
Sunt qui in fortunę iam casibus omnia ponunt:
Et nullo credunt mundum rectore moueri:

Vortex
Vultus
Facies
Framea
Delphi
Cyrrha
Sinciput
Pharus

Natura prior: an deus — ¶ Natuta uoluēte uices. Opiniōem eo℞ seqt̄ q̄ naturā falso a deo separātes q̄siuere: qd prius fuit natura: an deus Si uatura prior est: ergo deus natus est. Atq deus nasci nō potuit. Rursus si deus pot ē: nata ē natura: q̄ si nasci potuit natura icipit n̄ esse natura. Hic illud pēdet. Oui. i. i. meta. Hāc deus & melior litē natura diremit: ubi oñdit naturā eē deo potētiorē: q̄ū q̄ añ deū fuerit. Et a q̄ oīa sint orta quā sniam tetigit & Claudianus in laude q̄rti cōsulatus honorii. Talis ab idæis p̄meuus iuppiter antris Possessi stetit arce poli: famulosq̄ recepit Natura tradēte deos Et idē alibi. Iuppiter: ut phibēt: ipaciū quū discere uellet Naturæ: regni nescius ipse sui. Armigeros utrinq̄ duos eq̄lib. alis Misit ab eois: occiduisq̄ plagis: uñ fal sunt illi: q apd Oui. exponūt: & p. i. ut stet expositiue: quū secutus sit poeta eos phos: q naturā se parūt: ut dixius a deo: uoluerūtq̄ eā eē potiorem deo: qd & Ci. secutus ē i padoxis his uerbis. Tu quū tibi siue deus: siue mater (ut ita dicā) re℞ om niū: natura dederit aīum &c. ubi apte docet deū: & naturā nō eē idē. Re℞ āt naturæ pionos fuisse docet Apul. in p̄ma Apol. anaxagorā: Leucippū: Democritū: & epicu℞: nā deos abnuere existimabātur: solā āt naturā dicebāt esse a q̄ ut dixius oīa nascerētur. Sed: ut tradit Lactā. Firmiaus melius Sene. oīum stoico℞ acutissimus: qui uidit: nil aliud eē naturā q̄ deū. Ergo inq̄t deū nō laudabimus: cui naturalis ē uirtus: nec. n. illā didicit ex ul lo: imo laudabimus: quis. n. naturalis illa ei sit si bi illā dedit: q̄m deus ipsa natura ē. Cur igit̄ inqt ortū re℞ tribuis naturæ ac dtrahis deo. ¶ Voluēte uices. i. cursus: & uertigies diei: & āni: ac p h̄ oē tēpo℞ curriculū. Claudianus āniq̄ meatus. Et lucis: noctisq̄ uices

Locus Ouidii

Natura uoluente uices: & lucis: & anni:
Atq̄ ideo intrepidi quæcunq̄ altaria tangunt.
Est alius metuens: ne crimen pœna sequatur.
Hic putat esse deos: & peierat: atq̄ ita secum,
Decernat quodcunq̄ uolet de corpore nostro
Isis: & irato feriat mea lumina sistro,
Dūmodo uel cæcus teneā: quos abnego, nūmos.
Et phthisis: & uomicæ: putres: & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas: si non eget anticyra: nec
Archigene: quid enim uelocis gloria plantæ

¶ Est alius metuēs: alii inqt sunt: q oīo deos eē credūt & deo℞ irā metuūt: ne puniātur oīo: quū malefecerit: tñ peierāt auiditate pecūiæ obcæcati. ¶ Si stro. i. hypallage ē p ipsā irata Isis Aegiptio℞ dea cuius sacrificia romæ translata p̄cipua ueneratōe colebātur: putabatnrq̄ dea ferire piuros quotiēs p eā iurātes fidē nō seruassent: uñ Oui. in ponto. Vidi ergo linigeræ numē uiolasse fatētem. Isidis: isiacos añ sedere focos. Alter ob huic silem p̄uatus lumie culpā. Clamabat media se meruisse uia. Vbi locus corrigēdus ē nā p linigere scriptū est linigenæ: de q̄ plura alibi. ¶ Sistro: instīm erat tinulū quo Isidis sacerdotes in sacris utebātur. Apul. li. xi. meta. æreis & argēteis: imo uero & aureis sistris argutum tinitum cōstrepētes: & paulopost: sacerdotes appropinquat dextra p̄ferēs sistrū. Oui. in pōto. Et qs ita est audax: ut lumine cogat abire. Iactātem pharia tinula sistra manu? ¶ Vel. c. i. ēt cecus. ¶ Phthisis: dictō est græca: q̄ corruptōem tabem maciem significat: ē. n. morbus: q hoīem paulatim cōsumit ἀπὸ θ ινω: qd' est corrūpo. ¶ Vomicæ. p. uomicæ ulcus est malignum latēs: & tumēs cū sanie. Intrinsecus: a uomēda sanie dicta: unāquāq̄ partem corporis infestat. Pli. li. ii. ca. xiii. docet. Ocimum syluestre uomicis uuluæ mederi. Celsus ait in tertio uomicæ finem esse: ut rumpat̄. ¶ Sūt. t. ordo ē. Et phtisis & uomicæ putres sunt tāti? Sensus est: sunt ne adeo mihi timēda & æstimanda hæc mala: ut non negem nūmos. q. d. minimi mihi sunt facienda p̄ pecunia: dicimus. n. tāti ne facis periculum. i. times: ne tantopere periculum: ut tantam lucri ansam amittas: legēdumq̄ est cum interrogatione.

Peierare

Isis

Locus Ouidii

Sistrum

Phthisis

uomica

¶ Paup locupletē optare podagrā: ne dubitet ladas: superiorem sensum declarat per hæc sequētia: sunt aūt uerba periuri. Estq̄ sensus & ordo: ladas: q miræ fuit pernicitatis paup n̄ dubitet optare sibi podagram diuitem. i. nō dubitet illam uelocitatis gloriam contēnere: & optare sibi podagram qua una maxīe uelocitas impeditur: modo in diuitias trāseat. Itaq̄ locus est corrigēdus ut nō laudas: sed ladas legat̄. Is. n. ut scri. Soli. p̄mam palmam pernicitatis est adeptus: q ita sub canū puluerē cursitauit: ut in arenis pēdētib. nulla idicia relinqueret uestigio℞: eius meminit & Mar. in scd'o. Quid si p graciles uias petauri Inuitū iubeas subire ladā: p Ladā aūt oēm itelligit pauperē expediti corpis. De lada meminit & Catul. Non ladas ego pēniferue Perseus. Eiusdē meminit & Ci. sic in rheto. ad Herē. li. iiii. Quasi siqs ad olympiacū uenerit cursum & steterit ut mittat̄: ipudētesq̄ illos dicat eē: q currere cœpūt ipse intra carceres stet: & narret aliis q̄uo Ladas: aut Bōius cū sicyoniis cursitarūt. ¶ Locupletē: nō exponas: q̄lem patiūtur maxīe locupletes: sed locupletē podagā. i. morbū ipm in sūma opulētia: qd. n. p̄sit ladæ paupi: si in paupertate manēdū sit: optare sibi podagrā: q̄ uexātur locupletes: sic ergo exponēdum ē Ladas pauper mō diuitiis cumuletur non dubitet optare: uel podagram uelocitati suæ aduersatricem mō hēat: uñ largiter: & delicate uiuat sicq̄: cum superiorib. optime cōiūgit̄. ¶ Si. n. e. a uerba periuri. Ladas inqt cursor ne dubitet si non eget anticyra. i. si isanus non est. nam anticyra īsula ē q̄ oli cyparissus noīata est. ut scri. Pausānias sed mutato noīe anticyra est appellata ab anticyro Herculis socio ut uero scri. Stra. ciuitas ē ad sinum iacēs maliacū & Oetam mōtem. Ibi helleborus siue ueratrum nascebat̄ quo ut scri. Pli. hoīs insania & mali humores emēdātur & ad ingenium acuendum plurimum ualet unde Carneades rñsurus libris zenonis stoici hellebo℞ candidum sumpsit de quo multa diximus apd Pers. illic. Ebria ueratro: ergo si non eget anticyra. i. si non eget elleboro: quo hominis insania emendatur: ac per hoc: si insanus non est. ¶ Archigene: medico: qui ueluti in delirio feriat uenam in media fronte: sicuti ante dictum est. O medici mediam pertundite uenā De archigene facta est mentio in. vi. Saty. illic. Ast uocat archigenem. ¶ Quid. n. uelocis quid inqt prodest Ladæ pauperi firma corporis ualitudo: & q̄ pedum sit summa pernicitate: ita ēt: ut in olympicis ludis sæpe palmam reportet: si in paupertate sit uiuendum quasi dicat longe utilius est homini morbis uel grauissimis uexari: dūmodo sit in summa rerū opulentia q̄ sanitatem corporis habere & in paupertate uiuere.

Ladas

anticyra

¶ Præstat: quid prebet utilitatis. ¶ Ramus oliuæ: ut sit uictor in ludis olympicis: ubi uictores oleastro coronaban tur: autor Pli. li. xv. Interque alia certamina cursu potissimum contenditur: unde uelocis gloria plantæ. ¶ Piseæ: pi sa: & elis ciuitates sunt peloponensi: inter quas iacet cãpus uastissimus: qui olympia nominatur: ubi ludi celebrabã tur: qui a locorum propinquitate dicuntur: & pisei & elei: & olympici: iuue olympii: non autem: ut falso quidã pu tauerunt: ab olympo monte. ¶ Vt sit magna. Sensus est. Concedo inquit deos esse: & grauiter delinquentibus ira sci: tamen ad puniendum lenti sunt: præterea: si omnes puniendi sunt: longum erit: ut me puniant. Ordo est. Ira deorum certe lenta est: ut sit magna. i. quãuis sit magna: ut sit concessio esse deos: sed lentos ad uindictam. ¶ Lenta: non festinata. Vale. Lẽto. n. gradu ad uindictam sui diuina procedit ira: tarditatemque supplicii grauitate compensat. ¶ Sed & exorabile numen: talia solent sibi cõminisci: qui turpiter uixerunt. ¶ Multi: uerba sunt peccantis: quib. occurrit his: qui possent dicere sibi cauẽdũ esse a suppliciis legum humanarum: ait ergo nõ ignoro hoc quidem: sed tamen multos constat eadem committere crimina: sed diuerso fato: alii puniuntur: alii non modo non puniũtur: sed honoribus etiam decorantur: quasi colligat: sibi ẽt accidere posse: ut pro malefactis beneficia accipiat. ¶ Diuerso fato: diuerso euentu. ¶ Diadema. i. euectus est ad regiam dignitatem: nam diadema fascia erat (ut supra diximus:) qua caput regis uinciebatur: a διαδέω quod est circũligo. ¶ Cõfirmat animum. i. animum cõmasculat. ¶ Trepidum formidine diræ culpæ. i. qui formidat: & tremit conscientia diri sceleris. ¶ Præcedit. s. ipse prurus: tanquam innocentiæ suæ confidat. ¶ Te uocantem: hoc est te: qui petis depositum. ¶ Nã creditur fiducia: confirmatio rationis: quare tãtæ audacie sit: qa multi inqt malicia hoĩum decepti putant eum esse innocẽtem: qui magna cum audacia causam suam tuetur. iccirco audax ẽ: putãt. n. ex recta conscientia: & fiducia tantam audaciam proficisci. ¶ Malæ causæ: hoc est homini tuẽti cãm iniquam. ¶ Superest. i. abundat. ¶ Mimũ agit ille: nõ mĩore inqt strepitu mouet: & clamore: q̃ si mimum agat. i. fabulam: nam mimus (ut diximus) alibi præter hoĩem scænicum genus est

Præstat: & esuriens piseę ramus oliuę?
Vt sit magna: tamen certe lenta ira deorum est.
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me uenient? sed & exorabile numẽ
Fortasse experiar. solet his ignoscere. multi
Committunt eadem diuerso crimina fato.
Ille crucem precium sceleris tulit: hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmat: tunc te sacra ad delubra uocantem
Præcedit: trahere imo ultro: ac uexare paratus.
Nam quum magna malæ superest audacia causæ,
Creditur a multis fiducia. mimum agit ille
Vrbani qualem fugitiuus scurra catulli.
Tu miser exclamas: ut stentora uincere possis:
Vel potius quantum gradiuus homericus, audis
Iuppiter hęc: nec labra moues: cum mittere uocem
Debueras uel marmoreus: uel aheneus? aut cur
In carbone tuo charta pia thura soluta
Ponimus: & sectum uituli iecur? albaq; porci
Omenta? ut uideo nullum discrimen habendum ẽ
Effigies inter uestras: statuamq; Batylli

fabulæ: unde poete mimmographi: qualem egit scurra fugitiuus Catulli urbani: nam in fabula Catulli itroductus est seruus: qui miro imodum clamaret. ¶ Exclamas: subaudi Iuppiter: audis hæc. ¶ Tu: scilicet ex altera pte. ¶ Stẽtora. Sentor in exercitu fuit græcorum uir magnanimus: cuius tantus (ut scribit Homerus in qnto Iliados) erat uocis sonus: quantus aliorum quinquaginta. ¶ Gradiuus homericus: quem libro qnto iliados ait uulneratum a Diomede tam ingenti uociferatione præ dolore exclamasse: quanta nouem decemue milia uirorum solent: quum pugnã ineunt: ita ut græci simul: ac troiani territi contremiscerent. ¶ Nec labra moues: nec irasceris: nam ferunt Iouem: quum hominib. irascit: prũpere in maximos clamores: & buccas inflãdo mittere fulmina. Ora. Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet: Persius ad sese nõ clamet Iuppiter ipse. ¶ Vel marmoreus: ẽt ex marmore. ¶ Thura põimus: cur te ut deũ: & oĩum scelerum uindicem colimus. q. d. ob eã rẽ te colimus: ut humana negocia seuere moderetis: scelera ulciscaris. ¶ Iecur? exta uituli: nã iecur in extis pncipatum obtinet. ¶ Omenta: apud Persium: quum exposuimus. Tot tibi quũ in flãmas iunicum Omenta: liquescat diximus: autore Celso: Omẽtum esse intestinum: exteriore parte lene: & strictum esse: ex superiore mollius: cui adeps quoq; inascitur: q̃ sensu: sicut cerebrum quoque: & medula caret Pli. Omẽtũ mẽbranã potius eẽ docet: quũ ait: uẽtriculi atq; itestina pingui: ac tenui omẽto itegũtur: pterq̃ oua gignẽtib. ¶ Vt uideo. Sẽsus ẽ: tã negligẽter igt dii res hũanas curatis: ut nullũ putẽ eẽ hñdũ: discrimen iter statuas urãs: & batylli. ¶ Batylli itelligit de statua Batylli Samii de quo Apule. in scd'o floridorum multa cõmemorat ait. n. in Samo quæ modica ẽ isula in mari Icario templum Iunonis antiqtus famigeratum cõspici cuius ante arã statua erat Batylli a polycrate tyrãno dicata q̃ nihil unquã affectius fuit h non mõ dilectus fuit a polycrate sed ẽt ab Anacreõte Teio. uñ Apul. sic ait q polycrati tyrãno dilectus Anachreõta teiũ amicitiæ gr̃a cãtillat. Ora. Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta teiũ: Batyllus item fuit (ut diximus apud Pers.) Pantomimus. Tris tamen ad numeros satyri moueare batylli. Iuue. alibi. Molli saltãte batyllo. Batylli item ppli sunt Septẽtrionales Ptole. autor. Batyllus item instrũ est ferreum ad usum ignis. Ora. ptexta & latum clauũ prunæq; Batyllũ de hac igit batylli statua ẽ itelligẽdũ q̃ erexit polycrates cytharœdico statu in memoriã eius. Sũt q pythagoræ eã falso existimãt sed philosophus nequaq̃ a tyrãno dilectus ẽ qppe eo iã dñari orso profugit ex insula clãculũ.

Olympici ludi

Mimus

Stentor

Mars uulneratus

Omẽto

batyllus

¶ Accipe q̄ cōtra:audi ēt:q̄ solatia tibi afferre possint:q nullis sunt instructi philosophiæ pceptis:nec stoicoꝝ:nec cinicoꝝ:nec epicurioꝝ:q oēs.s.opes cōtēpserūt.q.d.unusquisque uel rudis pōt te in ista pecuniæ amissione optīe consolari:per quod docet equo aio ōia esse ferenda:quæ amiserit:& bona fortunæ contēnenda. ¶ Cynicos. Cynicoꝝ sectæ:ut diximus in cōmentariis Persi.illic.Si cynico barbā petulās nonaria uellat:pnceps fuit(autor Laertio) Anthistenes atheniēsis:q cū dissereret in gymnasio:qd' cynosargin appellabāt nō lōge a ianuis: cynicū cognomē sectæ suæ dedit. Lactā.uero a canib.cognomen accepisse scri.his uerbis. Quid loqr de cynicis:qb.in ppatulo coire cum coniugib.mos fuit:qd miꝝ si a canib.quoꝝ uisam imitant' ēt uocabulū & nomen traxerunt cynos.n.græce canis dicitur:& cynicos canynus. Q d' sane ita fuisse Apul.in.ii. floridoꝝ ostēdit ubi sic loqt' de Crate cynico. Duxit cynicus puellam in porticum. Ibidē loco celebri : coram luce clarissima accubit : corāque uirginem imminuisset paratam pari cōstantia:ni Zeno pcinctu paliastri circūstātis coronæ obtutu magim i secreto defendisset:ubi mendum correximus: nā ubi legimus duxit cynicus:scriptū erat dux cynicus. Aliq uero cynicos dictum esse putāt q̄ essent mordaces : ut canes:nā Diogenes(ut scri. Laercius)iterrogatus q̄re canis diceret':rñdit:qa in eos:q dant blādioꝝ in eos q non dant oblatro : malos aūt mordeo. Ii aūt:ut dixi nobilitatē:& diuitias obiiciebant: dicētes solā uirtutem sufficere ad beatam uitam

Cynici antisthenes

Accipe quæ contra ualeat solatia ferre
Et qui nec cynicos:nec stoica dogmata legit
A cynicis tunica distantia:non Epicurum
Suspicit exigui lætum plantaribus horti.
Curentur dubii medicis maioribus ęgri:
Tu uenam uel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis, taceo:nec pugnis cædere pectus
Te ueto:nec plana faciem contundere palma.
Quandoquidē accepto claudēda est ianua dāno:

unde Crates cynicus:oēm rem familiarē abiecit:existimās tunc demum manumissum.sola pera & baculo cōtēti ci bos mēdicabant:de quib.ita Apul.in.i.Apol. Non sunt qdem ista platonicæ sectæ gestamina: sed cynicæ insignia familiæ:uerūtamen hæc Diogeni & Antistheni pera & baculus : qd' regib.diadema. Diogenes quidem cum Alexandro magno de ueritate regni certabundus:baculo uice sceptri gloriabatur. Plautus in Persa. Cynicum esse egētem oportet:parasitum probe. Mar.li.iiii. Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati. Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicum deceptus imagine falsa:non est hic cynicus Cosme:quid ergo canis. ¶ Dogmata: sententias:& opiniones stoicorum:fit autem dogma a δοκῶ qd' est sentio:nam quæ græci dogmata dicūt : latini decreta appellant:unde Sene.li.xv.epistolarum ad Luci. Nulla ars contemplatiua sine decretis suis est:que græci uocant dogmata:nobis uel decreta licet appellare:uel scita:uel placita. Hoc autem interest inter decreta philosophię & precepta:quod inter elementa:& membra:hæc ex illis dependent:illa:& horum causæ sunt omnium:precepta .n.pendent ex decretis. Sunt igitur dogmata sectæ uniuscuiusque decreta:quæ:ut Cic.est sententia. prodere scelus est non minus q̄ patriam:unde scri. Laertius:eam minime sectam appellari:quæ dogma nō habet. ¶ Stoica:sectæ stoicæ pnceps fuit Zeno:a quo primo Zenonii sunt appellati:mox uero stoici a stoa.i.porticu:nam athenis porticus erat:quæ pysianactia uocabatur:refert a uaria & multæ scientiæ pictura polignoti thasii:in qua quum diuersis tpibus iani mille quadringēti triginta ciues interfecti fuissent:uoluit zeno locum illum stabilem atq. inuiolabilē reddere:quare cœpit in illa docere:ad quem eo audiendum discipuli confluentes:qui antea:ut dixi : zenonii dicebantur:postea ab ipsa porticu stoici sunt uocati:autor Laertius:hi aūt ita diuitias : & reliqua fortunæ bona abnuebant:ut nihil præter uirtutem bonum appellarent:dicentes diuitem quicūq; cœlo tegeret'. ¶ Tunica distantia:nā (ut scribit Augustinus de ciuitate dei)dogmata philosophorū sola habitu fuerunt diuersa : nam quum omnes uirtutem:siue summum:siue solum bonum:dicerent:diuitias uniuersi contēnebant: tunica igitur tantum distabāt stoici a cynicis:q̄ cynici duplici pallio utebātur:unde illud Oratii in epistola ad Seuam de cynico. Contra quē duplici panno patientia uelat Mirabor. Eam uestem duplicem:ut scri. Porphyrius:diploidem appellauere:eādem & Abollam. Martia.ut modo recitauimus li.iiii. Cærea quem nudi tegit uxor abolla grabati:Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicum &c.de eo sic & Laertius. Ptimus Antisthenes pallium duplicauit:ipsoque solo utebatur:baculumq; sumpsit:& peram. Zeno uero stoicoꝝ(ut dixi)pnceps patiētissimus fuit:& uictus simplicissimi: crudisq; tm̄ cibis utebatur:& tenui pallio : ita ut de illo diceret'|: q̄ eū neq; sæua hyems.nec gelidus imber nō dura uis morbi domuerit: neq; torridus sol. ¶ Epicuꝝ:epicurus cōtentus fuit exiguo horto:pmusq;(ut scribit Pli.li. xix.)instituit athenis habere hortos in urbe:unde hortoꝝ magister est appellatus: ad quod allusit Papinius lib.i. Syluaꝝ:Delitiæ:quas ipse suis digressus athenis. Mallet deserto senior gargecius horto:autor est Laertius sūmum bonum Epicurum ad Herodotum scripsisse esse in uoluptate:scilicet non dolere:corpore:aioque Tranquillū esse & perturbatōe uacare:aqua & cibario pane se contētum fuisse testatus est. ¶ Curētur dubii ægri : calamitas inquit tua minima ē:& q̄ nō indiget graui cōsolatore:sed unusqsq; est aptus ad te cōsolādum & dolcrem tuū leniēdum metaphora sumpta est ab ægrotātibus:quib.pro morbi qualitate adhibētur medici. ¶ Venā feriēdam:hoc ē teipsum trade cōsolādū:ēt hoī mediocris eruditōis:quum iactura tua sit talis:ut unusqsq; facile possit te consolari. ¶ Si nu.i.t. Sēsus ē ego nō phibeo te:qn doleas:si potes mihi oñdere:nullū tale facinus ppetrari Iter mortales .q. d.talia & grauiora solēt mortalib.accidere:ut sit consolatio a cōi miseria. ¶ Q ūqdem non ueto inquā te dolor' q̄nquidem ianua est claudenda.i.q̄nquidem nulla tibi amplius est habenda spes illud domum rediturum:qd' amisisti:uideturq; sumptum ex uulgato puerbio:qd' solet dici in eos:q pecoris sui diligētes nō fuere custodes.qb. per derisum iperat':ut accepto dāno stabulū claudāt:ac p hoc sciāt:sibi ereptam esse spem recuperādi:quod amiserant.

Dogmata

Zeno

Stoici

Diplois Abolla

epicurus

¶ Et maiore domus:a superiore:nõ ueto inquã quin doleas:qñquidẽ nũmi plãgunt̃ maiore gemitu:& suspitio do
mus. ¶ Contentus diducere:non.n.satis hẽt diducere sumitatem uestis:qui amisit pecuniã sed totam scindit nõ ex
põas diduceř:neq; uexare.s.in funere s3 i amissiõe pecũiæ. ¶ Hũore coacto:nõ.n.lachrymis fictis plorat:uñ bñ seqt̃
plorat̃ lachrymis ueris. ¶ Sed si cũ.ui.ordo ẽ.Sed cẽses te nũc delitias ponẽdũ extra cõuiuia:si uides cũcta fora ple=
na simili q̃rela &c.ut sit sensus.Quũ uideas in iudiciis quottidie talia scelera đferri cũ acerbis deceptoꝝ q̃relis:ñ dẽs
putare te:ut delicatũ tælis fortunæ ñ eẽ subiectũ. ¶ Chirographa. a αποτου Χηρος .i.mãu & grapho scribo est — Chiro= graphũ

Et maiore domus gemitu:maiore tumultu
Planguntur nummi:quam funera.nemo dolorem
Fingit in hoc casu:uestem diducere summam
Contentus uexare oculos humore coacto.
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.
Sed si cuncta uides simili fora plena querela:
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt chirographa ligni:
Arguit ipsorum quos littera:gẽmaq; princeps
Sardonycus:loculis quę custoditur eburnis,
Te nunc delitias extra communia censes
Ponendum:quia tu gallinę filius albę:
Nos uiles pulli nati infœlicibus ouis.
Rem pateris modicam:& mediocri bile ferendã
Si flectas oculos maiora ad crimina.confer
Conductum latronem:incendia sulphure cœpta:
Atq; dolo:primos quum ianua colligit ignes.
Confer & hos ueteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandę rubiginis:& populorum
Dona:uel antiquo positas a rege coronas.
Hęc ibi si non sunt,minor extat sacrilegus:qui
Radat inaurati femur herculis:& faciem ipsam
Neptuni:qui bracteolam de castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare tonantem?
Confer & artifices:mercatoremq; ueneni:
Et deducendum corio bouis in mare:cum quo
Claudıtur aduersis innoxia simia fatis.

enim sceda siue tabella mãu propria scripta : ergo
uana chirographa.i.uanos adulterios:& mẽdaces
pugillares ligneos:in quib.propria manu scripsit.
Alibi Iuue.Debitor aut sumptos pergit non red=
dere nũmos Vana superuacui dicens chirographi
ligni. ¶ Diuersa in par.in pte contraria.i.aduersus
ipsum debitorem. ¶ Superuacui;nihil pficientis:
superuacuũ.n.est in iudicium proferre tabellas: de
bitore omnia negante . ¶ Arguit ip.ordo est.Illi
dñt chirographa esse uana quos littera ipsorũ ar=
guit.i.quos sua ipsorũ scriptorũ manus & signũ re
uincit & ostendit esse ueros debitores. ¶ Sardoni
cus.i.signum cælatum in sardonice:q̃ est i annulo
signatorio.Sardonycus autem nominatiuus est la — Sardoni cus
tius:formatus a gẽitiuo græco Sardonycos.Onyx
gẽma est:cui nomen est coniunctum cũ Sarda alio
lapide:nam Onyci candor est : autore Pli.unguis
humani similitudine:item Chrysoliti ex Iaspidis
& Sarde:unde nominis societas orit̃.De hoc plu=
ra superius:& illic apud Persi.Cum sardonyce al=
bus. ¶ Gẽma princeps.Appositio est:ut sit Sardo
nycus qui est gẽma princeps inter alios preciosos
lapillos. ¶ Loculis ebu.nam loculi eburnei reposi — Loculi
toria erant:& mõetæ aureæ:& ãnuliꝗꝝ.Mar.Hos
nisi de flaua loculos implere moneta . Non decet
argentum uilia ligna ferant.De iis plura in.i.saty.
neque enim loculis comitantibus itur ad casum ta
bulæ. ¶ Te nunc delitias.Ironicos:& appositio ẽ.
¶ Conductum latronem.i.sicarium mercede con
ductum ad cædem alicuius. ¶ Quum ianua pri=
mos.Incendii grauitatem ostendit:quo primæ do
mus partes sunt occupatæ:ut non facile sit subue=
nire flagrantibus inferiorib. ¶ Adorandæ ru.que
habenda sunt in maxima ueneratione propter re
ligiosam uetustatem . ¶ Et po.do.nam in tẽplis — Dõaria
dona missa uel a regibus:uel a populis pie :& reli
giose seruabantur.Et ubi dona reponebant̃:do=
naria sunt appellata. ¶ Corõas po.ab an.re.utpo
te a Romulo cæterisque regib:quorũ corone i eo
rum memoriã templis deoꝝ affigiebant̃ . ¶ Hæc
ibi:si in templis inquit non sunt dona : & pocula:

que surripiantur non desunt:qui minutiora sequantur furta:ut qui breues:& leues auri bracteolas ex statuis deorũ:
eradant. ¶ Femur:proprie coxam:licet hic poeta uideatur posuisse pro pectine. ¶ Bracteolam:tenuem auri lami=
nam:nam aurũ &c.metalla primo in crassiores cudendo extenduntur laminas:mox in bracteas attenuantur quib.
simulachra:& alia inaurantur fures inueniebantur:qui unguibus bracteas deraderent.Mar.An magis astuti derasa
est ungue ministri Bractea de fulcro quam reor esse tuo Tranquil.scri.in Cali.Romæ in publico epulo seruũ ob de
tractam lectis argenteam laminã carnifici confesti tradidisse.Artifices inducendi bracteolas:& inaurandi insigniter
dñr Bractearii:& Bracteatores. ¶ An du.tã tenues bracteas deradere quũ ausus sit totum ipsum iouem fundere.q. — Bractea rii
d.uerebitur tam friuola furta sectari:& sacrilegia:qui assueuerit grandiora cõmittere. ¶ Et de.i.parricidam:quem p
supplicii genus descri.qui enim parentibus manum intulisset:is uiuus culeo insutus una cum gallo gallinaceo simia
cane &,uipera i mare:aut uicinum aliquem amnẽ:ut ante diximus:proiiciebantur:quo genere supplicii primus dã
natus fuit.M.Tul.duũuir:q; librum secreta ciuilium sacrorum cõtinentem custodiæ suæ cõmissum corruptus petro
nio fabino scribendum dedisset.Nam culeo insutus in mare proiectus est:iude genus supplicii:multopus paricidis
lege irrogatum est:ut pari uindicta parentum:ac deorum uiolatio expiaretur.Nam.P.Maleolus matre interempta — Parrici= da
primus omnium insutus culeo in mare precipitatus est:autor Liui.lib lxviii.ab urbe condita.De eodem supplicio
ita meminit & Cice.ad Herẽnium.lex est qui parentem necasse:iudicatus erit:ut is obuolutus:& obligatus corio de
uehatur in fluentem.Eiusdem supplicii meminit & in oratione pro Roscio. ¶ Corio bouis:idest culeo:nam culeus

saccus erat ex corio bubulo. ❡ Aduersis fatis: infestis numinibus: quia ipsa id supplicii innoxia patitur. ❡ Hæc quota pars scelerum .i. hæc est minima pars scelerum eorum: que quotidie audit Gallicus prefectus urbis. q.d. multo plura cōmittuntur scelera: que audit quotidie gallicus quā q̄ tibi narraui. Fuit. n. Rutillius Gallicus urbis p̄fectus tēporibus

rutilius gallicus

Domitiani apud quem secundas dignitatis partes obtinuit: ad eū q̄ oīa urbis iura ab aliis magistratibus: deferebant̄ unde custos urbis est appellatus. Papi. in Syluis. Dubitataq; sydera cernit. Gallicus: es cœlo dus es germanice cordi. Quis neget? erubuit tanto spoliare ministro. Imperium fortuna tuū. paulopost. Quippe manet longumq; æuo remanente manebit. Quem penes intrepidæ mitis custodia romæ. Custodem igit̄ intellige ipsum gallicū: nō anserē. Quare. n. anserem magis nominasset q̄ gallum: aut aliam auē: que audiat illa scelera: & postea qn̄ audiat: quū scelera fiunt? an quū accusant̄: si qn̄ fiunt p̄nt & nocturno fieri tpe: imo & frequentius si qn̄ accusant̄ nunqd adest anser i iudicio: ita ut oīo absurdū sit: de ansere intelligi. ❡ Custos gal. quē prefectū urbis Trangl. in Tybetio appellat. Iosephus custodē nominat. ❡ Quota: minima: alibi: quota portio fecis acheæ. Sene. ad Lucil. Et nos inter quos frequēter ista nūciant̄ quota ps oīum sumus .i. minima. Mart. Sūma tuæ meleagre fuit q̄ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fusus aper. ❡ Hūani ge. lōga inqt tibi, nō erit opus in dagatione: si uoles hoīum mores noscer una. n. domus tibi satis erit ad id cognoscēdū. Nā plærūq; una domus tot malis agitat̄ ut facile possis cognoscere malum tuū præ illis minimū eē. ❡ Mores: uocabulū mediū: ut & bonos & malos mores dicamus. ❡ Aude dicere te miserum q.d. non audebis te miserum dicere: quum lōge alii sint te calamitosiores. ❡ Quis tumidū? hac interrogatiōe & p uariarum rerum similitudinē oñdit: minime ei eē mirandum: si id passus sit: qd̄ & alii patiunt̄. in alpibus inqt nemo mirat̄ gutt̄ tumidū: qa scit id uitiū eē ppemodū oībus incolis q.d. & tu debes nō ignorare ubiq; locorum talia scelera cōmitti: ac per hoc minime mirandū: si & tu deceptus es. Gutt̄ āt inflari docet. Pli. lib. xi. uitio aquarum: q̄ potant̄. De qua re ita scribit Victruui. Eqcolis autē in italia: & alpibus natiōe Medullorum est genus aquæ: quā qui bibunt efficiunt̄ turgidis gutturibus. ❡ In meroe: insula est ægypti distans a Syene qnq; milibus stadiorum: illic fœminæ mamillas habent infantib. pares: autor Pōponius Mela. ❡ Lumina cerulea. Cornelius Tacitus in lib. de situ germaniæ scri. Germanis oculos esse truces & ceruleos: & comas rutilas qd̄ etiā quottidie uidemus. Ora. Nec fera cerulea domuit germania pube. ❡ Torquentē. scilicet germanum: qui calamistro sibi capillos cincinatos reddit: & annulatos. Mart. Crinibus in nodum tortis uenere sicambri. ❡ Cirro: capillo. Persius. Ten. cirratorum centum dictata fuisse.

Quotus

Guturosi in alpibus

Hæc quota pars scelerū: que custos gallicus urbis
Vsq; a lucifero: donec lux occidat, audit.
Humani generis mores tibi nosce uolenti
Sufficit una domus. paucos consume dies: &
Dicere te miserum, postquā illinc ueneris, aude.
Quis tumidum guttur miratur in alpibus? aut qs
In meroe crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit germani lumina? flauam
Cæsariem: & madido torquētem cornua cirro,
Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.
Ad subitas thracum uolucres: nubēq; sonoram
Pygmeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti: raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sæua fertur grue: si uideas hoc
Gentibus in nostris risu quatiere: sed illic
Quāquā eadē assidue spectentur prœlia, ridet
Nemo: ubi tota cohors pede nō ē altior uno.
Nulla ne periuri capitis: fraudisq; nefandę
Pœna erit? abreptū crede hunc grauiore cathęna
Protinus: & nostro (qd plus uelit ira?) necari
Arbitrio: manet illa tamen iactura: nec unquā
Depositum tibi sospes erit: sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At uindicta bonum uita iocundius ipsa,
Nempe hoc indocti: quorum pręcordia nullis
Interdum: aut leuibus uideas flagrantia causis.
Quantulacūq; adeo est occasio: sufficit irę

❡ Nempe q; hæc illis: nemo inqt germanorum stupuit: qa natura omnes idem habent: per quod colligit non esse mirandum Caluino: si id sibi acciderit aliis quottidie: q; accidit. ❡ Pygmæus: pygmæi autore Pli. lib.

Pygmei

vii. in extrema parte montium indiæ sunt: longitudine ternas spithamas non excedunt a gruibus infestant̄ aduersus quas expeditionē sumentes caprarum arietumq; dorsis insident armati sagittis: tēpore ueris cū agmine ad mare descendunt: oua: pullosq; earum consumunt: ternis mensib. eam conficiunt expeditionem: aliter gruibus resistere non possent. De his non pauca itē Gelius & Solinus scripserunt. ❡ Nulla ne periuri: uerba sunt Caluini: nonne aliquando periurus punietur. ❡ Abreptum: uerba Iuuenalis: subaudi iri: ut sit abreptum iri. ❡ Grauiore cathæna: grauioribus uinculis. ❡ Nostro arbitrio: ut uolumus. ❡ Quid plus uelit ira: scilicet nostra quam ut puniatur: ita ut uolumus: estq; hoc legendum per parenthesim. ❡ Manet illa tamen: uerba omnino sunt Iuuenalis quasi respondentis. Caluino quæribundo iacturam suam: tamē manere. Manet inquam. ❡ Sed dabit solatia minimus sanguis: sed hoc tibi erit solatio: quod necabitur. ❡ Inuidiosa: quæ tibi inuidiam: & odium cōtrahen. ❡ At uindicta: uerba Caluini ❡ Nempe hoc indocti: uerba Iuuenalis rep̄hendētis stultum affectum Caluini .i. uulgus imperitum. h.d. uindictam esse bonam: & ea gaudet plurimum: qa nulla rōne mouet̄: sed solo: ut bestia: appetitu. At uir sapiens: & magnanimus: quum inimicum suū in ptāte sua: ut docet Sene. uiderit: uindictā putabit uindicare potuisse. ❡ Flagrantia: æstuantia. ❡ Adeo: in tantū. ❡ Quantulacunq; .i. minima quæq;. ❡ Occasio oportunitatis tēporis dicit̄ casu proueniēs.

¶ Cyrisippus: hoc ē uir sapiēs nō dicet uindictā bonā eē: nec ullo mō laudabit: Crysippus stoicæ disciplinæ fuit philosophus: de quo supra & apud Persiū. Illic iuetor chrysippe tui finitor acerui. Solēsis fuit: uel ut alii dicūt Tarsensis Apolloni filius: subtilitate disputandi adeo acer: ut illud iactatū sit: deos: si dialectica uti uellent: nō alia usuros quā chrysippea. ¶ Mite ingeniū thaletis: color ē rhetoricus: q dicit circuitio. i. ipse thales mitis igenii & naturæ. Hic milesius fuit unus ex septē sapientib. q ut scribit Laertius: gratias triplici cā fortunæ se agere dicebat: primo q nō belua deinde q uir: non mulier. Tertio q græcus natus esset: nō barbarus. ¶ Senex. i. Socrates atheniensis philosophus: clarissimus filius Sophronisci marmorari: & phanaretæ obstetricis: primus fuit qui ut ē autor Ci. in tusculanis: philosophiā e cœlo reuocauit: coegitq de uita: & moribus: rebusq bonis: & malis qrere: quū ante illū philosophi oēs rebus physicis pscrutando operā tantūmō ipenderent. Sed hic quū aliqn Anytū atheniēsem uiꝝ locupletē & factiosum rideret: ob eius ineptias Aristophanes comicus doctus quidē: sed hō paꝝ pbatus: accepta grādi pecunia ab Anyto contra Socratē comœdiā scripsit: cuius iscriptio ē nephele. i. nebulæ q quidē inter cæteras criminatōes illud cōfinxit: ab eo nebulas coli & Atheniensiū religiōes obtrectari: & pter hæc iuuenū mētes sic imbuere: ut parētib. manus inferre pie & officiose possent: qres accusantib. Anyto: lycone: & Melito (ut Plato in Apologia p Socrate scri.) quū uniuersum populū in Socratē cōcitasset: furore quodā: & ira morte dānatus ē: q paterā cicutæ publicitus datā itrepide hausit: tantūq abfuit: ut ultionē quereret: ut cōtēderet sp illū miseriorē eē: q faciat quā qui afficiat iniuria. Laertius autor. ¶ Hymeto dulci: patriā designat: mōs ē terræ Atticæ: ubi optimū puenit mel: unde ciuilem appellauit: sic & Vale. Flac. li. i. Et i dulcē reges dimittit hymetō. ¶ Cicutæ: ait Plin. cicutā eē: uenenū publicā atheniēsiū pœnā inuisam: ē. n. herba semē hñs noxiū: ei & foliis refrigeratoria uis ē: uino epota hoiem pimit sine ullo remedio. ¶ Inter uin. i carcere: nā illic (ut dixius) data ē ei cicuta. ¶ Accusatori: p accusatoribus suis: nā tres: ut dixius: fuerūt: Anytus Lycon: & melitus. ¶ Sapientia. i. philosophia moralis: q quū antea (ut diximus supius) sapia noiaret: a pythagora: ut scri. Ci. i tusculanis: philosophia est appellata: quū se apud Leontē philiasioꝝ pricipē nō sapiētē: sed philosophū nomiasset. i. sapiæ studiosum. ¶ Exuit de. i. docet. ut deponant uitia: & errores aī. nā docet uitia eē exterminanda: rectū aūt hoc ē uirtutē sequēdā: nā rectū dī: autore Ci. qd cū uirtute fit. Sene. li. xv. epi. ad Lucil. sic scri. Antiqua igt sapia nihil aliud q faciēda & uitāda pcipit. ¶ Animi minuti: aī pusilli. ¶ Magni. n. est aī iniurias obliuisci: ordo āt ē. Vltio uoluptas aī minuti. ¶ Sic col. sic cōclude Persi. Mendose colligis. i. cōcludis. ¶ Magisq fœmina: nā sexus fœmineus quanto minus habet roboris & firmitatis tanto facilius ab affectib. superat. ¶ Hos: piuros. ¶ Euasisse. s. culpæ suppliciū non est inqt: q putes eos non torqueri: nā sp autor sceleris flagello cōscientiæ castigat: uñ supra: prima est hæc ultio: q se iudice: nemo nocens absoluitur. Sene. ad Luci. Tuta scelera esse non possunt: quia primo illa & maxima peccantiū est pœna peccasse. ¶ Surdo uer: occulto nec ab aliis intellecto: quum interius a conscientia flagellatur. ¶ Animo tor. i. animo prestante officium tortoris: nā eum punit cōsciētia. ¶ Pœna aūt ue. grauis ostēdit poeta longe grauiores eē animi q corpis cruciatus: iuxta illud Ouid. Mens est q sentiat ictus. Ordo est aūt & sensus: gestai testē die & nocte in pectore. i. cōscientiam: q testis est sceleris ppetrati: est pœna uehemens: & multo seuior illis. s. penis quas cæditius grauis inuenit. Cæditius. n. nomē ē iudicis tpibus poetæ: de quo scri. ēt saty. ulti. Cæditio & fusco. Cæditii meminit & Tacitus. Dum uitelius inquit resignare imperium uoluisset: postremo inquit fleto prepediente assistenti cōsilii Cæditius simplex: erat exolutum a lateri pugionem: uelut ius necis: uitæq ciuiū reddebat. ¶ Rhadamanthus: filius fuit iouis ex axia constitutus iudex a patre apud inferos: de quo plura diximus in. i. saty. illic. Quas torqueat umbras Aeacus. ¶ Spartano cuidam: ostendit poeta fieri non posse: ut iis qui pecuniam abnegauerit careat supplicio quum glaucus lacedæmonius tota cum prole interierit non solum quia depositum non reddiderit sed quod cogitauerit aliquādo de eo non reddendo hanc historiam luculentissime scripsit Hero. in. vi. Fuit enim glaucus uir lacedæmonius uitæ sanctitate satis celebratus ad quem uir quidam milesius fluctuante Ionia assidnis bellis diuendita dimidia parte bonorum uenit. apud eum pecuniam deposuit existimans fore ut & salua esset & sibi redderetur quum allatis symbolis reposceret. Glaucus accepta pecunia consuluit oraculum Apollinis an orco idest iureiurando pecuniam prædaretur quam apud se depositam a quodam milesio filii eius reposcebant: Respōdit Pythia his uersibus. Glance expedit ad breue tempus orco. i. iureiurando uicisse interuertisseque nummos atqui natus qui caret nomine qui manibus qui nullis est pedibus rapide aduenit rapide ut perdat omnem prolem & domum. His auditis Glaucus ueniam sibi eorum quæ dixisset deū obsecrabat. Cui pythia inquit idem pollere rētare deum & facere tunc Glaucus accitis milesiis pecuniam reddidit. Cui nulla soboles nec domus superfuit quæ illius censeretur sed & sparta radicitus extincta est. Ita bonum est nihil aliud deposito cogitare quam ut repetentibus reddatur.

Chrysippus non dicet idem: nec mite thaletis
Ingenium: dulciq senex uicinus hymeto:
Qui partem acceptæ sæuę inter uincla cicutę
Accusatori nollet dare. plurima fœlix
Paulatim uitia: atq errores exuit omnes
Prima docens rectum sapientia: quippe minuti
Semper: & infirmi est animi: exiguiq uoluptas
Vltio. continuo sic collige, quod uindicta
Nēo magis gaudet: quā fœmia: cur tamē hos tu
Euasisse putes: quos diri conscia facti
Mens habet attonitos: & surdo uerbere cędit
Occultum quatiente animo tortore flagellum:
Pœna autem uehemens: ac multo sęuior illis:
Quas & cęditius grauis iuenit & rhadamantus,
Nocte: dieq suum gestare in pectore testem.

Chrysippus
Thales
Socrates
Hymetus
Cicuta
Rectus
cæditius
Glaucus

¶ Pythia uates.i.Apollinis uates:nā p puellā instinctu numinis furiosam apollo dabat rūsa:unde Diuus Hierony. cōtra Iouinianū:Furiosas Apollinis uates legimus.Sta.li.vi.Thebai.Dū pallida uirgo tremēdas.Nunciet ambages. Nā cōstat:ut docet Stra.diuinū:illud domiciliū:un oracula dabant:pfundā & curua simile spelūcā : nō admodū lato ore patentē:un spūs sacro eflante numine referret.Excelsum āt ostio īminere tripodē:quē quū pythia uates īscē derit hausto diuinatōis spiritu dei rūsa referre & metro & soluta oratōe.Phemonoē apollinis filiā primā diuinantē pythiā ferūt:pythia dicta est:qa ut græci fabulant:appollo pythius ē noīatus a serpēte pythōe quē ipse in pria īfantia sagittis cōfecit:quū belua cunas: ī qb.ipse cū diana sorore iacebat īuasisset :ipse autē python dictus ē αποτκσ πκθοοσ.i. a putrefactione terræ:nā natus ē post Deucaliōis diluuiū : ut scri.Oui. de hoc ēt macro.

Depositum

¶ Depositū ē q custodiēdū alicui datū est dictū:ex eo q ponit :pposítio.n.de auget:depositū:ut ondat totū fidei eius cōmissū:qd ad custodiā rei ptinet.Hæc Vlpia.

Adytus

¶ Nō morib.ñ bonitate naturæ.¶ Adyti:adyptū græci locū tēpli secretiorē:& penitiorē appellarūt:quasi inaccessibile:ab a pticula priuatiua & δυω q ē ingredior. ¶ Sola uolūtas peccādi:ut ostēdat nō mō deo displiceī nefaria hoīum opa:sed ēt turpes cogitatus. ¶ Facti crimen habet:q aliqd inqt turpe meditat nihilo secius peccat q̄ q turpiter aliquid ppetrat. ¶ Cedo si comata pegit:subaudi quantū supplitii credis esse delinquenti quū turpi opere se cōmaculauit.q.d.illū eē in assiduo aī cruciatu: uñ seqtur ppetua anxietas.Morales:sunt appellati dentes : q cibos molant: & cōficiant: sunt autem a caninis introrsum recedentes.

Molaris

¶ Cogitur in frontem uino.i. frons crispatur:ac si biberit falernū austeꝝ.¶ Nocte bre.Sensus ē :si forte inquit quieti nocturnæ se tradidit:continuo p somniū se uidere existimat:& templum ubi peierauit:& te ipsum quem decepit. ¶ Et quod pcipu.ordo est & sensus : & uidet te in somnis:q.i.q̄ res urget mētem.i.cruciat pcipuis sudoribus pueniētibus ex cōscientia sceleris.¶ Tua sacra:ordo est tua imago sacra : & maior humana turbat pauidū.nam existimat se uidere imaginem amici circūeunti sacra quadā:& uenerabili spē:& maiore hūana effigie qualia sæpe solent uideri:unde Tranquil.in Claudio sic scri.De druso eius patre.Hostem etiam frequenter cæsum:ac penitus in intimas solitudines actum nō prius destitit inseq: quā spēs barbaræ mulieris hūana amplior uictorē tendere ultra sermōe latino phibuisset. ¶ Fateri: se peccasse.¶ Exanimes.s.sunt.¶ Non quasi fortuitu:ordo ē & sensus.Exanimes sunt:qsi ignis cadat nō fortuitu:nec rabie uentoꝝ:sed cadat iratus ut uindicet.Dicēdo āt fortuitu seqtur Epicuros : q diuinā puidētiā tollētes:oīa casu moueri putabāt: rabie uentoꝝ:rē phisicā pseqtur:nā fulmē autores sūt Pli.& Sene.ignis ē coactus:ipulsu uētoꝝ iactus ¶ Illa nihil nocuit: si prima inquit illa tempestas nihil nouit:proxima maiore angore timetur :ueluti a diis dilata ī eius grauius exitiū.¶ Dolorē lateris:morbū uī intelligere quē græci pleuritida uocant.i.dolores lateꝝ: a quo pleuriticus: πλευρα enī latus significat.¶ Non audent pmittere:qsi q sciant deos sibi iratos ob scelera sua: q ñ facile placentur ipioꝝ sacrificiis.¶ Cristā galli scri.Pli.li.x.d gallis sic:ex iis etiam fibræ sunt:que non aliter quā optiæ uictīæ diis sunt gratæ . ¶ Laribus.Lares dii erant:quos unusquisq priuatim dōi suæ colebat: de iis multa in supiore Satyra:& illic apud Persi.laribus donata pedendit.¶ Nō ē dignior uita.s. q̄ ipsi nocentes.

Pleuritis

Spartano cuidam respondit pythia uates.
Haud impunitū quondā fore:quod dubitaret
Depositum retinere:& fraudem iure tueri
Iurando:quærebat enim quæ numinis esset
Mens:& an hoc illi facinus suaderet apollo.
Reddidit ergo metu non moribus:& tamen oē
Vocem adyti dignam templo :ueramq; probauit
Extinctus tota pariter cum prole:domoque:
Et quāuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet,cedo si conata peregit:
Perpetua anxietas:nec mensę tempore cessat
Faucibus:ut morbo siccis:interque molares
Difficili crescente cibo:sed uina misellus
Expuit.albani ueteris pręciosa senectus
Displicet.ostendas melius,densissima ruga
Cogitur in frontem:uelut acri ducta falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem:
Et toto uersata thoro iam membra quiescant,
Continuo templum:& uiolati numinis aras:
Et quod pręcipuis mentem sudoribus urget,
Te uidet in somnis:tua sacra:& maior imago
Humana turbat pauidum:cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant:& ad oīa fulgura pallēt,
Quū tonat: exaīes quoque primo murmure cœli:
Non quasi fortuitu:nec uentorum rabie:sed
Iratus cadat in terras:& uindicet ignis.
Illa nihil nocuit,cura grauiore timetur
Proxima tempestas:uelut hoc dilata sereno.
Pręterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cœpere pati,missum ad sua corpora morbū
Infesto credunt a numine.saxa deorum
Hęc:& tela putant:pecudem spondere sacello
Balantem:& laribus cristam promittere galli
Non audent: quid enim sperare nocentibus ęgris
Concessum:uel quę non dignior hostia uita:

¶ Mobilis & uaria eſt. Hoc quã potiſſimũ eſt ad cõſolationem. Caluini. Ait.n. malorum uariam & mobilem eſſe naturam: ut ad peccandũ cõſtantes ſint: moxq; peracto ſcelere ſua cognoſcant male facta: ſed tamẽ natura ipellẽte ad priſtina uitia ſe redire: ut per hoc colligat: iprobum hominẽ totiens peccaturũ: ut aliqn deprehẽdat': ſoluatque penas. Lares ¶ Malorũ nocentiũ: & ſceleratorũ. ¶ Supereſt cõ.i. magna adeſt conſtantia in ſcelere cõmittẽdo. ¶ Pera... is crimi. cõmiſſo ſcelere incipiunt cognoſcere errorem ſuũ. ¶ Natura re.i. ipſi ſcelerati quaſi naturæ imperio redeunt ad mores damnatos.i. ad uitia: & ſcelera. ¶ Fixa.ſ. natura. ¶ Neſcia mu. Ter. Vbi animus mala ſe cupiditate ſemel deuinxit: neceſſe eſt eadem conſilia conſequi conſimilia. ¶ Nam quis peccãdi.i. qs unq̃ cœpit pec-care ut poſtea ſua ſponte ideſt deſiſteret. ¶ Attrita fronte.i. pſricata: nã pſricare frontẽ eſt pudorẽ deponere. Qui. perfrica frontem: & dic te erubeſcere non poſſe. Mar. Et ſi perfricuit frontẽ poſuitq; pudorẽ: hoc autem dicit poeta: ut ſpeciẽ iniciat caluino: periurũ illum daturũ pœnas quia cõmit-tet alia ſcelera: in quib. deprehẽdet'. Perſfricare fron-tem ¶ Dabit i laqueũ.i. ſcelera cõmittet: & ſic capiet' laqueo ſũpta ẽ metaphora a feris: q̃ caſſib. capiunt'. ¶ Vncum: trahet'.n. unco in ſcalas gẽmonias: uñ alibi Sciãus ducit' unco. ¶ Aut rupẽ maris: aut in inſulas rele-gabit': unde ſupra. Aude aliqd breuibus gyaris: & carcere dignũ. ¶ Aegei: ægeũ mare dictũ eſt: ut q dã uolunt: ab Aegeo neptuni filio: qui ſe in mare precipitauit: ut ſcrib. Ouid. Pli. uero tradit a ſcopulo præ ſe ferente ſpẽm capræ: que ita a græcis ap-pellat' repente in medio mari exiliens: αιγα.n. caprã noiant. Aegeus mare uñ ¶ Magnis.e. magnis ciuib. exultan-tibus: notat tpa ſua: quib. multi ob multa ſcelera relegabant'. ¶ Nois ſui. amici tui piuri. ¶ Surdã: ut non audiat periuria. ¶ Thyreſiã.i. cæcũ qualis fuit Thyreſias thebanus: cui oculos eruiſſe iuno-nẽ tradunt fabulæ: quia orta cõtentione inter Iouem & Iunonẽ: que nã eſſet maior uoluptas uiri: an mulieris i coitu: electus iudex affirmauerit: mulieris eſſe maiorem: ob quam calamitatem iuppiter ei conceſſit: ut futura uaticinaretur. Thyre-ſias

Mobilis: & uaria eſt ferme natura malorum
Cum ſcelus admittũt ſupereſt conſtantia: quid fas
Atq; nephas tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus: tamen ad mores natura recurrit
Damnatos: fixa & mutari neſcia. nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſnã hominũ eſt: quem tu cõtentum uideris uno
Flagitio? dabit in laqueum ueſtigia noſter
Perfidus: & nigri patietur carceris uncum.
Aut maris ęgei rupem: ſcopuloſq; frequentes.
Exulibus magnis: poena gaudebis amara
Nominis inuiſi: tandemq; fatebere lętus
Nec ſurdum. nec thyreſiam quenque eſſe deorum.

His docet exemplis natos uita mala parentum

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. XIIII.

PLuria ſunt fuſcie: & fama digna ſiniſtra
Et nitidis maculã: ac rugã figentia rebus
Quę mõſtrat ipi pueris: tradũtq; pẽtes
Si damnoſa ſenem iuuat alea: ludit & hęres

PLuria ſunt fuſcine: oſtẽdat hac ſaty. nec ſine ſũma indignatõe: parentes eẽ in cã: ut filii exiſtãt ſcelerati: & ad plurima uitia pni: qa eorũ exemplis & preceptis teneræ mentes ad uita facile formentur. Sed auarũ maximi inſectat': q ad auaritia3 exercendam: & preceptis: & exemplis filium inſtituit. Itaq; monet poeta oportere parentes eſſe optimis moribus: & ſumma cũ ... ritate uitæ alendos filios: ut boni babeantur: unde Plut. recte ſcripſit illud de liberis educandis: ante omnia opus ẽ ut patres non ſolum nihil peccando: uerum etiam honeſte ſingula peragendo manifeſtum ſeſe filiis exemplar exhibeant: ut eorũ uitam quaſi quoddam ſpeculum intuentes: ab operum ſimul & ſermonum turpitudine ſe penitus auertant. ¶ Digna fa.ſi.i. turpi infamia ideſt digna: que conuiciis reprehendantur. ¶ Maculam & .r. que afferãt turpitudinem uitæ nitidæ tranſlatio a ueſtibus que ſordidantur. ¶ Quæ.in.i.p. hinc ẽ illa. Qui. indignatio in.i.li. Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus infantiam ſtatim deliciis ſoluit mollis illa educatio quã indulgentiã uocamus: neruos omnis mentis: & corporis frangit: quid non adultus concupiſcet: qui in purpuris repit? Iam coccum intelligit: iam conchilium poſcit: gaudemus ſi quid licentius dixerit: uerba nec alexandrinis quidem permittenda deliciis riſu: & oſculo excipimus nec mirũ nos docuimus: ex nobis audierunt noſtras amicas: noſtros concubinos uident oẽ cõuiuium obſcenis canticis ſtrepit: pudenda dictu ſpectantur fit ex iis cõſuetudo: deinde nã diſcunt hæc miſeri antequã ſciant uitia eſſe: inde ſoluti ac fluentes non accipiunt ex ſcolis mala iſta ſed i ſcolis afferunt. ¶ Monſtrant.ſ.e. male uiuant. ¶ Tradunt.ſ. preceptis eos inſtruendo. ¶ Si.d.ſ. oſtendit poeta exemplo paterno facile tenerum filium ad omnia excitari: nam ſi pater inquit alea delectatur: eodem ſtatim filius capit' ſtudio. ¶ Alea.d. bene autem damnoſa: nam grandi cum aceruo pecuniæ ad ludum deſcendebatur unde in.i. ſaty. neque enim loculis cõitãtibus itur. Ad caſum tabulæ: poſita ſed luditur arca. De alea diximus in.i. ſaty. illic alea quãdo os animos. Bullatus adhuc in pretexta: nam pueri uſque ad quartũdecimum ætatis ſue annum pretextam & bullam geſtabant: erat enim bulla aurea inſigne puerorum pretextatorum que dependebat a pectore ut ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio: dicta a bulli: q eſt conſilium aut quia eam partem corporis bulla contingat i. pectus: in quo naturale manet cõſilium aut ut ſcri. Pedianus quaſi bullentis ſinus cõiens pectuſq; puerile de bulla: & pretexta multa Mar. lib.i. Satur. titus Li. li.i. deca. & nos apud Perſi. illic: bullaque ſuccinctis laub. dõata pepẽdit.

Bullatus:paruoq; eadem mouet arma fritillo.
Nec de se melius cuiquam sperare propinquo
Concedit iuuenis:qui radere tubera terræ:
Boletum condire:& eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente:
Et cana monstrante gula:cum septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato:
Barbatos licet admoueas mille inde magistros,
Hinc totidem:cupiet lauto cœnare paratu
Semper:& a magna non degenerare culina.
Mitē animum:& mores modicis erroribus æquos
Præcipit:atq; animos seruorum:& corpora:nostra
Materia constare putat:paribusq; elementis?
An sæuire docet Rutilus:qui gaudet acerbo

¶ Eadē ar.eadē ludi istrumēta.¶ Fritillo:exponūt nōnulli fritillū eē alueolū:hoc ē tabulā lusoriā:i q̄ discurrūt tes sere.Porphy.uero enarrās illud apud Ora.i.ii.sermonū.Mitteret i pyrgū talos:nō alueolū iterp̄tat̄:ſ; pyrgū.i.uascu lū:quo cōiecti tali:agitatiq; mittūtur i alueolū.cuius effigies istar turriculæ ē:uñ & nomē accipit:pyrgos.n.turrim significat.De quo sic ēt Sidonius Apollinaris.Altera ex pte frater meus Domitius hō gratiæ summæ:sūmi leporis tesseras cæpat:q̄tiebatq;:quo uelut classyco ad pyrgū uocabat aleatores.Idē alibi.Hic p̄mēs teretes pilas trochoi
Fritillus q;.Hic talos crepitātib.fritillis.Est igit̄ fritillis idē qđ pyrgus.De quo aliq̄ falso putāt Persi.itellexisse illic.Angu
Pyrgus stæ collo nō fallier orcæ.Nā ut in cōmētariis n̄ris exposuimus ludū itellexit nucū quo maxīe pueri delectant̄.Nā in terrā uasculū defigebant:in qđ mediocri distātes iteruallo nuces iacebāt:uñ Oui. i carmīe de nuce.Vas quoq; sæpe cauū spacio di stāte locat̄.In quo missa leui nux cadit una māu. Sicq; poeta docet Persiū ut puer̄ nō solū talis:ſ; & nucib.delectatū id ēt Mar.uī sentire li.xiiii.nec det edilē moto spectare fritillo.¶ Paruo:ætati cō gruo.Nullā inq̄t q̄ se spē relinq̄t p̄pinqs.¶ Nec de se.i.q; sit futurus meliorib.morib.q̄ fuit pater. ¶ Melius de se.s.q̄ de patre suo.¶ Redere detra here corticē ex tuberib:cultello.n.radunt̄:quū in cœna apponunt̄.¶ Tubera te.Tubera in genere fungor̄ numerant̄.Mart.Rūpimus altricē sūmo
Tuber de uertice terrā.Tubera boletis poma secūda sumus Ea undiq; terra circūdata nascunt̄:nullisque fibris nixa:aut saltē capillamētis:neque terræ cohærēt: cortice ēt includunt̄:ut plane:nec terrā eē possi mus dicere neque aliud q̄ terræ callū.Pli.De iis ēt diximus i.v.saty.illic:post hūc tradunt̄ tubera ter tæ.¶ Boletū:lautæ gulæ fuisse oñdit alibi Iuue na.Boletus dño:sed qualē Claudius edit:i genere fungor̄ ē.Eius cibi auidissimū fuisse claudiū docet Tranq̄l.sic Alii tradūt domestico cōuiuio p ipsam Agrippinā:q̄ boletū medicatū auidissimo cibor̄ taliū obtulerat.¶ Ficedu las:auis est:q̄ nomē accepit a fico.Mart.Quū me ficus alat:quū pascar dulcib.uuis.Cur.potius nomē nō dedit uua
Ficedula mihi.Optimi ē saporis.Mart.Patulo ficedula lūbo Quū tibi sorte dat̄ si sapis adde piper.Hæc āt p autūnū autore Pli.mutat colorē & formā uocaturque Melanchoriphus.Lautæ gulæ inter alias aues oñdit Gelius lib.xiiii.scri.n.
Sycalis fuisse q negarēt ullā auē p̄ter ficedulā totā comesse oportere:supiorē p̄tē auiū atque altiliū q edēt eos palatū non hēre dī āt Sycalis.¶ Eodē iure:eodē genere cōdimēti quo pater mergebat.¶ Natātes.i.iure cōditas Nā obsonia triplici apud ueteres mō cōdiebant̄ ut eēnt aut assa aut frixa aut elixa.i.iurulēta:uñ & Celsus ait Tū res eadē ma
Iurulentum gis alit iurulēta q̄ assa magis q̄ frixa.Ergo iure natātes nō assas nō frixas:sed iurulētas.i.iure cōditas:ut in patina cū iure apponerent̄ Apuleius iussulētiū appellat q; dicimus iurulētū.¶ Nebulōe.i.nullius p̄cii.Nā nebulōes & tene
Iussulentum briones dicti sunt q medaciis & astutiis suis nebulā q̄dā & tenebras obiiciunt:aut nebulones q nō pluris sunt q̄ ne bula.¶ Parēte subaudi monstrāte ab iferiore.¶ Cana gula.i.patre cano guloso.¶ Mōstrāte.s.quū de se malum p̄ beat exēplū.¶ Quū septius annus:sensus ē ubi puer septimū ætatis annū trāsierit a cōsuetudine paterna bñ cœ nādi ñ discedet quū fuerit iam ea ætate istructus licet adsint mille magistri q studeāt salutarib.p̄ceptis ad modestiā & frugalitatē reuocar̄.¶ Nōdū renato dente:Nā ut scribit Macrobius li.i.de somnio Scipionis post septē menses dētes incipiūt mādibulis emergere & post annos septē dētes q primi emerserant:aliis aptiorib.ad cibū solidū nascē tib.cedunt:eodēq; anno.i.septimo plene absoluit̄ integritas loquēdi.Pli.idē fere dicit libro septimo:eosdē deci dere anno:aliosque suffici.¶ Magistros barbatos:philosophos:q barbati incedebāt.Persius.Si cynico barbā petu lans nonaria uellat.& alibi.Barbatū hoc crede magistrū:dicere.¶ Nō īgenerare:nō eā absimilis a morib.paternis: ut hēat culinā multiiugis:p̄ciosisque obsoniis istructā.¶ Mitē animū:cū interrogatiōe & indignatiōe hæc legenda sunt ut sit sensus.¶ Docet ne pr̄ filiū suū:ut aīo sit miti:& benigno:& morib.æquis modicis errorib.i.ut sit æquus: & clemēs modicis seruorū errorib.& seruos constare eadē materia:qua nos:an potius docet uti crudelitate?Sicque parentū sæuā:& truculētā doctrinā in liberos suos insectat̄:qui eos potius sæuitiā docent:q̄ clementiā.¶ Præcipit mitem animū.i.ut sit sp aīo miti?quasi dicat non p̄cipit.nam p̄cipere animū mitem est p̄cipiēdo docere:ut habeat animum mitem:sic dictum quemadmodum illud inferius.Nam quisquis magni census p̄cepit amorē.¶ Mores æquos erro.modicis:ne grauius puniat seruos q̄ eor̄ extitere errata:ergo mores æquos.i.æquales delictis:ut si ta les mores habeat ae puniendos seruos:ut pro criminis qualitate adhibeat̄ castigatio:ne maior sit pœna quā culpa: ut si errata modica sunt:modica etiam sit castigatio:ut magis ad clementiam q̄ ad sæuitiam inclinetur.¶ Eadem materia plærique enim adeo inhumani sunt:ut putent seruos a bestiis non distare:& proinde in eos sunt crudeles uñ alibi Iuuena.Ita seruus.¶ Nostra materia:carne:& ossib.quibus & nos constamus.¶ Constare:composita esse Lucilius:principio physici oēs homines ex aīa & corpore constare dicunt.¶ Paribusque elementis:paribus princi piis:que principia sunt ab elemētis.¶ An sæuire docet Rutilus:ponit Rutilū pro quocunque parente crudeli.Nā quidā Rutilus fuit:ut diximus in satyra.xi.tēporib.poetæ:q absumptis per luxum diuitiis ad gladiaturā se cōtulit.

¶ Plagarũ:uerberũ:nã plagas pro uerberibus dicimus:unde apud Plautũ frequens ẽ:ubi sunt plagipati.i.plagas: & uerbera patientes. ¶ Antiphates.i.ipse pater sæuus:ut Antiphates fuit.Nam antiphates Lestrigonũ fuit rex; qui i cãpania formiis:ut scri.Pli.iuxta Caietã sedẽ suã habuere.Sylius.Et regnata lamo caieta:domusque Antiphatæ cõ pressa freto:carnibus uescebant humanis:unde Papinius primo Syluarũ.Littusque cruenti Antiphatæ. Thucydides tamen li.vi.histo.ubi de Sicilia loquitur:Lestrigones fabulosos eẽ arbitrat:scrib.Home.in odissea Vlyssem p uẽisse domũ Antiphatæ regis lætrigonũ;quẽ uxor foco accersiuit:& unũ ex sociis missis ab Vlysse ab eo fuisse ab — antiphates

Plagarum strepitu:& nulllam sirena flagellis
Comparat Antiphates trepidi laris:ac polyphe
Tum fœlix quoties aliquis tortore uocato(mus.
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuueni lętus stridore cathenę:
Quem mire afficiunt inscripta ergastula:carcer
Rusticus?expectes ut non sit adultera largę
Filia:quę nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito:nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter dicies respiret.conscia matri
Virgo fuit:cęras nunc hac dictante pusillas
Implet:& ad mœchos dat eisdem ferre cinędis.
Sic natura iubet:uelocius:& citius nos
Corrumpunt uitiorum exẽpla domestica:magnis
Quum subeant animos autoribus unus:& alter
Forsitan hęc spernãt iuuenes:qbus arte begnina:
Et meliore luto finxit præcordia titan:
Sed reliquos fugienda patrum uestigia ducunt.
Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpę.
Abstineas igitur damnis huiusce:& enim uel
Vna potens rõ est:ne crimina nostra sequantur

sumptũ:reliquis terrore diffugiẽtib. ¶ Comparat nullam sirena.i.ita crudelitate gaudet:ut auribus suis:ne cãtus quidem sirenũ sit iucundior quã flagelloꝝ strepitus: & sonora mancipiorũ uerbera. Syrenes.n.fingunt poetæ tres fuisse sorores:q̃ sua uitate cãtus nautas in somnũ induceret: consopitos mergerent in mari:de quibus superius diximus abunde. ¶ Trepidilaris:trepidæ domus:que omnibus esset formidabilis. ¶ Ac polyphemus: pater sæuus qualis polyphemus cyclops qui itidem duos ex sociis Vlyssis dẽtib.absumpsit: ut diximus superius.Cyclopes aũt scri.Thucydides lib. vii.primos siciliæ cultores fuisse:unde frattes ætnei a poetis sunt appellati. Virg.Cernimus astantes nequicq̃ lumine toruo:æneos frattes:cælo capita alta ferentes. ¶ Tũ fœlix:ita imanitate gaudet: ut tũ sibi fœlix uideatur: quũ cõtigerit aliquẽ ex seruis cãdẽti ferro aduri.Nã serui cõmisso furto cãdẽti ferro notabant in fronte:unde Apule.Inono de asino aureo.Frontes litterati: & capillũ semirasi:& pedes annulati. ¶ Tortore uocato.i.seruo Lotario:qui alios iussu dñi cedebat. ¶ Quid suadet.iuueni:sensus ẽ:pater:q lætus ẽ tormẽtis alienis:quid suadet iuueni.i.quã uiã uiuendi ostẽdit tenendã:nisi quã ipse tenet. ¶ Stridore cathenæ:utrum qua uerberatur seruus:aut compedes itelligit:qbus continet in ergastulis. ¶ Afficiunt: delectant.Est enĩ afficere uerbũ medĩũ: ut ad bonã malãq; partẽ trahatur:ut ego afficior summa lætitia:& sũmo dolor. ¶ Ergastula:hoc loco mãcipia.De ergastulis in saty.vi.diximus.pluscula illic:ergastula tota. ¶ Inscripta signata:ut diximus in fronte cauterior. ¶ Carcer ru.appositio ẽ:ut sit diffinitio ergastuli.i.ipsi serui:q in cõpedibus habentur ad opus rusticum faciendũ:unde carcerẽ rusticũ appellat. ¶ Expectes:ut nõ sit adultera:largæ:filia.Hæc interrogatio ostendit:liberos fere ex necessario mores parentũ seq:ut filia sit adultera:si mater eiusdẽ fuit studii. ¶ Largæ:nomẽ est mulieris notæ tpibus Iuuena.īfamia adulterioꝝ:sic ẽt largus nomen propriũ est uiri.Ci.in.vi.epi.Quũ esset mecũ largus hõ tui studiosissimus. ¶ Vt nõ ter.de.tã multos qdem habuit adulteros mater:ut filiæ sit tricies spũs ancte reciprocandus:quam possit eos cõmemorare. ¶ Hac di.s.matre:que litteras dictat filiæ mittendas amatoribus. ¶ Ferre:infinitũ p pticipio.i.ferendas.Sin Vir.magnũ dat ferre talentũ. ¶ Cinædis:spadonib.mollib.Nã serui eunuchi:ut alibi diximus:matronis seruiebant. ¶ Sic na.iu.sic ingt a natura cõparatum est:ut facilius ad uicia q̃ ad uirtutem formemur:quũ exempla magnoꝝ auctoꝝ nobis ꝓposita sunt:sicq; coniunctim legendum est cũ īferiorib. ¶ Exempla:exemplum:autore Cicero.in rhetoricis ad herennium alicuius facti:aut dicti p̃teriti cum certi autoris nomine propositio. ¶ Magnis autoribus.s.magnis uiris existẽtibus autoribus uitioꝝ.Nã que exemplo magni alicuius autoris finnt:ea iure quodãmodo fieri putant:unde cherea ille.Terentianus:quum Iouem in hymbrẽ aureũ uersum in sinum Danaes decidisse animaduerterer:p ipluuium:tali confirmatus exemplo ait.Hæc ego non facerẽ que iuppiter fecerat:sicque puellæ uicium intulit:ductus exemplo magni autoris. ¶ Vnus & alter:sensus est.Iuuenies forte unum:aut duos ea naturæ bonitate istructos ut uitia parentum nõ sequant p q̃ ondit paucos inueniri degenerãtes a uestigiis paternis. ¶ Finxit:formauit. ¶ Titã.i.ꝓmetheus nepos Titanis.Nã ex Asia & Iapeto filio Titanis:& terræ natus est. ¶ Sed reliquos.s.filios.Sensus est.Fieri ingt põt benignitatæ naturæ:ut unũ:aut duos inuenias:qui a uestigiis paternis declinantes recte uiuãt:sed reliq p oĩa mores sequunt paternos. ¶ Ducunt: trahũt. ¶ Orbita mõstrata.i.iter mõstratum:metaphora sumpta a rota:cuius signũ orbita dicitur ab orbe ipsius rotæ: unde elegãter formatum uocabulũ est a Tertuliano exorbitare:q̃ signat extra orbitam ire:& quasi a recto tramite discedere. ¶ Veteris cul.i.ueteꝝ uitioꝝ. ¶ Astineas:igitur dãnis huiusce.Quum uideas ingt fieri: ut filii exẽplo tuo corrumpant:debes abstinere uitiis & dãnis huiusce culpæ.i.p q̃ culpam tot dãna eueniunt:dãnum enim est maximum filios malo parentem exemplo corrumpi. ¶ Et enim uel sensus est:hac una etiam ratione debemus uitiis abstinere.s.ne filii nostro exemplo fiant deteriores. ¶ Potens est:efficax est:& nos mouere potest. ¶ Vel: etiã.

Sirenes

Cyclopes

Afficere

Exẽplũ

Orbita
Exorbitare

Ex nobis geniti:quoniam dociles imitandis
Turpibus:ac prauis omnes ſumus:& catilinam
Quocũque in populo uideas:quocunque ſub axe.
Sed nec Brutus erit: bruti nec auunculus uſquam.
Nil dictu fœdum:uiſuque hæc limina tangat:
Intra quę puer eſt.procul hinc:procul inde puellę
Lenonum:& cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia:ſi quid
Turpe paras:nec tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans:
Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit ira,
Quandoquidem ſimilem tibi ſe nõ corpore tãtũ:
Nec uultu dederit morum quoque filius:& quum
Omnia deterius tua per ueſtigia peccet,
Corripies nimirum:& caſtigabis acerbo
Clamore:ac poſt hęc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem:libertatemque parentis,
Quum facias peiora ſenex: uacuumque cerebro
Iampridem caput hoc uentoſa cucurbita quęrat:
Hoſpite uenturo ceſſabit nemo tuorum.
Verre pauimentum.nitidas oſtende columnas.
Arida cum tota deſcendat aranea tela.

❡ Q m̃:rõ eſt:quare honeſte uiuẽdum ſit:qa inqt oẽs ad diſcẽda turpia ſumus ualde dociles:unde eſt illud Senecæ ad Lucil. Ad deteriora faciles ſumus:qa nec dux põt:nec comes deeſſe. ❡ Et Catilina:probat per exẽpla hoĩes magis ad uicia q̃ ad uirtutem eſſe pronos.nam ubiq; gẽtiũ peſſimos hoĩes:q̃lis fuit Catilina:facile ẽ inueniri: bõi ãt q̃les fuerũt Brutus & Cato nuſq̃ repiunt̃:ſicq; oñdit malos uiros ubiq; quaſi ſpõte ſua naſci:& fieri: bonos aũt nõ facile repiri:unde eſt illud Senecæ ad Luciliũ.Oẽ tps clodios:nõ eſſe Catones fert. Ergo per Catilinam quẽcũque ciuem malum intelligit. ❡ Sub axe:ſub quacũq; cæli pte.Nã duo ſunt axes ſeptẽtrionalis:& auſtralis.

Brutus

❡ Brutus:hoc loco de Bruto intelligit: q in ſenatu Iuliũ cæſarẽ interemit : ut patriã in libertatẽ aſſereret:hic ex ſeruilia Catonis uticẽſis ſorore genitus fuit:in pharſalia:auguſto : & Antonio urgentib. occubuit. ❡ Auũculus Bruti.i.Cato uticẽſis fr ſeruiliæ matris Bruti. ❡ Nil dictu fœdũ:attẽde ſaluberrimũ cõſiliũ:p q monet liberos uſq; ab infantia ſanctiſſimis eẽ moribus alẽdos. ❡ Puellæ le. hoc ẽ ſcorta & ĩfames mulieres : q̃ ſæpe in conuiuia admittebãtur:ut geſtib.& ſaltatõibus indecoris delectarẽt. ❡ Alibi. Vt gaditana canoro : incipiat prurire choro. ❡ Procul hic:ſubaudi ſint. ❡ Paraſiti.nã paraſiti q cã gulæ mẽſas potẽtiog ſequebãtur:cãticis obſcœnis: & ludibriis qbus ipſi afficiebant̃ delectabãtur conuiuas: uñ eõqueritur ſic Quinti.in.i.Oẽ cõuiuiũ obſcenis canticis ſtrepit pudẽda dictu ſpectãtur.De paraſito plura diximus i.i.Saty.

Pernoctio

❡ Pernoctãtis:pnoctere ẽ noctem extra domũ ſuã agere. ❡ Maxĩa re. maxĩus reſpectus. Trã.i Caligula.Nihilominus reuerẽtior ĩ ſenatũ.i.magnũ hẽbat reſpectũ aduerſus ſenatum. ❡ Contẽpſeris an.pu.refellit eos:q poſſent dicerẽ pueros p ætatem nõ poſſe obſcœna cognoſcere. ❡ Obſiſtat: uñ legit̃ apud Plutar, Catonẽ ſeniorẽ a uerbog turpitudine pñte puero filio ſic temperaſſe:quaſi ueſtalib.uirginib.arbitris locuturus eſſet: nec cũ eo nunquã lauit. ❡ Nã ſi qd dignũ ſenſus ẽ.Quo filiũ tuũ audeas corripe:& caſtigare:ſi qd fecerit:qd' dignũ ſit puuitõe: qñqdẽ is ñ mõ corpe:& uultu:ſed & morib.ſit tibi ſilis:& iã peccet exẽplo tuo lõge ẽt deterius te.Ordo ẽt ẽ. Corripies nimig.ſ.filiũ tuũ: ſi qd fecerit dignum ira cẽſoris:qñqdẽ filius dederit ſe tibi ſilẽm ñ tm̃ corpe:nec tantũ uultu:ſed ẽt mog:&c. Corripies ni.cũ ironia legẽdũ:& pnũciatiue.q.d.nõ corripies:nec caſtigabis:qa ñ audebis:cõſcius uitiog tuog. ❡ Mog:pro moribus. ❡ Vnde ti.fr.i.unde tibi ſumes audaciã caſtigãdi:& ſeueritudinẽ:cuius ſedes eſt in ſupercilio & frõte. Libertatẽq; pa.i.q̃ libere parẽtes ſolẽt filios corripere.q.d.nõ audebis libertate paterna filiũ caſtigare:quũ tu lõge deteriora facias iã ſenex. ❡ Cucurbita uẽ.& cũ ea obſcœna facias:q̃ te oĩs rõnis exptem eſſe doceat : ut merito tibi e capite ſanguis ſit educẽdus:ut fieri ſolet in delirio:licet id ẽt fiat ex brachiis:ut diximus illic. O medici mediã pertũdite uenam.

Cucurbita

❡ Cucurbita uẽ.uaſculũ eſt uitreũ:apud ueteres uero ut oſtẽdit Cor.cel.æreũ fuit:& corneũ:quo ſanguis educit̃:facta prius leni ſacrificatõe a medico:p diminutõem ẽt dicimus Cucurbitulã uẽtoſam dixit:quoniam cõcepto uẽto ex flãma ſtupæ intus accẽſæ cuti adhereſcat:uñ Cor.cel.li.iii.c.xviii.ſcri.Phreneticis : neque alienum eſſe:ſi neq; ſanguis ante miſſus eſt:neq; mẽs cõſtat:neq; ſomnus accedit:occipitio inciſo cucurbitulã admouere:q̃ qa leuat morbũ:pt ẽt ſomnũ facere. ❡ Vacuũ ce.uiduũ ea re q̃ mẽtis hũanæ ẽ gubernaculũ:uñ illud eſt Pli. li.xi.c. xxxvii.Cerebrũ uni hoĩ in infantia palpitare:nec roborari ante pmum ſermonis exordiũ:hoc eſſe uiſcerg excelſiſſimũ pximũq; cælo capitis hic hẽre ſenſum arcẽ.huc uenag oẽm a corde uim tendere:hic culmen altiſſimum:hic mentis eſſe regimen. ❡ Hoſpite uenturo.Tam inqt a recta uiuendi uia libertas:ut uenturo hoſpite ſcrupuloſa diligẽtia inſtes:ut tota domus ſit ſpecioſa:illud aũt non curas:ut filius illam aſpiciat carentem oĩbus(qd' primũ eſſe debet)uiciis.Illud enim eſt boni patris curare:ut filius non pulchram ſuppellectilem: non ornatam domum : ſed ut ſanctos mores tanq̃ ſpeculum intueatur:unde ẽt illud Senecæ ad Lucil.Qui domum intrauerit: nos potius miretur quam ſuppellectilem noſtram.

Verriculum

❡ Verre:munda:a quo uerriculũ & pro genere retis piſcatorii:& inſtrumẽto: quo domus uerrũtur.Eſt ãt ordo.Vox dñi inſtantis & tenentis uirgam fremit uerre pauimentum.i. magno fremitu ĩclamat uerre pauimentũ:ſic illud apud Plautũ in Aſinaria.Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri.Iuſſin colũnis deiici opas araneag?

Oſtracũ
Pauimẽtum

❡ Pauimẽtũ:ſolũ ipſius domus ſtratũ:qd' alio uocabulo appellamus.Oſtracũ græci.n.oſtracon teſtã appellãt:uñ pauimentũ teſtaceũ oſtracũ nũcupamus:fit.n.ex teſtis frutillatim contritis : dictũ autem pauimentũ:q; pauiatur.i.crebiter feriatur pauiculis.De pauimentis autem multa Pli. Victruuius:& Palladius.

Hic lauet argentum:uasa aspera tergeat alter.
Vox domini fremit instantis:uirgamq; tenentis.
Ergo miser trepidas:ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis uenientis amici:
Ne perfusa luto sit porticus:& tamen uno
Semodio scobis hæc emendat seruulus unus.
Illud non agitas:ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum:uitioq; carentem.
Gratum est qd patriæ ciuem: populo que dedisti.
Si facis:ut patriæ sit idoneus:utilis agris.
Vtilis & bellorum:& pacis rebus agendis.
Plurimũ.n.intererit quibus artibus:& qbus hũc tu
Moribus instituas:serpente ciconia pullos
Nutrit:& inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento:& canibus:crucibusq; relictis
Ad fœtus properat:partemq; cadaueris affert,
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis:& se
Pascentis propria quũ iam facit arbore nidos.
Sed leporem:aut capam famulę iouis:& generosę
In saltu uenantur aues:tunc pręda cubili
Ponitur:inde autem, quũ se matura leuabit
Progenies:stimulante fame, festinat ad illam:
Quam primum rupto prędam gustauerit ouo.
Aedificator erat centronius:& modo curuo
Littore caietę:summa nunc tiburis arce:
Nunc pręnestinis in montibus alta parabat

Vasa aspera:quæ græci anaglypta:uel anaglypha uocant:idest super sculpta. Aspera ergo propter cælaturam: unde Persius:quid fas optare:quid asper utile nummus habet:idest cælatus. Plinius loquens de poculis. Ea inquit excisa erant in asperitatem. Virg.Cymbiaque argento perfecta:atque aspera signis. Tergeat:ab eo:quod est tergeo. Nam secundum tertiam:& secundam coniugatiõem declinatur. Virg.Pars leuis clypeos: & spicula lucida tergent. Semodio. Est enim semodius quasi semis modius. Mar. Hos fastus:animosque dat. Sabello Farris Semodius:fabæq; fraæe. Et thuris piperisque tres selibræ. Scobis:Scobs idest: ꝙ ab aliqua materia minutissimum decidit: dum aut per serram secat̃: aut per terebram perforatur.nec non ex atritiõe laterum scabs habetur. Pli.li.xvi.cap.lxiii. Arida enim latius quã uiridia serris p̃ter robur & buxum: quæ pertinacius resistant serratumque dentes replent æquali tate inerti:qua de cã alterna inclinatione egerũt scobem. Heliogabalus scobe auri: atque argenti porticum strauit:ut autor est Lampridius Inuenitur etiam Scobina:sed diuersa significatiõe: hoc est pro genere limæ:unde Victruuius.lib.iiii. Ad ipsumq; coronæ mensium incidatur lima: q̃ scobina dicitur:unde eleganter Tertulianus in apologetico sic scribit. At in deos uestros per omnia membra ualidius incumbunt asciæ & runcinæ: & Scorbinæ &c. Aspiciat domum sine labæ:ꝙ ante omnia maxime est quærendum. Serpẽte Ciconia:exemplis ostẽdit:q̃ a teneris annis discũtur firmiter mẽtibus inhærere:nec inde facile auelli:unde illud est Oratii. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Pulli enim Ciconiæ:quia a matre educati sunt:& assuefacti:serpẽtibus eundem uiuendi morem per totum uitæ suæ cursum tenẽt:sicque aperte docet tales esse liberos:quales a patribus instituuntur. Ciconia: auis est serpẽtibus inimica:cui ob exitium serpentium tantum honoris apud ueteres tribuebatur: ut in Thessalia capitale fuerit:autore Plinio: occidisse ciconiam:eadem pœna:quæ in homicidã. Vultur. Vulturem triduo ante aut biduo uolare:ubi cadauera futura sunt:autor est Pli. lib.x. Ex cadaueribus sibi æscam quærit:interficit autẽ nihil nec destruit animantium: uolucribus ob affinitatem ẽt mortuis abstinet:lege Plutar.in uita romuli. Inde autem quum se matura leuabit ordo est: progenies festinat ad illam p̃dam: quam primum gustauerit rupto ouo quum leuabit se matura inde.i.ex cubili. Ad fœtus: ad pullos suos. Iumento:subaudi relicto ab inferioribus. Nam iumẽtum:& canes relinquit:& cruces:ex qbus aliquid tm̃ aufert non totum. Appl̃one iumenti ea cõiter ĩtelligimus aĩalia: q̃ hoĩem iuuãt dorso:ut equũ:asinũ:mulum. Lactantius tñ firmianus ait:iumẽta dicta esse magnaꝝ uirium aĩalia a iuuãdo: ꝙ in excolẽda terra iuuarẽt:de iumẽtis superius dcm̃ est abũde. Magni quoq; uulturis.i.quũ factus est magnus:eodẽ se nutrit cibo:quo a parẽtibus est educatus pullus. Propria arbore atqui in arboribus nõ nidificãt uultures: sed ĩ altissimis turpibus:ut scribit Plinius. Famulæ Iouis.i.aqlæ:q̃ Iouis armigeræ dñr scdm fabulas: ꝙ in bello giganteo Ioui aduersus gigantes fulmina ministrasse feruntur. Pli.uero ait:iõ Iouis appellari famulas:qa fulmine nõ tãguntur. Ponitur cubili.i.pullis existentibus in cubili.i.nido:ut sit datiuus ut illud apud Mar. Tota mihi ponat̃ anas. Matura:adulta. Gustauerit ouo rupto.i.quum nata ẽ rupto putamine oui:quod rostello a pullo perforatur:quum excluditur. Aedificator:uariis exemplis ostẽdit:liberos uestigia paterna sequi solere. Cẽtronius:hic erigendo ædificia ingens patrimonium absumpsit.filius secutus uestigia patris.quodcunque ab eo relictum fuerat ædificando totum attriuit. Caietæ:oppidum littorale campaniæ. Curuo littore:uerbi æthymologiam epitheto expressit. Nam ut Strabo inqt:Caietam nominauerunt ueteres quoniam curua oĩa caietas lacones appellauer̃. Virg.tñ a nutricæ aenee caietam nominatam esse cecinit. Tu quoque littoribus nostris aeneia nutrix. Eternã moriens famam Caieta dedisti Diod.uero ait ab Argonautis edificatã fuisse. Tyburis arce in mõtibus enim sitũ ẽ Tybur nõ lõge ab urbe Roma. Prenestinis. Preneste.n.ciuitas est non longe ab urbe Roma quondã Stephane & polystephanos a copia coronarum appellata. Strabo in romæ uero conspectu sunt Tybur p̃neste Thusculum.

Semodius
Scobs
Scobina
Vultur
Aquila Iouis armigera
Caieta
Tybur
Preneste

Culmina uillarum grecis longeque petitis
Marmoribus: uincens fortunæ: ac herculis ędem,
Vt ſpado uincebat capitolia noſtra poſides.
Dum ſic ergo habitat centronius, imminuit rem:
Fregit opes: nec parua tamen menſura relictę
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens
Dum meliore nouas attollit marmore uillas:
Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem
Nil preter nubes: & cœli numen adorant.

Fortūæ ædes

¶ Græcis marmoribus: ex laconia petebatur marmor uiride: & pcioſum cūctiſq; hilarius: autor Pli. Papinius in ſyluis de balneo ethruſci ſic: uix locus eurotæ uiridi: intelligit. n. marmor laronium. ¶ Longeque. Nam & ex ægypto: Armenia: & numidia marmora petebantur. ¶ Aedem fortunæ: docet Pli. li. xxxvi. ædem fortunæ romæ preciofiſſimo marmore extructam fuiſſe: ſed hoc loco poeta intelligit de templo fortunæ pneſtinæ: ut ædificia: q̄ in agro pneſtino: Tiburtinoque erigebantur a Centronio: recte cōparentur templo fortune præneſtinæ & tēplo herculis tiburtini. Templum illic fuiſſe fortunæ docet Sylius. Sacriſq; dicatum. Fortunæ pneſtæ iugis: inde etiam dari certa reſponſa oſtendit Papinius in Syluis. Et pueſtinæ poterant migrare ſorores. De quibus & ppertius li. ii. Nam qd pneſtis dubias o cynthia ſortes. Quid petis æaci mœnia Thelegoni? Strabo in. v. Habet præneſte fortunæ templum illuſtre: unde certa edūtur: oracula: de quibus ita ſcribit Tranquillus in Tyberio. Vicina uero oracula diſiicere conatus eſt. ſed maieſtate pneſtinarū ſortium territus deſtitit. ¶ Herculis: ædem herculis: & muſarū extruxit Martius Philip. Auguſti uictricus. Auctor eſt Tranquil. in Aug. Romæ. Herculi ēt Domitianus templum erexit magno impendio: ubi ſe coli uoluit: unde Mar. Herculis in magni uultus deſcendere Cæſar: uerum hoc loco: ut diximus: poeta intelligit de templo Herculis: ꝙ Tibure fuit cum bibliotheca uaria librorum ſuppellectile referta: de qua Gel. li. xviii. cap. v. unde & Tibur Herculeum appellatum eſt: ꝙ Herculi dicatū fuit. Mar. Tibur in Herculeum migrauit nigra lycoris. Strabo in. v. Tibur inquit herculeum eſt. ¶ Poſides: hic claudii Cæſaris libertus fuit: de quo Tranquil. ſic in claudio. Libertorū pcipue ſuſpexit poſidem ſpadonē: quē & Britanico triūpho inter militares uiros haſta pura donauit. Hic in tantas euectus eſt opes: ut luxu inſanas ædificiorū extinctiōes ſuparet: in littore baiano: ut tradit Pli. balneas extruxit: quæ poſidianæ uocatæ fuerūt accepto noīe ab eodē claudii Cæſaris liberto. ¶ Capitolia noſtra: aut romana: aut noſtri tpis quæ antea incēſa quum fuiſſent: magnificētius fuerunt reſtituta a Domitiano: aut reuera noſtra dixit: hoc eſt romana: qa & Capuæ alia fuere capitolia: de quibus Sylius in. xi. Mōſtrant capitolia celſa. Stellāteſque docēt cāpos. Tran. in Calig. Capitoliū capuæ idibus martiis de cœlo tactum eſt: fuit & capitolium Beneuēti: de quo ita Sueto. de claris grāmaticis & Rhetoribus. Statua orbilii Beneuēti oſtēditur in capitolio ad ſiniſtrum latus marmorea habitu ſedētis ac palliati: appoſitis duobus ſcriniis. ¶ Quidam ſortiti: alio exemplo oſtendit: quod dictum eſt: tales eſſe filios: quales a parētibus inſtituuntur. Nonnulli inquit ſunt qui Romæ ſacra iudeorum colūt: & illorum ſeruant ritus exemplo parētum qui idem ante fecerunt. Sicque poeta per tranſitum religionem iudeorum: & cuius cultores irridet: atq; ſubſanat. Tria autē percurrit in quibus iudaice religionis ſacramēta conſiſtūt: quæ omnia a moſe tradita ſunt iudæis: ſed alio ſenſu q̄ ipſi accepere: hæc aūt fuere: ut. ſ. Sabbatis quieſcerēt uacui ab omni ope: circūciderētur: & carne ſuilla abſtinerēt. ¶ Sabbata. i. Iudeorum feſta. Nam ſabbatum lingua Iudeorum quies dicitur. Moſes enim Damaſcœna patria antiqua repetita montem Sinai occupauit quo ſeptē dierum ieiunio per deſerta arabiæ cum populo ſuo fatigatus: quum tādem ueniſſet: ſeptimum diem more gētis ſabbatum. i. diem quietis appellatum in omne æuum ieiunio ſeruauit & quiete: quoniam illa dies famē eis: errorēq; finierat. De eo ieiunio ita ſcribit Tranquillus in Auguſto. Et rurſus ne Iudeus quidē mi Tyberi tam diligēter ſabbatis ieiunium ſeruat q̄ hodie ego ſeruaui: de Moſe multa Iuſtinus libro. xxxvi. Strabo li. xvi. Cor. Tacitus libro. xxi. Lactā. Firmianus li. iiii. ca. xvii. Qui ſcribit a Iudæis iræ: atq; inuidie plenis Chriſtum accuſari: ꝙ legē Dei per Moſem datam ſolueret. i. ꝙ ſabbatis non uacaret operans ſalutē hominum: ꝙ circūciſionem uacue faceret: ꝙ abſtinētiam ſuille carnis auferret: a ſabbato igitur Sabbatarii ſunt appellati: unde Mar. Ieiunia ſabbatariorum. ¶ Nil præter nubes: uidetur hoc dictum in æmulationem Ariſtophanis: qui in comœdia quam nepheles. i. nebulas appellauit: inducit Socratem colere nubes: ut ſit manifeſta irriſio iudeorum. Non quod omnino nubes colant: ſed ut oſtēdat eos longe errare cæterorum cultu diuino. q. d. adorant deos: quos non uidēt: aut reuera: ꝙ maxime placet: ad id reſpexit: ꝙ deus apparuit Moſæ in nebula totum montem Sinai tegēte p ſex dies: qui ſeptimo die uocauit Moſen ex medio caliginis: ingreſſuſq; Moſes medium nebulæ aſcēdit in montē: fuitq; ibi quadraginta diebus &. xl. noctibus. ubi a deo accepit tabulas lapideas: legem: & mandata quæ ſcripſit deus: ut doceret filios Iſrael: unde & Dauid in Pſalterio. Inuocabāt dominum: & ipſe exaudiebat eos & in columna nubis loquebatur ad eos. Et idē alibi. Inclinauit cœlos & deſcēdit: & caligo ſub pedibus eius: & poſuit in tenebras latibulum ſuum in circuitu eius: tenebroſa aqua in nubibus aeris. Iudei ergo nubes adorabant: qa deus in nubibus ſemp eis apparebat: unde illud Moſæ in numeris. Nubes tua ptegat illos: & in columna nubis pcedes eos per diē: & in colūna ignis per noctē. ¶ Numē cœli. Hoc dicit: quia mente ſola unum dūtaxat numē (ut ſcribit Tacitus ultimo libro) intelligunt prophanum: qui deum imagines mortalibus materiis in ſpēs hominum effingant ſolum illud: & æternum neq; mutabile: neq; interiturum: igitur nulla ſimulachra urbibus ſuis nedum templis ſunt: non regibus hæc adulatio: non cæſaribus honor. Poeta igitur eos irridet: quaſi non recte ſentiētes: q unum tantum deum agnoſcant: quum Romani: cæteræq; nationes plurimos: quaſi altiore conſilio colant deos: unde ē illud Plinii in. xiii. cap. iiii. Iudæa gēs contumelia numinum inſignis. Nam Iudæi unum tantum deum colunt: uñ ē illud in diuinis ſcripturis. Vnus Deus Hebræorū: q creauit oīa atq; terram ſtabiliuit: & fundauit Maria.

Poſides.

Capitolium

Sabbatarii

❡ Nec diſtare. Carne.n.ſuilla abſtinent iudæi. Tacitus li.xxi. Sue abſtinent Iudæi memoria cladis: quæ ipſos ſcabies quōdam turpauerat: cui id aīal obnoxium: uel ut tradit Lactantius: quum Deus iudæos carne ſuilla abſtinere iuſſit: id potiſſimum uoluit intelligi: ut ſe a peccatis: atq; imūdiciis abſtinerent. Eſt.n. lutulentum hoc aīal & imundum: nec unquam cœlum aſpicit: ſed in terra toto corpore proiectum & ore: uētri ſemper & pabulo ſeruit: nec ullum alium: dum uiuit: preſtare uſum poteſt: ſicut cætere aīantes &c. Interdixit ergo: ne porcina carne uterentur .i. ne uitam porcorꝝ imitarentur: qui ad ſolam mortem nutriuntur: item ne fœdis libidinibus īmergerētur: ſicut ſus: quæ ſe cœno ingurgitat: uel ne terrenis ſeruiāt ſimulachris: ac ſe luto inquinēt.

Nec diſtare putant humana carne ſuillam:
Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges
Iudaicum ediſcunt: & ſeruant: ac metuunt ius:
Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moſes
Non moſtrare uias eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos.
Sed pater in cauſa: cui ſeptima queque fuit lux
Ignaua: & partem uitę non attigit ullam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera: ſolam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim uitium ſpecie uirtutis: & umbra,

❡ Præputia ponūt .i. circūciduntur more iudæorꝝ ex Moſæ ſacerdotis inſtituto: de quo ſic Stra. A ſucceſſorib. Moſæ ex ſuperſtitione inſtitutam carnium abſtinētiam a quibus abſtinent: & circūciſiones: & exciſiones: & ſi qua ſunt hmōi alia. De quo ſic etiā Tacitus Circūcidere genitalia inſtituere: ut diuerſitate noſcantur. Cæterꝝ (ut autor eſt Lactantius) figura circūciſionis erat: ut ſignificaretur: nudādum eſſe pectus .i. apto: & ſimplici corde oportere nos uiuerē: quoniam ps illa corporis: quæ circūciditur: habet quādam ſiītudinem cordis: & eſt pudēda. Et ob hanc cām deus nudari eam iuſſit: ut hoc argumēto nos admoneret; ne inuolutum pectus haberemus .i. ne quod pudēdum facinus intra conſcientiæ ſecreta uellemus. Deus ergo circūciſionem a carne mortali ad aīam tranſtulit: quæ ſola manſura eſt ꝑputium: ut diximus illic: mox & preputia ducit: ea pellicula appellatur: quæ glandem men- Præputium
tule tegit: & reduci poteſt. ❡ Archano uolumine. Pentatheucum intelligit .i. quinq; uolumina ueteris teſtamenti a Moſe conſcripta: uidelicet: Geneſim: Exodum: Leuiticum: Numeros: Deuteronomium. Dictum autem pentateuchum a πεντε quinque & τευχος uolumen: in quo Deus leges dedit Moſæ: quæ ſeruabātur in arcanis: eas Moſes tradidit iudæis. Pentatheucū
❡ Non monſtrare uias. Voluit inqt Moſæs iudæos adeo ab oī alia religiōe eſſe auerſos: ut ne cōmercium quidem ullum haberent: niſi cum eo: qui eadem ſacra coleret: nec uiam erranti: nec aquam q̄renti monſtraret: qđ & ſit contra oēm humanitatem: putauit tñ Moſes non indignum uideri aduerſus eos: qui ſacra ſua non colerent. Hoc tñ eſt ex hiſtoria. Nam quum ſcabie ægyptii: porrigineq; uexarentur: Hammonis reſpōſo moniti: Moſem cum egris: ne peſtis ad plures ſerperet: terminis ægypti pellūt. Dux igitur exulum factus Moſes: ſacra ægyptiorꝝ furto abſtulit: repetitaq; (ut pauloante diximus) Damaſcena patria antiqua: montem Sinai occupauit. Et quia metu contagiōis pulſos ſe ab ægypto meminerant: ne eadem cauſa inuiſi apud incolas forent. cauerūt ne cum peregrinis cōicarent: qđ ex cauſa ſcm̄ paulatim in diſciplinam: religiōemq; conuertit. Et ut ſibi impoſterꝝ gētem firmaret: nouos ritus: cōtrarioſq; cæteris mortalibus indidit. Ita ut ne iudæi cōuerſarentur cum Samaritāis: ob eamq; rem: mulier Samaritana ut ſcribit Diuus Ioānes: denegauerit aquam Chriſto tanquam iudæo dicēs ſic. Quomodo tu iudæus quum ſis: bibere a me poſcis: q̄ ſum mulier Samaritana? non.n. conueniunt iudæi ſamaritanis. Hic ergo eſt quod poeta ait. Tranſgreſſos in morem iudæorum ſeruare ius iudaicum: moreſq; contrarios cæteris mortalibus: ut non monſtrent uias erranti &c. Apud Athenieſes piaculum erat non monſtrare uiam erranti: carmen erat apud ipſos: qđ in publicis cantabatur ſacris eos eſſe impios: & execrabiles qui uiam non monſtrarent: unde Cice. in .iii. officiorum. Quid.n. eſt aliud erranti uiam non monſtrare: qđ athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. ❡ Verpos: hoc eſt iudæos: qui auerſa pellicula: q̄ in circūciſione mutilatur ſunt denominati: unde ēt uerpa capitur pro membro uirili. Poeta in priapea. Tot uerpas tibi dedicat ſalignas. Mar. Incipit in medios meiere uerpa pedes: unde ēt appellæ noīant: quaſi ſine pelle. Ora. Credat iudæus appella. Idem ēt dñr recutiti a reſtituta cute poſt circūciſionem: inde illud Perſii. Recutitaq; ſabbata palles .i. ſabbata iudæorꝝ recutitorꝝ. Mar. Nec recutitorꝝ fugis inguina iudæorū: a reſtōne igit᷑ nouæ cutis Mar. Item dixit. Nec ruptæ recutita colla mulæ. Verpi Terpa Appelle recutiti
❡ Septia lux .i. Sabbatum ipm: quod adeo ſuperſtitioſe iudæi ſeruabant: ut irruente Tito per Sabbatum arma noluerint attingere: eum diem latini Saturni diem nominant: unde Frontinus in ſtratagēmatis. Diuus Auguſtus Veſpaſianus iudæos Saturni die: quo nefas eis ē quicquam ſeriæ rei agere: adortus ſuperauit. ❡ Vllam partem uitæ .i. nihil fecit: quo uita humana indigeat: Iudæi Chriſtum dñm noſtrum accuſabant: ꝙ in die feſto cæcum ſanaſſet. ❡ Spōte tñ iuuenes: inqt per reliq̄ omnia parētes ſponte ſua imitant᷑: auaritiam aūt: quū per ætatem oderint: cogūtur etiā īuiti exercere: ſicq; imēſam patrū cupiditatē: & pernitioſam humano gñi diſciplinam notat. ❡ Cætera .ſ. uiuēdi ueſtigia: & inſtituta & cæteros mores. ❡ Fallit.n. uitiū ſpē uirtutis: filius inqt & auaritiam inſcius exercet: qa pater: q̄ auaritia ē: parſimoniam appellat ſicq; filius fallit᷑ qa uiciū non cognoſcit ut uicium ſed auaritiam exercet: putans non eſſe auaritiam ſed diligētiam quādam & uirtutem acquirēdi. Nam uicia cum uirtutib. ſunt adeo finitima aut ipſa propinqtate plærūq; fallant & pro uirtutib. habeantur. nam auarꝝ pro parco prodigū pro liberali uocamus. Erramus inqt. & dū conamur ueram uirtutem ſeq in uicia uirtuti uicina incurrimus. nam auaritiam amplectimur putantes eam eē parſimoniam. Imitatio ē Ora. Decipimur ſpē recti. Seneca in prouerbiis. Timidus cautum ſe uocat. Sordidus parcum. ❡ Vmbra .i. imagine. Nam quū uirtute neſcio qd habeī uidetur ſimilitudinis: qui acquirit.

Quum sit triste habitu:uultuq3 & ueste seuerum:
Nec dubie tanquam frugi laudatur auarus:
Tanquam parcus homo : & rerum tutela suarum
Certa magis:quam si fortunas seruet easdem
Hesperidũ serpẽs:aut põticus.adde quod hũc : de
Quo loquor,egregiũ populus putat : atq3 uerẽdũ
Artificem:quippe his crescunt patrimonia fabris.
Sed crescunt quocunq3 modo:maioraq3 fiunt
Incude assidua:semperq3 ardente camino.
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes:qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant:iuuenes hortatur:ut illam
Ire uiam pergant:& eidem incumbere sectę.
Sunt quędam uitioꝝ elementa : his protinus illos
Imbuit:& cogit minimas ediscere sordes.
Mox acquirendi docet insatiabile uotum.
Seruorum uentres modio castigat iniquo
Ipse quoq3 esuriens : neq3 enim oĩa sustinet unquã
Mucida cęrulei panis consumere frusta
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri:nec non differre in tempora cœnę
Alterius conchem ęstiui cum parte lacerti
Signatam:uel dimidio:putriq3 siluro.

¶ Quum sit triste habitu.i.ipm uicium auariciæ metaphora sumpta ab habitu exterioꝛ. Nam habitus & uultus hoĩs seuerus decipit plærunq3 te:qa putas eum talem esse intrinsecus:qlis apparet extrinsecus. Nam & diligentia illa acquirẽdi extrinsecus uĩ laudabilis:sed si attendas:interaneam cupiditatẽ:inuenies nihil detestabilius. ¶ Auarus:licet auarus nefanda sit cupiditate:tñ qa ad acqrẽdum uidetur esse uigilantis:& solertissimæ industriæ:laudaꝛ ut hõ utilis:qa per summam uirtutem & industriam uidetur acquirere. Nam acqrere iuxta mortalium cõcupiscẽtiam magnæ est uirtutis:unde illud est Ouidii. Non minor est uirtus q̃ querere pta tueri. ¶ Tanquam parcus. Nã parsimonia nomẽ hẽt uirtutis. Vir. Atq3 apibus quãta experiẽtia parcis. Est.n. parsimonia sciẽtia uitandi sumptus supernacuos:uel ars re familiari moderate utẽdi. Sene. ¶ Certa mag. hoc a poeta dictum cum gestu ridẽtis tã sordidã diligẽtiã. ¶ Serpẽs hesperidum. Nam Hesperides : q̃ tres fuere.s. Aegele:Heretusa:& Hespertusa filiæ Hesperi fratris atlantis hortos hũere in oceano atlãtico ferẽtes mala aurea quæ a serpẽte puigili custodiebantur:illuc Hercules:quum imperio Euristei puẽisset:occiso serpẽte:poma abstulit. ¶ Aut põticus. Nam apud Colchos in ponto: ibi Oeta rex pater medeæ regnauit:in tẽplo Martis pellis uelleris aurei suspẽsa olim fuit a Phrixo : q̃ tauri ignẽ spirantes una cum dracone dicuntur custodisse. Eam Iason occiso opa Medeæ dracone : sustulit. ¶ Quippe his. Nec mirum inquit est si in ꝑcio sunt tales : & laudantur ut optimi artifices: nam hi quidẽ sunt:qui patrimõia norũt ampliaꝛ & proinde in ꝑcio sunt iuxta illud Oui. In ꝑcio ꝑcium nunc ẽ:dat cẽsus honores. ¶ Incude assidua:metaphora sumpta a fabris ferrariis: qui assidue cudẽdo ferrum extẽdunt:ergo incude laboꝛ: & solertia. ¶ Et pater ergo. Sẽsus ẽ. Quum ergo patrimonia solertia & diligẽtia ampliẽtur: pꝛ appellat:creditq3 auaros fœlices: utpote diuites: & qui mirentur : & amplectantur opes: & qui nullum pauperem inter fœlices numerent : & proinde hortatur filios : ut eandem uitæ sequantur uiam:legendum enim est hortatur numero singulari : ut sic exponas : pater hortatur iuuenes : ut imitẽtur uestigia auari. ¶ Sectæ:quam tenẽt auari a sequẽdo dicta ẽ secta:ea ꝑprie ẽ philosophorum:qui.n.Platonis dogma tenebant:Platonicã sectam tenere dicebãtur:q Socratis : Socraticam. Seneca ad Lucilium. ¶ Sunt quedam uitioꝝ elementa. Auari inqt nõ statim filios ad extremas sordes producunt Sed quedam hñt ꝑncipia auaritiæ:quæ paulatim teneris pueroꝝ mẽtibus insinuant. ¶ Elemẽta:ꝑncipia. Bñ aũt elementa ꝑncipia appellamus:ex quatuor.n.elementis oĩa ꝑncipium suum habere dñr. ¶ Sordes : ꝑprie dñr maculæ in uestibus sed metaphoricos ad aĩum transfertur uocabulum. Vt pro auaritia ponatur: quæ non minus hoĩs aĩum polluit quam sordes uestimenta. Oratius Sordidus a tenui multum distabit. ¶ Seruoꝝ uentres modio castigat:defraudat seruos cibariis suis. Nam seruis quaterni modii dabantur frumẽti in mensem: & id dimensum dicebantur:unde Teren. De dimenso suo suum defraudãs genium:comparsit miser. Hæc donatus. ¶ Neq3.n. sustinet tanta inquit auaritia premitur:ut ne frusta quidem mucida panis sustineat comesse:ac si dicat non magis iis abstinet:q̃ rebus delicatis. ¶ Minutal:genus cõdimenti est:quod ex rebus minutim concisis fiebat:ut docet Apicius uariis generibus:& nominibus:inter cætera fiebant unum minutal marino pisce:liquamine:oleo:uino:porris capitatis:coriandro. Dicebatur Tarentium:Marianum:dulce ex citreis:minutal item ex lecincribus:& pulmonibus leporis:a uarietate reꝝ uarium dicitur a Martiale. ¶ Septembri:tempore autumnali:quo obsonia maxime corrũpũtur. ¶ Conchem.i.fabam uiridem:ut diximus in.iii.Saty. Cuius conche tumes. De qua Marti. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa. Lautoꝝ cœnis sæpe negare potes. Alii sentiunt genus esse leguminis non absimile lenti. ¶ Signatam:custoditam impresso signo aduersus fraudes seruoꝝ. Cuius consuetudinis sic meminit Ci.in epistolis sicut olim mattem meam facere memini:quæ lagenas ẽt inanes obsignabat: ne dicerentur inanes alique fuisse : q̃ furtim essent excicatæ. Sic & Plau.in persa. Nam id demum lepidum est:treparchos hoĩes uetulos auidos : aridos bene admordete:qui aliũ seruo obsignãt cũ sale. ¶ Lacerti:piscis est ex Bethica:saxetanus dꝛ a patria ubi capitur: pauperibus cũ conche:ut uilissimus cibus apponebatur. Mar. Quum saxetani põatur cauda lacerti. Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est. ¶ Aestiui:quo tempore obsonia putrescunt. ¶ Siluro: piscis est peculiaris lacus hilidis:quem efficit Nilus. Ibi enim reperiuntur Alabetæ:coracini:Siluri:crocodilus quoque auto. Plini.libro quinto.

Parsimonia

Secta

Elementa

Dimensum

Minutal

Cõchis

lacertus

¶ Includere:custodire inclusa. ¶ Fila numerata.i.ipsum porrum numeratum:ne furtim ĩminuat᷑. Filũ aũt appellãt ꝙ porrũ sectiuũ tenue sit:& exile:ad dĩam capitati:qđ Crassius est. De qbus multa Colu.li.xii.Pli.li.xix. ¶ De põte. Nã in pontibus pauperes solẽt mẽdicare:ut diximus illic. Dirusque a ponte satelles. ¶ Sed quo ostendit extremæ illũ esse demẽtiæ:qui noĩa parsimonia conseruare:quæ prodigi hẽdes absumant. De quibus sic ẽt Ora. Absumet hẽs cecuba dignior. Seruata cẽtum clauibus: & mero Tingit pauimẽtum superbo pontificum potiore cœnis. ¶ Sed quo diuitias.i.ad quid diuitias coactas per tot labores uis habere:si iis uti non uis? sicque hoĩs:ut dixi:stultitiam insectatur:qui duriter:ac parce uiuit: ut hæredibus relinquat diuitias. ¶ Phrenesis: morbus est quum continua demẽtia esse incipit: aut quũ æger:quãuis adhuc sapiat: tñ quasdã uanas imagines accipit:unde Phreneticus. ¶ Viuere eg.fato:egenti forte:& paupere statu:nihil profecto ẽ absurdius diuite auaro qui uult in paupertate uiuere:ut moriatur diues:unde est illud Ciceronis in Catone maiore. Auaritia uero senilis qd sibi uelit non intelligo:potest enim esse quicquã absurdius:quam quo minus uiæ restat:eo plus uiatici quærere. ¶ Crescit amor. Imitatio est oratiana. Crescentem sequitur cura pecũia. ¶ Et minus hanc optat ostendit moraliter poeta pauperem ad opes parandas minus anxium esse q̃ diuitem nec sine ratione. Nam qui in opibus nutritus est semper ueretur:ne ab iis decidat:proindeq; semper cogitat:non solum: quæ parta sunt conseruare:sed augere:& multiplicare: pauperi:uero qui delitias non cognouit desiderium habendi minus excitatur. ¶ Et meli.uidetur sic Orat.de auaro quodque aliena capella gerat distentius uber. Tabescat. Oui. Vicinumque pecus grãdius uber habet. ¶ Seges. Seges proprie dicitur eorum sæminum ex quibus conficitur panis:accipiturq; ꝓ ipsis frugibus:dum adhuc in agris stant. Liui. ab urbæ condita li.ii. Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi. Ouidi. Iam seges est:ubi troia. Vir. Hic segetes: illic ueniũt fœlicius uuæ. ¶ Arbusta. Arbustum non solum apud autores plerunq; capitur pro loco arboribus consito:sed maxime pro loco consito uitibus: & arboribus: unde Columella. Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit. Sic.n. & ipse arbores:& appositæ uites melius coalescent:fructũque meliorem dabunt ab eo eleganter ẽt deducitur Arbustare uerbum: ꝙ est agrum arboribus conserere. Pli. Trãspadana Italia populo:tilia:acere:orno:carpino:quercu:arbustat agros. ¶ Canet:albicat. ¶ Quorum si precio:ostendit poeta periculosum esse hũtibus ꝑdia iuxta potẽtem uirũ: ꝙ importunitate & subdolis artibus cogũtur ea uẽdere. ¶ Lasso collo:rõ est quare famelica sint:iugo.n.colla subiecta diu habuerunt: ut inde p laborem cõtracta sit fames. ¶ Domũ:subaudi abeũt ab inferiore:nã abeãt legẽdum est sine aspiratõe:ut noualia nominatiui sit casus. ¶ Noualia:totæ ipsæ segetes:hyperbole est. Noualia aũt sunt agri:q ut docet Pli.li.xviii.alternis ãnis serunt᷑. ¶ Sæuos:fame exaspatos. ¶ Sed q sermões:insultatio ẽ poetæ in auarũ. Sed quũ inqt tot diuitias p multas iniurias paraueris:q sermões sunt de te? ac si dicat:ubiq; male audis:ubiq; ut improbissimus laceraris. ¶ Quid nocet hoc inquit:uerba auari rñdentis. Nam infamiam auarus contẽnit:unde de auaro ita Horatius. Sordidus:ac diues populi contemnere uoces. Sic solitus populus me sibilat:at mihi plaudo: Ipse domi simul: ac nũmos contemplor in arca. Et alibi Iuuenalis in destinatõem auariciæ. Quid enim saluis infamia nũmis. ¶ Tunicã mihi malo lupini. Auarus tãti facit diuitias:ut pluris æstimet rẽ uilissimã: q̃ laudẽ & bonũ nomen in pauptate. Contra aũt uir bonus pluris facit bonũ nomen q̃ diuitias multas. Est ergo sensus. Ego magis mihi uolo siliquã lupini: ac si dicat rem nullius momẽti pluris facio:q̃ laudari:ut uir bonus in paupertate. ¶ Tunicã:folliculũ. ¶ Pago:uilla: πυγη.n.fons dr̃. Inde pagus:iuxta.n.fontes uillæ fieri solẽt ob aquarum cõmoda. ¶ Scilicet & morbis. Ironicos auaro rñdet poeta. Est aũt sensus. Licet diuitias tibi multas parraueris:ita ut solus tm̃ possideat: quãtum uniuersus Pop.Ro. sub Tatio possidebat:non tñ poteris carere aliis incõmodis: & calamitatibus sicque philosophice ostendit:diuitias non esse eas:quæ hoĩem a corporis iuxta:& mentis ægritudine queant uendicare:neq; lõga ora:fœlicioraq; tempora uitæ largiri:quum diuitem maiores etiam curæ comitẽtur. ¶ Debilitate. Debiles appellamus:qbus aliqua membra sint:uel diminuta:uel oblisa:ut alibi. Hic coxa debilis: ambos ꝑdidit ille oculos.

Phrenesis

Seges

Arbustũ

Arbustare

noualia

Debilis

Filaq; sectiui numerata includere porri:
Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Cũ furor haud dubiꝰ: cũ sit manifesta phrenesis:
Vt locuplex moriaris egenti uiuere fato.
Interea pleno cum urget sacculus ore:
Crescit amor nũmi: quãtũ ipsa pecunia crescit
Et minus hanc optat: q nõ habet. ergo paratur
Altera uilla tibi: cum rus non sufficit unum.
Et proferre libet fines: maiorq; uidetur
Et melior uicina seges: mercaris & hanc: &
Arbusta: & densa montem qui canet oliua:
Quorũ si pretio dominus non uincitur ullo:
Nocte boues macri: lassoq; famelica collo
Armenta ad uirides huius mittuntur aristas:
Nec prius inde domum: quam tota noualia sæuos
In uentres abeant: ut credas falcibus actum.
Dicere uix possis quam multi talia plorent:
Et quot uænales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones? quæ fœdæ buccina famæ?
Quid nocet hoc? inquit: tunicã mihi malo lupini:
Quam si me toto laudet uicinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem.
Scilicet & morbis: & debilitate carebis:

Et luctum:& curam effugies:& tempora uitæ
Longa tibi post hec fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus possederis agri:
Quantum sub Tatio populus romanus arabat.
Mox etiam fractis ętate:ac punica passis
Pręlia:uel pyrrhũ imanẽ:gladiosq; molossos,
Tandem pro multis uix iugera bina dabantur
Vulneribus.merces ea sanguinis:atq; laboris
Nullis uisa unquã meritis minor:aut igratę
Curta fides patrię:saturabat glebula talis
Patrem ipsum:turbamq; casę:qua fœta iacebat
Vxor:& infantes ludebant quattuor:unus
Vernula:tres domini:sed magnis fratribus horꝫ
A scrobe:uel sulco redeuntibus altera cęna
Amplior:& grandes fumabant pultibus ollę.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
Inde fere scelerum causę:nec plura uenena
Miscuit:aut,ferro grassatur sępius ullum
Humanę mentis uitium:quam sęua cupido
Indomiti census. nam diues qui fieri uult,
Et cito uult fieri.sed quę reuerentia legum?
Quis metus:aut pudor ẽ unq̃ properantis auari?
Viuite contenti casulis:& collibus istis
O pueri marsus dicebat:& hernicus olim:
Vestinusq; senex:panem quęramus aratro:
Qui satis est mensis.laudant hęc numina ruris:
Quorũ ope:& auxilio gratę post munus aristę
Effugiunt homines ueteris fastidia quercus.

¶ Post hæc.i.post istam morboꝝ:& aliaꝝ calamitatum carentiã. ¶ Quãtum sub Tatio:ex modestia antiquorum õndit mores:& auariciam sui tpis acriter dãnãdos:sub Rõulo.n.& Tito Tatio duce Sabinoꝝ:q fœdere pcussio i urbem cũ Sabinis receptus fuit a Rõulo:tãta regꝫ modestia:& psimonia uiuebant:ut autore Pli.li.xviii.ca.ii. bina tũc iugera Po.Ro.satis essent:nulliq; maiorem modũ attribuerit.Dona ẽt putauerit amplissima imperatorum:ac fortiũ ciuiũ:q̃tũ qs uno die plurimum circũ arauisset.Colu.tñ scri.in.i.limine operis sui de agricolatõe.C.Fabriciũ:& Curium Dentatum alterũq; pyrrho finibus Italiæ pulso:domitis alteꝝ sabinis accepta:q̃ uitium diuidebantur captiui agri septẽ iugera non minus industrie coluisse:quam fortiter armis quesierant.Plini.uero tradit:Curium Dentatum quaterna agri iugera uiritim populo diuisisse sibi:deinde totidem cõstituisse:dicẽtem neminem esse debere:cui non tãtum sufficeret. ¶ Mox ẽt fractis ætate:ostẽdit quanta fuerint frugalitate ueteres:qui ẽt ætate:& bello cõfecti:acceptis binis iugeribus in pmium cõtẽti erãt tãquam maximis donati diuitiis. Ordo est.Mox uix tãdem bina iugera dabantur pro multis uulneribus ẽt fractis ætate:& passis plia punica:uel pyrrhum imanem. ¶ Mox deind. ¶ Passis plia punica qui arma aduersus pœnos gessisset. ¶ Pyrrhum.Epirotaꝝ regẽ:q quũ in au-

Pyrrhus xiliũ Tarentinoꝝ aduersus Rõanos arma tulisset:demum post uaria plia a Curio & Fabricio superatus:in græciam reuersus ẽ:ubi dum argos oppugnaret:ictu tegulæ interẽptus ẽ. ¶ Tãdẽ:hæc pticula desiderii significatõem habet.Cic.uix tãdem legi lras dignas Appio. ¶ Bina iugera.Nã ut dcm̃ est ex snia Plinii:bina tunc iugera Popu.Ro.satis erãt. ¶ Nullis uisa minor:tãta erant inquit aĩ moderatõe:& pacis cõtẽti ea merces licet exigua:nũquã uisa sit inferior meritis:q̃ in rẽpu.contulissent. ¶ Aut ingratæ. Curta fides patriæ:nũquã putauerũt fidẽ pr̃iæ curtã eẽ in se.Et ordo est a superiorib. aut nũquã uisa sibi est fides curta patriæ ingratæ:ut duo dicat:neq; Pr̃iam uisam sibi ingratã:neq; eius fidẽ sibi modicã:aut q nõ minus placet ex affectu poetæ dcm̃.i.licet igrata esset pr̃ia:q̃ pro meritis pmium non redderet:tñ tanta erat aĩ moderatõe:ut nũquã putarẽt modicam esse reip.in se fidem. ¶ Vnus uernula:subaudi erat.i.seruulus dũtaxat unus:qui oĩbus ministraret. ¶ Hoꝝ.s.triũ dñoꝝ. ¶ Magnis:p maximis. ¶ Amplior:pp exanelatum laborem. ¶ Ollæ grãdes:cacabi grãdiores. ¶ Pultibus:bene inquit pultibus:ut ostendat lauta obsonia nõ solita parari.Nam pulte trecentis annis ante usum panis uixerunt Romani:ut scribũt Verius:& Plini. ¶ Nostro non sufficit horto.i.ampliores nũc habemus hortos:quam antiqui habuerunt agros:unde est cõquestio illa Plinii:quum bina tunc iugera Pop.Ro.satis essent:nec ulli maior modus attribueretur:eo seruos pauloante pncipis Neronis contẽpto:huius spacii uiridia:& piscinas habuisse:gratumq; esse:si nõ aliqs & culinas. ¶ Inde:ex tãta:reꝝ cupiditate. ¶ Causæ sceleꝝ:subaudi sunt. Nam hoĩes ad oĩa scelera cupiditate hñdi facile impelluntur:unde illud Virg.Quid non mortalia pectora cogis.Auri sacra fames. ¶ Nec plura uenena:ordo est:& sensus.Nec nullum uicium humanæ mentis miscuit plura uenena q̃ ipsa auaricia:& imoderata habẽdi cupiditas. ¶ Grassatur:sæuit:Et.n.grassari supra modum sæuire:unde Tranquillus in Caligula.His diuerso uicio-

Grassari rum genere grassantibus.i.ualde sæuientibus.Grassari etiam dicimus incedere.Salu.in Iugurthino.Grassatur uia uirtutis. ¶ Et cito fieri uult:ostẽdit multa scelera illi perpetrãda esse:q modico tpis spacio magnas aggregat diuitias. ¶ Viuite contenti casulis:introducit uerba Marsi senis:& hernici uestiniq; ad filios ut contenti sint modicis rebus. Sicq; ex frugalitate antiquoꝝ uituperat sui tpis luxum.& cupiditatem. ¶ Marsus:Marsi ppli sunt Sabinis

Hernici cõtermini:de qbus abũde diximus in.iii.Saty.illic Trãslatus subito ad Marsos. ¶ Hernicus:Hernici lauinio & al-

Vestini bæ uicini erãt:dicti autore Macro.ab Hernico duce. ¶ Vestinus:uestini Sabinis & Marsis uicini sunt. ¶ Laudant

Numina hæc numina ruris.Agricolæ duodecim habebant deos:quos præcipue colebant:Iouem & tellurem Solem & lu-

ruris nam:Cererem & liberum:Robigum & floram.Mineruam & uenerem:Lympham & bonũ euẽtum.De iis Varꝛ

to.Sed nūc liberꝫ & cererē intelligit:quoꝝ bñficio mortalibus usus panis & uini datus ē:quū antea glādibus uescerent:unde est illud Virgilii.Liber & alma ceres:uestro si muneř tellus.Chaoniā pingui glādē mutauit arista. Bacchus.n.uini usum ꝑmus docuit Ceres uero frumēta inuenit:eadē molere:& cōficere in Atica Italia : & Sicilia : & ob id dea iudicata:hæc Pli.& Dio.❡ Perone tegi:ac si dicat:q in uili habitu ambulat. Est.n pero genus calciamēti ex crudo corio:quo & in bellis utebantur Virg.Crudus tegit altera po. Pers. Nauim si poscat sibi paröatus arator.❡ Peregrina purpura.Sapiēter poeta ōndit iis:qui ambitiose uiuāt:sumptus magnos esse faciēdos:& proinde Pero

Nil uetitum fecisse uolet:quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi:qui summouet euros
Pellibus inuersis:Peregrina:ignotaq; nobis
Ad scelus:atq; nefas qđ cūq; ē, purpura ducit:
Hæc illi ueteres præcepta minoribus:at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat.accipe ceras.
Scribe puer.uigila.causas age. perlege rubras
Maiorum leges:aut uitem posce libello.
Sed caput intactū buxo:naresque pilosas
Annotet:& grandes miretur lælius alas.
Dirue maurorum attegias:castella brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat:aut longos castrorum ferre labores
Si piget.& trepido soluunt tibi cornua uentrem
Cum lituis audita, pares:quod uendere possis
Pluris dimidio:nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegandæ tyberni ultra.
Nec credas ponendum aliqd discriminis inter

aīum ad uarias rapinas conuertēdum . ❡ Purpura:uestis purpurea:q̄ ex longinquo uenit : purpura aūt(ut iā sæpe diximus)est piscis:ex cuius faucibus habetur liquor aptus ad uestes tingendas : is autem capiebat̃ in mari tyrio in menynge aphricæ:& getulo littore oceani:in laconica europæ. Est ergo sensus.Hō delectatus luxu uestiū:ut magnificus uideri possit:nō dubitat: ut egregias uestes habeat:que una ambitione correptus est:oīa miscere scelera:& bonis alienis manum iniicere: oēsq; rapinas exercere.❡ Causas age: suscipe cās defendendas in foro ut lucrum facias:nam ut ait Mar.Illic æra sonāt.❡ Rubras leges.i.miniatas. nam capita legum minio solēt notari.Pers. Excepto si qđ Masuri rubrica uetauit.❡ Vitē.Centurionatū.Nā uitis cēturionū erat gestamē : q̄ pcutiebantur milites.❡ Libello:supplici: quem porrigas imperatori.❡ Sed caput ītactum buxo.Fac inquit:ut Lælius: a quo scribēdus es in militiam uideat te negligētem circa cultum corporis.nam ita te idoneum putabit militem.❡ Intactum buxo.i.pectine:q ex buxo fieri solet.Marti.Multifido buxus : quæ tibi dente datur . ❡ Alas gran.i. grandibus pilis hirsutas.Id.n.indicium ē uirilitatis:quibus aūt hirsutæ sunt alæ hircosi dr̄ ob fetorem hircinum.Persius . Hic aliquis de gēte hircosa centurionum. ❡ Dirue mauroꝝ attegias .i. mapalia:& casas:quas mauri:qui Nūmidæ a Romanis appellātur:sibi extruunt.De his Iosephus li.vii.de bello Iudaico sic scri.Quum ad festum inquit diem uenisset quo attegias in honorem Dei componi ab hominibus mos est.❡ Castella.Differt castellum ab oppido.Est.n.oppidum idem:quod ciuitas . Castellum uero īferius:ut neque ciuitas sit:neque pagus:sed medium inter utrunque:unde Pomponius Mella scri.sic. Cartinna & Arsinna sunt oppida:& Ampsa castellum.❡ Brigantum.Brigantes populi sunt in britannica:ut scri.Stra.Corne. Tacitus.iam uentum haud procul mari ad Hiberniam insulam:quum ortæ apud Brigantes discordere retraxere ducem.Sexagesimus annus.Nam tunc missio dabatur militi:quæ honesta dicebatur. Nam tres generales : ut tradit Marcellus de re militari:fuerunt missionum causæ:honesta:causaria:& ignominiosa.Honesta est: quæ tempore militiæ impleto & emeritis stipendiis datur.Causaria:quum quis uicio animi:uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur:ignominiosa causa est:quum quis propter delictum sacramento soluitur.❡ Aquilam locupletem .i.militiam ipsam opulentam.Aquila.n.insigne fuit romanorum:unde Vale.Flaccus li.vi.Romanas ueluti sæuissima:quum legiones Tisiphone regesque mouet:quorum agmina pilis:atque aquilis utrinque micant . De hoc multa superius illic.Da nunc & uolucrem sceptro:quæ surgit eburno.❡ Aut longos : sensus est : aut si forte labor militaris est tibi molestus:nec potes ferro strepitum tubarum:potes negociationē exerceř: unde lucrum tibi emergat:sicque filium instruit ad rem quāque uilissima:ut lucrum faciat.Ordo autem est. Aut pares quod possis uēdeř pluris dimidio:si te piget ferre labores castroꝝ.❡ Soluūtur uē.naturale.n.est:ut ex timore soluat̃ uēter. Cuius rei rōnem ita exponit Ari.in problematis.Calor inqt insitus nobis:quasi animans est:hic ergo rem quācūque timuerit:diffugit:qđ quum extrinsecus ratio conturbādi:atq; metuēdi inuehat̃:atq; in ima de superis defluat: & e summis ad intima se penetret:efficit̃ ut alii:& uesicæ fundant̃:facilesq; reddant̃:uñ & Macro.li.vii. satur. hic & laxamentum uentris comitat̃ timorem:qa musculi qbus claudebāť retrimentoꝝ meatus fugiētis introrsum aīe uirtute deserti laxant uincula: qbus retrimenta usq; ad digestionis opportunitatē continebantur.❡ Cornua:audita cum lituis:hoc aut dixit ex uetere cōsuetudine militiæ:nam in castris legio habebat tubicines:cornicines: & buccinatores:tubicines ad bellum uocabant miltes:& rursum receptui canentes reuocabant.Cornicines & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu conflictus & eius reditu quoties pugnabat̃ . Cornicines & tubicines canebant:hinc ergo poeta ait.Cornua cū lituis.i. cornicines cū tubicinib . nā lituus genus erat tubæ ad similitudinem litui uirgæ auguralis.Est.n.uirga breuis:in pte:q̄ robustior est incurua:q̄ augures utūtur : cuius meminit Vir.Ipse quirinali lituo:paruaq; sedebat.Succinctus trabea.Lituo pro tuba usus est. Vir. Et lituo pugnas īsignis obibat & hasta.❡ Nec te fastidia.Intelligit coria.Mar. Et detracta cani transtyberina cutis.

hircosus
attegiæ
Castellū
Oppidū
brigātes
Missionum genera
Aquila
Tubicines
Cornicines
Bucciatores
Lituus

¶ Corium:appellamus omnem pellem non modo perfectam:sed ēt recens detractam aīalī. ¶ Bonus est .o. hoc potest uideri dictum in auaritiam uespasiani:qui ut scri. Tranquil.reprehendenti Tito filio : & uectigal ēt urinæ cōmentus esset:pecuniam ex pma pensione admouit ad nares interrogās:an odore offenderetur:illo negante: at qui inquit elocutio est. ¶ Illa sententia poetæ.s.Ennii.nam uersus:q sequitur Ennianus est. ¶ Hoc monstrat uetulæ:tanta inquit est mortalium cupiditas.ut non solum patres:sed ēt uetulæ doceant puerulos has sordes:tunc precipue:quum stipem aliquam poscunt ad emenda poma.tunc enim monent uersus enniani:ut sint parci. Solēt .n. pueri assem a parentibus & famil arib. poscere.

Vnguenta:& corium.lucri bonus est odor ex re
Qualibet.illa tuo sententia semper in ore
Versetur diis atq; ipso ioue digna poetæ.
Vnde habeas:quęrit nemo:sed oportet habere.
Hoc monstrant uetulę pueris poscentibus assem:
Hoc discunt omnes ante alpha:& uita puellę.
Talibus instantem monitis quemcunq; parentem
Sic possum affari:dico uanissime quis te
Festinare iubet?meliorem prę sto magistro
Discipulum.securus abi.uinceris:ut Aiax
Prętetiit Thelamonem:ut Pelea uicit Achiues.
Parcendū est teneris:nondum impleuere medullas
Natiuę mala nequitię:cum pectere barbam
Cœperit:& longi mucronem admittere cultri:
Falsus erit testis:uendet periuria summa
Exigua Cereris tangens aramq; pedemq;.
Elatam iam crede nurū:si limina uestra
Mortifera cum dote subit.quibus illa premetur
Per somnum digitis?nam quę terraq; mariq;
Acquirenda putas:breuior uia conferet illi.
Nullus enī magni labor.hęc ego nunquam
Mandaui:dices olim:nec talia suasi:
Mentis causa malę tamen est & origo penes te:
Nam quisquis magni census pręcepit amorem:
Et lęuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare,
Dat libertatem:& totas effundit habenas

¶ Quis te festinare iubet quis cogit te tam cito urgere filium ad auaritiam quum ad id uitium sponte sua sit procliuis. Vnde sequitur meliorē presto magistro discipulum. ¶ Vinceris ut aiax præterit Thelamonem. Ironia est. Ita quidē uinceris uirtute a filio tuo:ut aiax: & achilles parentes suos uicerunt:ut sit sensus:ut illi uirtute: & pclaris operibus parentes suos uicere ita uitio auaritiæ filius tuus te superabit. ¶ Parcendum ē teneris. Est ueluti responsio parentibus conquerētibus puerulos non statim esse auaros. Ignoscendum inquit est o pater puerulis:si forte ea ætate auaritia te non uincunt:quia mala īquit huiusce cupiditatis nondum impleuere medullas: nōdū penitus infusa est extrema cupiditas. Sed quum facti erunt grandiores : tunc te auaricia supabūt tunc extrema laborabunt cupiditate falsi.n.erūt testes:&c. ¶ Nōdum impleuere medullas: rōnē affert: non esse mirandum : si statim in pueritia auaritiam non exerceāt:nōdum.n.sunt maturi : ut perfecte auaritiam possint exercere. nā mala natiuæ nequitiæ.i.naturalis auaritiæ:q̄ a natura hoī insita esse uī:nōdum impleuerūt medullas: nōdum perfecte puero inhæserunt.q.d.sata qdē sunt a natura auaritiæ semina in puero sed nondum ad maturitatem peruenerunt. ¶ Longi cultri periphrasis ē nouaculæ.i. quum cœperit radere barbam. ¶ Vēdet periuria:peierabit. ¶ Summa exigua:modica mercede:& lucro. ¶ Aram cereris : illic enim sanctissimum habebatur iusiurandum. ¶ Elatam iam crede nurꝫ:ita iam unusquisq; auaritia flagrat:ut ī periculo nouæ nuptæ sint:ne a spōsis tollantur:si dotem grādē tulerit.

Efferri ¶ Elatam:extinctam nam efferri pprie dicunť mortui:quum ad sepulchrum ferūtur. Terētius. Effertur:imus ad sepulchrum:uenimus. ¶ Dote mortifera:dote grādi:ex qua ei mors acceleretur ¶ Quibus illa premetur : cum quadam miseratione

Acōitū pronūcianda sunt.q.d.aconito infectis:ueneficium enim intelligit:qď per aconitum paratur de quo Pli.sic Cōstat oīum uenenoꝝ ocyssimum esse aconitum:& tactis quoq; genitalib. fœminini sexus aīalium:eodē die inferre mortē:hoc fuit uenenū:quo interēptas dormiētes a calphurnio bestia uxores .M. Cecilius accusator obiecit. ¶ Nā q̄ terraq; mariq;:irrisio est poetæ:nō mirꝫ est:si adolescens spōsam aconito necat dormiētem:nā sic facilius:& breuiore itinere sibi cōparabit diuitias:q̄ terra:& mari:& longinqs locis acqrēdæ forēt:sicq; mores sui tpis poeta subsannat. ¶ Nullus labor:snīa est catholica:quā pnti negocio apte poeta accōmodat: ut sit sensus. Ingēs scelus sine ullo labore perfici solet:utputa: hoīem ueneno aut ferro tollere:aut domum incendere. ¶ Nā qsqs rōnem affert q̄re filius per auaritiam tot scelera exerceat ut sit sensus & ordo. Quicunq; ingt pcepit: & imperauit cupiditatem magni cēsus filiis:& pducit pueros auaros.i.erudit & docet leuo monitu .i. sinistra : & parua doctrina:& q subaudi extrinsecus monet aut aliqd tale patrimonia conduplicari per fraudes. Dat libertatē & totas habenas effundit curriculo.i.dat ptātem adolescēti:ut rapiat.i in causa est ut(sic instruēdo) adolescēs animum suū per summā libertatem ad auaritiam applicet. ¶ Præcepit.a.i.pcipiendo infudit cupiditatem habēdi cēsus:sic autē.Mitē aīum.& amores:modicis erroribus æquos pcipit? ¶ Et q per.f.aliqui putāt hoc carmen non esse Iuue.nec oīo inserēdum neq;.n. sensum elicias nisi extrinsecus subaudias monet:ut sit sensus. Et q mōet pīimōia cōduplicari per fraudes. ¶ Totas ef.ha.curri.metaphora sumpta est ab auriga:qui currentibus equis in circo habenas relaxat.i.pater remittit habenas filio .i. omnē potestatem facit:ut per oēs auariciæ campos currat:& uagetur.

¶ Curriculo.i.adolescente per extremas sordes curreti:sic Virg.Currũ pro equo posuit.Infrenant alii currus idest Currus
equos.Et alibi.Nec audit currus habenas.i.ipsi equi non audiunt habenas:& alibi:domitant in puluere currus.i.
equos sub curribus.¶ Quem:adolescentem filium tuum.¶ Si reuoces si uelis reuocare a cursu acquirendi.i.ne tã
ta auaricia laboret.Subsistere nescit:nescit finem facere.¶ Rapit᷑:fert᷑ preceps in profundã auaritiã:perstat autẽ in
ttranslatione aurigæ currentis in circo.¶ Metis reli.tanto inquit auariciæ impetu fertur:ut nullũ sibi terminũ : aut Metæ
finẽ faciat:sed oẽs pretereat more aurigæ:q in circo metas(ut dẽt)non lustrat:sed cursu p̃terit:nã in circo duæ erãt

Curriculo:quem si reuoces: subsistere nescit.
Et te contempto rapitur:metisq; relictis
Nemo satis credit tantũ delinquere:quantũ
Permittas:adeo indulgent sibi latius ipsi.
Quum dicis iuueni stultum qui donet amico:
Qui paupertatem leuet:attollatq; propinqui,
Et spoliare doces:& circumscribere:& omni
Crimine diuitias acqre:quarũ amor in te est:
Quãtus erat patriæ deciorũ ĩ pectore:quantum
Dilexit thebas(si grecia uera)Menœceus.
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascunt᷑:& horrida bella capessunt
Continuo: tanquam & tubicen surrexerit una.
Ergo ignem cuius scintiuas ipse dedisti,
Flagrantem late & rapientem cuncta uidebis.
Nec tibi parcetur misero: trepidũq; magristrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.

metæ:de quib.diximus illic.Spaciũ lustrabit utrũ
que:metarũ:circũ quas ferebantur] aurigæ:qui eas
septies celerius circuisset: uictor dsignabat᷑.Prop.
Aut prius infecto deposcit premia cursu.Septimã
quam metã triuerit arte rota.Ordo autem est.Et
spoliare doces:& circũscribere:&c. ¶ Quũ dicis
iuueni stultũ:sensus est:pater cã est : ut filius nullũ
opus liberalitatis exerceat: sed potius ut spoliet:
& decipiat:quum dicit illum stultum esse :qui do
net amico suo:& qui propinquo pauperi subue-
niat.¶ Circũscribere:decipere:tractum ab iis:qui
longo scripturæ anfractu hominem circũligant.
¶ Quarũ.a.i.quarũ diuitiarum studiũ est ĩ te patre
tantũ:quãtũ fuit deciorum in patriã.In pe.de.hoc
est patris & filii:quorum uterque pro patria se dẽ
uouit.P.n.Decius pater consul bello latino colle Decii
ge Mãlio Torquato positis apud uescerim fluuiũ
castris:quũ utrique cõsuli somnio obuenisset : eos
uictores futuros:quorum dux in prelio cecidisset:
quũ collato cum collega somnio conuenisset : ut
cuius cornu in acie laboraret:iis diis se manibus
uoueret:inclinante sua pte secũ hostes p Valeriũ
pontificẽ diis manibus deuouit:impetu in hostes
facto.uictoriam suis reliquit.P.autẽ Decius filius
quarto consulatu cũ Fabio maximo:quũ Galli:Sã
nites:Vmbri:Tusci contra Ro.cõspirassent : ubi
exercitu in aciẽ ducto:& cornu inclinante : exemplum patris imitatus aduocato.M.Liuio pontifice hastæ isistens:
& solẽnia uerba rñdens:se & hostes diis manibus deuouit.Impetu ĩ hostes facto:uictoriam suis reliqt:corpus a col
lega laudatũ magnifice sepultũ est.¶ Menœceus:menœceus Thebanus fuit creõtis filius:q cum cognouisset p ty Menœ
resiam uatem thebas sp liberas fore:& nunq̃ capi posse:si se uoluntariæ morti exponeret:libens e mœnibus trãs- ceus
fixo pectore sup hostes sese iecit:inscio patre.Hæc ex Papinii li.x.Thebaidos.De cuius nece sic tradit.Sanguĩe tũc
spargit turres & mœnia lustrat.Seq; sup medias acies nondũ ense remisso.Iecit:& in sæuos cadere est conatus achi
uos.Cice.ẽt in primo Tusculanarũ sic scri.Menœceus uero non p̃termittitur qui oraculo edito largitus est patriæ
suum sanguinem.¶ Si græcia est uera:hoc tanquã fabulosum cõmemorat.Nã græci innumerabiles habent fabu-
las.Vñ illud est.Et quicquid græcia mendax.Audet in historia.Plini.li.viii.ca.xxi.Mirum ẽ q̃ procedat græcia ce
dulis:nullũ tam impudens mendacium:est:ut teste careat.¶ In quarũ sulcis.fabulosum illam cadmi historiã tãgit:
ut thebas patriam Menœci designet.Cadmus.n.Aegenoris filius quum post raptum Europe sororis in Boetia de cadmus
sedisset:œdificatisq; thebis:quosdam ex sociis misisset:qui ad rem diuinam aquam afferrent : nec ii redirent : ipse
profectus comperit eos a serpente iuxta fontem stabulante deuoratos:quem quum mirabundus spectaret:audiuit
uocem:fore ut ipse quoque serpens spectaretur:qđ postea accedit in extrema senectute:nam ipse una cum uxore in
serpentẽ conuersus est:occiso igitur eo serpente eius dentes accepto oraculo seuit:ex quibus homines armati orti
sunt:qui omnes statim se mutuis uulneribus confoderunt:præter qui cadmo se iunxerunt.¶ Ergo ignem : sensus
est filius tuus:cui principia & semina auariciæ ostendisti:in tantam cupiditatis rabiem missus est:ut omnes quos-
cunque possit spoliaturus sit:sed nec tu ipse tutus eris:te.n.interficiet quasi:qui cupiditati suæ obstes.¶ Leo alum.
idest filius tuus:quem hoc modo aluisti:te magno fremitu occidet.¶ Trepidum ma.alludit ad historiam sui tem-
poris.nam leo mansuetus temporibus Domitiani in theatro:magistrum:a quo fuerat educatus:lacerauit Mar.Læ
serat ĩgrato leo perfidus ore magistrum.¶ In caueam:septa:quibus feræ coercentur.Hor.Ac uelut ursus obiectos Cauea
caueæ ualuit:si frangere claros.Ci.ad Herennium.Statim sicut e cauea leo missus:aut aliqua teterrima belua solu-
ta ex cathenis uolutabit:& uagabitur.Qua similitudine cauea item appellatur ipsum theatrum.Apule.In Asino
aureo.Venus ecce cum magno fauore caueæ in ipso meditullio scœnæ circunfuso populo constitit.Vale.Flac.in
iiii.argonauticon de polluce loquẽs sic inquit.Nam nec ad ælei pugnam uidet ora parentis.Nec sonat oebalius
caueæ fauor.Nota mathematicis:est ueluti responsio poetæ ad patrem dicẽtem:nondum mortis suæ tempus ad
uenisse:ut mathematici affirmauerunt:ut dicat.Scio genesim tuam notam esse mathematicis:ac si dicat scio lõgã
tibi a mathematicis uitã p̃mitti:sed molestum est filio expectare tãtã mortis tuæ dilationẽ:te.n.iterficiet añ tp̃s ti Mathe
bi a fatis statutũ.¶ Mathematicis:mathematici non solũ astrorũ piti dñr:sed & q arithmeticæ:musicæ :& geome matici
triæ nationem callent.Nam siderali scĩa freti multis futura p̃dicebãt.μαθηματα.n.græce disciplinæ dñt latin.

ℭ Genesis tua.i.genitura tua:& qd pinde de te futurũ sit.nã hi hoĩum natiuitates:& horoscopũ cõtẽplãtes multa:ut diximus futura:pdicebãt:un Trãql.in tito:dicit̃ ẽt cognita utriusq; genitura ĩminere ambob.piculũ affirmasse.idẽ ĩ Caligula.Cõsulẽti quoq; de genitura sua.Sulla mathematicus certissimã necẽ appropinquare affirmauit. ℭ Tardas co.tardã mortẽ.Oui.Filius ante diẽ patrios inquirit ĩ ãnos.ℭ Iam nũc ob.ĩpedimẽto es filio tuo: qppe uidearis diu uiuendo bona domestica atterere:& sic ostẽdit adolescẽtẽ ĩstructũ auaricia ĩ oẽ scelus ruere.ℭ Senectus cer.i.longa:qlis ceruis attribuit̃.Pli.Vita ceruis in cõfesso longa post centũ aliqb.captis cũ torqb.aureis:quos Alexander magnus addiderat adoptis iã cute in magna obesitate.ℭ Mitridates cõpo.i.antidotũ:qle sibi mitridates rex ponti conficiebat aduersus uenẽa efficacissimũ:eius cõpositionẽ in cõmẽtario ipsius manu scriptã inuenit Põpeius in eius sanctarius:ut docet Pli.li.xxiii.ca.ix.ex duab.nucib.siccis itẽ ficis totidẽ:& rutæ foliis.xx.simul tritis:addito salis grão:& q hoc ieiunus sumat:nllũ uenenũ nociturũ illo die.Sed de hoc plura ĩ fine sextæ satyræ.ℭ Si uis aliã decer.fi.ordo est.Medicamẽ est tibi habendũ:quod aut pater:aut rex debeat sorbere ante cibũ:si uis decerpe:&c.ℭ Quod: p q letã dẽat bibere pater:quã rex.nã ita patri timendũ est aduersus insidias filio quã regi aduersus ciuium:& domesticorũ:ut ostendat patres non magis esse tutos insidiis filiorũ:quã qui regnũ possidet ab insidiis ciuiũ:sicque notat scelera sui tpis. ℭ Monstro uo.egre.ait poeta in contẽptũ auari: maiorem uoluptatem capi ex laborib.& anxietate eius:dum se multis periculis exponunt cã lucri: quã ex ludis theatralib:& scænicis.ℭ Nulla theatra:nullos ludos theatrales:q ad hoĩum uoluptates parantur.ℭ Nulla pul.nullos ludos scænicos Nam in scæna pulpita extruebantur: unde alibi. Haud tamen inuideas uati quem pulpita pascunt:lege Victruuiũ.ℭ Lauti pretoris ad ornatus triũphalẽ respexit. Nam pretor ludis theatralib.habitu triũphantis ꝑerat unde superius:Quid si uidisset pretorem in currib.altis In tunica Iouis. ℭ Multis fi.Appositio est.i.multus sacculus.Nam:ut alibi diximus:autore Pediano Sportæ:sportulæ:sportullæ:nummorũ sunt receptacula: & sacci:sacculi:facelli:& crumenæ:& uelleræ:& scortæ: & manticæ: & marsupia:ita fisci:fiscinæ:fiscellæ.Fi:cum ãt proprie pecuniæ priuatæ esse oñdit Pli.in panegyricis his uerbis at fortasse non eadem seueritate fiscum:qua ærarium cohibes:immo tanto maiore: quanto plus tibi licere:de tua quam de publico credis:fiscum tamen etiam capimus pro receptaculo pecunie publicæ:& ærario ipso:unde confiscare uerbum:quod est in ærarium referre.Nummi ponendi ad castora uigilem:cæcitatem auari ostendit:qui multis sudoribus:& periculis uitæ pecunias acquirat:quas sæpe solet amittere depositas apud trapeztas irruentibus furibus.Vigilem:propter custodes:qui tẽpore noctis excubarent metu furum.ℭ Ad ca.i.apud mensarios:qui erãt in foro:ubi erat ædes castoris:ibi.n.apud nummularios deponebant pecunias suas:quo tutiores essent.quod nostris etiã tẽporibus fieri uidemus uenetiis hocque etiam apud priscos factitatum docet multis in locis Pla tamen illic in captiuis.Ibo intro:atque intus subducam ratiũculam quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet.Aedem autẽ castoris & pollucis fuisse in foro ostendit Diony.Huius autem inopinatæ:admirabilisque apparitionis:cum signa adhuc Romæ multa:tum uero est ædes pollucis:& castoris quam super foro extruxit ciuitas:ubi uisa sunt illorũ simulachra.ℭ Ex quo mars:scri.Tranquil.Augustum publica opera plurima extruxisse:ex quibus precipua forum cum æde martis ultoris: fori extruendi causa fuit hoĩum & iudiciorum multitudo: que uidebatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere.Aedem marti bello philippensi ultõe paterna suscepto uouerat.Temporib.igitur poetæ:nũmularii:qui in foro residebant:spoliati omnem pecuniam apud se depositam amiserunt:adeo: ut dicat poeta:iam ex quo forum maritis spoliatum est pecunias ad alterum forum:castoris esse deponendas.ℭ Galeã quoque perdidit.nam fures quum nũmularios diriperent ne ipsi quidem marti pepercerunt.nam ei insignia sua abstulerunt.ℭ Ergo: omnia floræ: quum ergo inquit:tam uariis laborum:& periculorum fluctibus auari uita agitetur: potes relinquere ludos florales.Cereris:& megalesiacos ex quibus non tantam spectandi uoluptatem capies:quantam ex negociis:& incommodis auari.ℭ Omnia aulæa:omnes ludos theatrales:ĩ quibus aulæa tenduntur:& alia uela quum ad arcendum solem:tum ad decorandos ludorum apparatus.ℭ Floræ: flora quum opes imensas: qstu meretricio acquisiuisset: Populum Roma. moriens hæredem reliquit cum magna pecunia:ex cuius annuo fœnore suus natalis dies celebraretur:editiõe ludorum quos appellant floralia:de iis multa Lactantius & nos apud Persium illic.Nam ut floralia possint.Aprici meminisse senes.Ludi autem uoluptuarii erant:& iocosi: & cum omni lasciuia celebrabantur conuenienti memoriæ meretricis.nam præter licentiam uerborum quibus omnis obscœnitas effunditur:exuuntur etiam uestibus:populo flagitante:meretrices.De quibus meminit & Valerius libro secundo capi.de maiestate.Catone ludos floriales spectante: populus: ut mimæ nudarentur postulare erubuit.Martia. Nosses iocosæ dulce cum sacrum floræ,Cur in theatrum cato seuere uenisti.

Antidotum

Fiscus

Aedes castorũ

Aedes Martis

Floralia

Nota mathematicis genesis tua: sed graue tardas
Expectare colos: morieris stamine nondum
Abrupto: iam nunc obstas: & uota moraris:
Iam torquet iuuenem longa: & ceruina senectus.
Ocius Archigenẽ quęre: atq; eme: qd Mitridates
Composuit: si uis aliam decerpere ficum:
Atq; alias tractare rosas: medicamen habẽdum ẽ:
Sorbere ante cibum qd debeat aut pater: aut rex.
Monstro uoluptatem egregiam: cui nulla theatra:
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti.
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus: ærata multus in arca
Fiscus: & ad uigilem ponendi castora nummi.
Exquo mars ultor galeam quoq; perdidit: & res
Non potuit seruare suas ergo omnia floræ.

¶ Et cereris: hoc est ludos cereris: q̄ cerealia dñr: q in circo currētib. eqs celebrabant̃. Cor. Tacitus. Vtq; circensiũ cerealiũ ludicrũ pluribus equitũ cursib. celebraret̃. Oui. in. iiii. fasto. Circus erit pōpa celeber: numeroq; deorum. Primaq; uentosis palma petetur equis. Hic cereris ludi: non ē opus indice causæ. ¶ Aulea cybeles: ludos in honorem cybeles magnæ matris deũ dictos megalæsiacos απο της μεγαλης μητρος hoc est a magna matre: quos instituit Iunius Bru. extructa ede in palatio: autor Liui. lib. vi. de bello macedonico. ¶ Tanto maiores: licet inquit ex hmõi ludis summa capiatur uoluptas: tñ eos potes relinquere: q̄a humana negocia maiores sunt ludi: & maior delectatio spectandi: ut sit ordo: humana negocia sunt tanto maiores ludi: ac si dicat multo maiores ludi: & maior uoluptas. ¶ An magis oblectant: comparatione ostēdit minorē capi delectationē ex artib. ludicris q̄ ex uita auari. nam quum eius negocia cōtēplaris habebis qd' multũ rideas quodq; te plurimũ delectet: hæc āt iterrogatio: q̄ affirmatiue fit: uim hēt negandi: ut iteremi hominē. i. nō interemi: cōtra q̄ negatiue profertur: affirmat: ut nō cœpi hostē. i. cœpi: ē āt sensus. An maiorē affert uoluptatē petaurus ĩ theatro: quũ corpus suũ iacit per circulos: uel funambulus qui gradit̃ p funē: q̄ tu o auare: qui nauigas pp opes maiorē piculo uitæ q̄ petaurus: & funābulus ludant ĩ theatris. ¶ Iactata: missa p circulos: ut uĩ significare. Mar. Quid si p graciles uias petauri inuitũ iubeas subire ladā. Et alibi. Quā rota trāsmisso totiēs ĩpacta petauro: nā petauꝝ ludum eē uolũt: quũ aliqs p circulũ admodũ angustũ agiliter trāsuolat: pcedentib. manib. cũ reliqua corporis pte: ita ut circulũ non tangat: & in pedes psiliat: tanta ē corporis agilitas qd' aliqñ me uidisse memini uñ pentauristæ sunt denoĩati q ludũ exercerēt. Nonius ait a ueterib. appellatos petauristas q saltib. uel scœnis leuiorib. mouerent̃. Var. de Vita patrũ lib. ii. Galli & Germani petauristæ. a πετάζω qd' est extendo & pādo: uel a πέτω qd' est uolo: & αυρα: aura uident̃. n. per aerē uolare. ¶ Descēdere funē: piphrasis ē funambuli q p funes ambulāt idē funerepus noĩatur. ab Apuleio a fune & repo græce Schœnobates dr̃. ¶ puppe cori. i. in caue errabunda: & ppemodũ pdatoria: quum oĩ cōtento piculo lucra huc & illuc nauigādo sectaris quo more errant piratæ cilices: sicq; auaꝝ lucri studio tanq̄ piratam uult itelligi. Cilices. n. piratæ fuerũt sæuissimi: quos Pōpeius intra quadragessimũ diē pœnitus sustulit. Coricios aũt appellauit a Corio oppido ciliciæ eiusdē noĩs est pro montoriũ: & portus: & antrum: illinc optimũ crocũ hētur: ut docet Pli. Coricum ēt antrum nymphaꝝ fuit celeberrimum: & formosissimũ: autore Stra. ĩ monte parnaso. ¶ Coro: uentus est: q ut docet Pli. li. ii. c. xlix. flat ab occasu solstitiali: quē græci Argestem uocant. ¶ Perditus: oĩ rōne destitutus. ¶ Olentis sacci: merciũ olentiũ q̄ saccis iserciunt̃: crocum aũt intelligit: nā sicilia: ut autor ē Stra. frumentum: crocum: mel: pecora pelles: lanas: ĩ urbem mittebat. Et siccaniũ crocũ appellat Papinius in Syluis: ¶ Passum pingue: proprium est epitheton passi. Est. n. genus uim: qd' olim ex creta mittebatur ex uua: quam stican græci: nos apiam: & sirpulam appellamus: fit pluribus modis: sed diligentiores uuas siccant sole: donec paulo amplius dimidium pondus supsit: sicq; a patiēdo sole passum denoĩatur lege Pli. & Colu. Varronem: & Palladium. ¶ Cretæ antique: aut nobilis: aut longi temporis: quum ibi natus sit ipse iuppiter: qui totius mundi moderator habebatur. Insula est in mari ægæo centum urbium: ut tradit Pli. clarissima fama: unde Virg. Creta iouis magni cētũ digesta per urbes: nam illinc in ida iuppiter natus est: & nutritus a nymphis: & capra amalthea adhibitis Curretibus. ¶ Municeps io. Ex ea patria: qua fuit & iuppiter nam municipes appellant tam poetæ q̄ oratores eiusdē loci cultores: quasi qui idem munus capiāt. Vnde Vlpia. li. i. digestorũ scri. municipes dici suos cuiusq; ciuitatis: utputa campanos puteolanos. ¶ Hic tamen: ostendit auarũ infœliciorem esse quam funambulum. hic enim solo labore ambulandi per funem parat sibi uictum & uestitum: nec aliud amplius querit. Ille uero insatiabilis p oĩa maria discurrit inhonesto diuitiaꝝ studio. ¶ Hic. s. funambulus. ¶ Illa mercede: quā cōseqtur a spectatorib. ¶ Cauet: uitat. ¶ Talenta: quod nos talentum: græci ταλαντον uocant a pondere & trutina pondus uero uarium fuit nam talentum magnum atticum octoginta tres habet libras paruum uero sexaginta autor Priscianus. Apud Romanos uero talentum autore Seruio septuaginta fuit libraꝝ Plinius ex auctoritate Varronis scrib. li. xxxiii. cap. iii. talētũ ægyptium pondo octoginta patere. Erat preterea talentum rhodium quingentorũ denarium erat talentum euboicum quattuor miliũ denariorũ romanoꝝ. Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. ¶ Aspice portus cum indignatione dictum satyrica. ¶ Magnis tribubus: magnis nauibus cōpactis ex trabib. Persius. Quin trabe fracta. ¶ Plus hoĩum in pelago: Dictum in detestationem auariciæ: cuius impulsu homines in pericula se demittunt manifestissima. ¶ Veniet classis: unusquisque non timet eo nauigare: unde aliqua sit sibi spes lucri. ¶ Carpathium mare: quod est inter Rhodum: & ægyptum a Carphato insula denominatum: quæ una est ex sporadib. ¶ Getula: lybica: nam getulia pars est aphricæ mauritaniæ contermina: dicta a Getulia: Vulcani filia.

Et Cereris licet & Cybeles aulęa relinquas:
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora? quiq; solent rectum descendere funem?
Quam tu: curytia semper qui puppe moraris:
Atq; habitas coro semper tollendus: & austro
Perditus a siculis sacci mercator olentis:
Qui gaudes pingue antiquę de littore cretę
Passum: & municipes iouis aduexisse legenas:
Hic tamen ancipiti figens uestigia planta
Victum illa mercede parat: brumāq; famemq;
Illa reste cauet. tu propter mille talenta:
Et centum uillas temerarius aspice portus:
Et plenũ magnis trabibus mare, plus hominũ ē iā
In pelago. ueniet classis: quocunque uocarit
Spes lucri: nec carpathium, getulaq; tantum

Cerealia

Megalesia

petaurus

Funerepus

Schœnobates

Passum

Creta

Talētus

Carpathus

Aequora tranſiliet:ſed longe calpe relicta
Audiet herculeo ſtridentem gurgite ſolem.
Grande operæ precium eſt:ut tenſo folle reuerti
Inde domum poſſis:tumidaq; ſuperbus aluta
Oceani monſtra & iuuenes uidiſſe marinos.
Non unus mentes agitat furor.ille ſororis
In manibus uultu eumenidū terretur:& igni.
Hic boue percuſſo mugire Agamennona credit:
Aut Itacum.parcat tunicis licet: atq; lacertis
Curatoris eget:qui nauem mercibus implet
Ad ſumū latus:& tabula diſtinguitur unda,
Quū ſit cauſa mali tanti: & diſcriminis huius
Conciſum argentū in titulos: facieſq; minutas.
Occurrunt nubes: & fulgura: ſoluite funem
Frumēti dominus clamat : piperiſq; coemptor.
Nil color hic cœli: nil faſcia nigra minatur.
Aeſtiuum tonat infœlix.ac forſitan ipſa
Nocte cadet fractis trabibus : fluctuq; pmetur
Obrutus:& zonam leua:morſuque tenebit.

Calpe

❡ Sed longe calpe relicta:ſenſus eſt.Etiam in oceanum exibit ex gaditano freto.Nam calpe mons eſt hiſpaniæ:q̄ occurrit nauigantibus in oceanū alto cacumine:ad radices hēt oppidū Calpē:quod Thimoſthenes:ſcribit cōditū fuiſſe ab hercule:& olī appellatum Heracleā.Illud autem obſeruandū: quod & Priſcianus miratus eſt lib.vi.Iuue. Calpe ablatiuū corripuiſſe:quū ſit ſimile hoc nomen penelope.Arachne Calliope:q̄ noīa nunq̄ corripiunt͛: quū.η. littera græca ſp in e:longā uertat͛.❡ Solē ſtridētē:hoc ē ex ſnīa poſſidonii:qui autore Strabōe ait.Solē ī finitimis oceani littoribus maiorē occidere:ingenti ſtrepitu:ac ſi in illo reſtringendo pelagus efferueſcat:unde Statius in genethliaco Lucani.Summis oceani:uides ī undis. Stridoremq; rotæ cadētis audis.❡ Gurgite herculeo:oceano ethlantico:quod eſt extra colūnas

Abila

Herculis.colūnas āt appellāt Abilā & Calpē mōtes:qb.ſciſſis oceanus ab occaſu ſolis irrūpes leuo latere Europā tradit:aphricam dextero:atq; iter maures funditur:& hiſpaniā.❡ Grande operæ preciū eſt inſultat auaro per ironiam.❡ Operæ precium.i.uoluptuariū & utile:ſumptū ab operariis:quib.poſt opus ſuaue eſt pmiū laboris ſui accipere.

Aluta
Oceani
Monſtra

❡ Tēſo folle.i.pleno marſupio.❡ Tumida aluta:idē eſt.i.plena crumena ex aluta facta.Aluta enim pro omni pelle molli accipit͛.❡ Oceani monſtra : ſcribit Plini.li.ix.In oceano gaditano marinum hominem toto corpore:abſoluta ſimilitudine aſcendere nauigia nocturnis tēporibus: ſtatimq; degrauari:quas īſederit partes.Itē circa littus lugdunenſis prouinciæ trecentas amplius beſtias miræ uarietatis : & magnitudinis a reciprocante deſtitutas oceano:præterea legatos uliſiponenſium nūciaſſe Tiberio Cæſari uiſum auditumq; quodā in ſpecu concha canentē tritonē: & in littore Santonum elephantes & arietes candore tm̄ cornib.aſſimilatis:ac nereidas multas uiſas fuiſſe:itē multa alia monſtruoſa.❡ Nō unus mētes agitat: plurima ingt ſunt ſtultoꝝ genera: alii.n.aliis modis inſaniunt:ſed auarus quoq; inſania uexatur:quū ſtudio acquirendi tot ſe exponat periculis.❡ Ille ſororis:oreſtem intelligit : q

Oreſtes

poſt necē maternā tanto furore correptus ē : ut Eumenides expaueſceret.Nā ſibi uidebat͛ uidere furias armatas ſerpentib.faces intētare ardētes:mox a pyladē in tauricā regionē pductus ab Iphigenia ſorore ſacerdote dianæ purificatus ē:quū adhuc in eius ſinu tale periculamētū timeret.❡ Eumenidum.i.furiaꝝ infernaliū:dictio eſt græca:nā ευμενησ mitē:& beniuolum:unde per cōtrariū dicimus īmites:& maliuolas.❡ Et igni.i.facibus ardentibus.❡ Hic boue.i.Aiax thelamonius:qui ſupatus ī armorum iudicio ab Vlyſſe in furorem eſt conuerſus:ita ut ſumpto flagro ī boues ſæuiret:quos p inſaniam putabat eſſe mō Vlyſſem:mō Agamēnonē:cuius iudicio offenſus erat.❡ Curatoris eget:ac ſi dicat:& ille qdē furioſus eſt : qui nauigat:& proinde curatoris eget.Nā curatores dant͛ nō ſolum pupillis:ſed & furioſis & pdigis:ſed differētia magna.Nam pupilli curatori reꝝ oīum adminiſtratio duobus reliqs ſola cuſtodia & reꝝ:q̄ deteriores futuræ ſunt:uēditio cōmittitur:hæc Vlpia.uñ ē illud Oratianum de inſano.Interdicto huic omne adimat ius pretor:& ad ſanos erat tutela propinquos.❡ Et tabu.di.unda:corrigēdus eſt locus ut legas unda & non uda:ut ſit ſenſus: diſtinguit unda.i.mari tabula.i.craſſitudine tabulæ.❡ Cauſa tanti ma.nā a nūmo prima(ut docet Pli.)eſt origo auariciæ excogitata fenore:queſtuoſaq; ſegnitia.❡ Conciſum argen.in titu.periphraſis eſt pecuniæ:que tota uariis eſt ſignata

Bigati
q̄driga⸗ti
Victo⸗riati
Nummi

imaginibus:& titulis:ut pecude:unde pecunia nominata:iano:naui:uictoria:bigis:quadrigis:& inde bigati : quadrigati:& uictoriati nūmi dicti:hi autem erant ex argento.Nota æris fuit ex altera parte Ianus gēinus:ex altera roſtrum nauis.Lege Pli.li.xxxiii.ca.iii.❡ Occurrunt nubes:tanta eſt auari cupiditas : ut licet cuncta tempeſtatem minent͛:tamen imperat:ut nauigetur:poſſet inquit abſterrei occurrentibus nubibus:& fulguribus:ſed ille ingt nautis ſoluite funē.❡ Soluite fu.i.portu exite:ſoluta naui.❡ Aeſtiuum tonat : non minantur inquit hæc tēpeſtatem:ſed tonitrua ſunt:qualia æſtate:& nominatiuus eſt caſus abſolute poſitus:ut ſit:æſtiuū tonat.i.res æſtiua:& qualis ſolet æſtate.ſic etiam dicimus cœlum tonat.Virg.Cœlum tonat cē fragore.❡ Infœlix:cum miſeratione dictum.

Aurū
in zonis

❡ Zonāq; tenebit.i.cingulum:græca eſt dictio ζονη. Nec ſine ratiōe ait zonam teneri:nam priſcis tpibus auro monetali zone ornabantur ita ut magni eſſent pcii:unde ē illud apud Mathe.in euāgelio cap.x.Nolite poſſidere aurum neq; argentū neq; pecuniā in zonis ueſtris. Gracchus in oratione quā habuit de parſimonia & pudicitia ſua reuerſus ex Sardinia.Itaq; inquit.Quirites quū Romā pfectus ſum zonas quas plenas argenti extuli eas ex prouincia inanes retuli.Tranquil.in uitelio zona ſe aureorum plena circundedit.Apule.in.vii.meta.loquens de quadā plotina ſic.Et auro monetali zonis refertis incincta . Aelius Lampridius in uita Alexandri.Miles non timet niſi ueſtitus armatus calciatus & ſatur & habens aliquid in zonula.❡ Leua zonam.n.teſtebit ſiniſtra dextra uero natabit.

❡ Sed cuius uotis. Sensus est. Auaro cui omne aurū: quod usq̄ est: non sufficit: necesse erit fracto naufragio cōtentus sit exiguis pānis uelantibus inguina. ❡ Tagus: amnis hispaniæ q: ut tradit Soli. ob arenas auriferas cæteris amnib. prefertur. ❡ Pactolus: lydiæ fluuius est: & ipse arenas ferens aureas. ❡ Picta tēpestate: nā moris erat: ut naufragi in ta bella ab humeris dependente ferrent pictum naufragiū suū mēdicantes: unde Persius. Cātas quū te fracta in trabe pi ctū. Ex hūero portes. ❡ Tantis. pta malis. i. res partæ tantis incōmodis: miserā ostendit auari solicitudinē circa res p tas: dū timet: ne sibi surripiantur. ❡ Misera est: miseriarū plena ē: & solicicitudinū. ❡ Dispositis prediues armis. Men dosi codices habēt hamis nos uero correximus ar mis: auarus enī dispositis armis res suas custodit: ñ hamis quod alii inepte exponunt: quib. fures cape rentur: & per Synaliphen excluditur es sicut apud Lucretiū: ubi de obore disserit. Verū aliis alius & magis est aiantib. aptus. Vir. in buco. Ille latus ni ueum molli suffultus hiacyntho. Mart. Sardoni cas smaragdos adamantas: iaspidas uno. Virg. in geor. Aut ouium fœtus: aut urentis culta capellæ. ❡ Cohortē seruorū: luxuriā Romanorū ostendit: qui ut scribit Plinius: tantum seruorū numerū ale bant: ut iustū exercitū diceres. Præterea docet non alibi grauiores eē curas: q̄ ubi maiores opes sunt. ❡ Licinius pro quocunq; diuite ponitur. Nā Li cinū diuitē fuisse diximus illic. Ego possideo plus: pallante: & licinis. De licino itē Persius. Nunc lici ni in campos: nunc crassi mittit in ædes: ubi de eo multa recitauimus. Mar. Altaq; cū licinis marmo ra puluis erunt. Eiusdē meminit Seneca in epi. Li cinū diuitiis. Apiciū cœnis. Mecœnatem delitiis p uocat. ❡ Electro. i. uasis suis ex electro. Est autē ele ctrū aurū habens quintā portionē argēti. Electrū etiā idest quod alio nomine succinū uocamus: qd' ex arboribus manat: hæc Pli. ex cuius autoritate nos multa ante. ❡ Phrygiaq; colūna. i. ex marmo re synadico: q phrygiū est: ut scri. Stra. & pcio um. De quo Tibullus. Quidue domus prodest phry giis innixa colūnis. Atq; ebore: pro suppellectile ebore ornata. Vsurpabat' enī ebur: cū ad lacunaria ornanda: tū ual uas: & ad alia domus ornamēta. Proper. Et ualuæ lybici nobile dētis opus. ❡ Lata testudine: hoc ē lectis discubito riis: q putaminib. testudinū integebant'. Nā Carbilius pollii: autore Plini. prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii instituit testudinū putamina secare in aminas: lectosq;: & repositoria his uestire. ❡ Dolia nudi nō: ostendit poeta exēplo Diogenis cynici paupertatē: hoc ē eū: qui pauca possideat: & q nihil cupiat fœliciorē eē diuite auaro. ❡ Dolia uasa: sunt argillacea nō tā uinaria: & aquaria: q olearia. Pli. li. xv. Dolia olearia: cadosque imbui amurca: ne bibant oleū. Ter. Dolia omnia releui. ❡ Nudi cynici. i. Diogenis: q ita diuitias cōtēpsit: nullā in his prorsus fœlici tatē reponens: ut ne qdē ad bibendū poculū uoluerit: quū natura id ei prestitisset manib. concauis aquā suggerētib. & quū datis litteris ad artificē (ut scribit Laertius) posceret sibi cellulā: isq; serius id efficeret: doliū pro domo habue rit: unde illd ē in laudē Diogenis apud Seneca. Quomodo oro te cōuenit & ut Diogenē mireris: & Dædalū: uter ex his sapiens tibi uidet': qui sertā cōmentus est: an ille qui quū uidisset puerū caua manu bibentē aquā: fregit proti nus exemptū e perula calicē: hac obiurgatione sui quādiu homo stultus superuacuas sarcinulas habui. Qui se cōpli cuit in dolio & i eo cubitauit: unde & illud Ausoni. Diogenes cui parua penus: cui dolia sedes. Ad manes abiit: cer berus inde uetat. De Cynicis itē superiore saty. abunde dictum est illic. Et qui nec cynicos: nec stoica dogmata legit. ❡ Non ardent: erant enim terrea: unde sequitur in illa testa. ❡ Cōmissa: coniuncta: unde commissuras appellamus iuncturas lapidū. ❡ Sensit Alexander. Sensus est. Alexander facile animaduertit quantū fœlicior esset Diogenes in illa paupertate: quia nihil cuperet q̄ ipse esset: qui multa appeteret: & totius mundi imperiū affectarent. Ferūt enim eū: quum corinthum uenisset: illicque offendisset Diogenē: & ab eo non salutaretur: ad ipsum accessisse: rogantique ut si qua sibi præstari uellet: īdicaret: nunc quidē paululū inquit uelim a sole absis: offecerat uidelicet apricanti: qui bus uerbis docuit continentiam suā nullis diuitiis superari posse. ❡ In illa testa: in illo dolio: quod: ut diximus ar gillaceū erat. ❡ Magnū habitatorem: ipsum diogenē tam excellentis animi: utpote: q oēs diuitias prorsus contēne ret'. ❡ Posceret sibi. Nā Alexander tāta gloriæ cupidine flagrauit: ut Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Demo criti præceptoris innumerabilis mundos referenti. Heu me miserū dixerit: quod nec uno sum potitus: unde superius Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis ❡ Passurus: cui adhuc nō minora præteritis subeunda essent pericula. ❡ Nul lum numen habes. Hoc supiorib. coniungitur. Diogenes quū in tanta uersabatur inopia: poterat uideri sæuissimis fortunæ fluctibus agitari: sed re uera inquit Diogenes tanta fuit animi prudentia: ut fortuna quā nos parū pruden tes deam facimus: uires suas in eum nunquam exercere potuerit: quominus esset & felix: & fortunatissimus. Nā pru dentia sua fortunam superauit. Is enim fortunam superare dicitur: cuius uita rationis ductu gubernatur: unde osten dit Iuuena. fortunam nullam habere potestatem in hominem: si ratione: ut Diogenes: regat'.

Sed cuius uotis modo non suffecerat aurum:
Quod tagus: & rutila uoluit pactolus arena,
Frigida sufficient uelantes inguina panni:
Exiguusque cibus: mersa rate naufragus assem
Dum rogat: & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura maiore: metuque
Seruantur. misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues hamis uigilare cohortem
Seruorum noctu Licinus iubet: attonitus pro
Electro: signisque suis: phrygiaq; columna.
Atque ebore: & lata testudine. dolia nudi
Non ardent cynici. si fregeris, altera fiet
Cras domus: aut eadem plūbo comissa manebit.
Sensit alexander testa cum uidit in illa
Magnum habitatorem, quanto fœlicior hic: qui
Nil cuperet: q̄ qui totum sibi posceret orbem:
Passurus gestis æquanda pericula rebus.

Marginal notes: Licinus · Electrus · Dolia · Cōmissuræ

Nullum numen habes si sit prudentia:sed te
Nos facimus fortuna deam.mensura tamē quę
Sufficiat sensus:si quis me consulat,edam.
Inquantū sitis:atque fames:& frigora poscunt:
Quantū epicure tibi paruis suffecit in hortis:
Quantum socratici cœperunt ante penates.
Nunquam aliud natura:aliud sapientia dicit.
Acribus exemplis uideor te claudere:misce
Ergo aliquid nostris de moribus:effice sūmam
Bis septē ordinibus:quā lex dignatur othonis.
Hæc quoq; si rugā trahit:extenditque labellū.
Sume duos equites:fac tertia quadringenta.
Si nondū impleui gremiū:si panditur ultra,
Nec chrœsi fortuna unq̄:nec persica regna
Sufficient animo:nec diuitiæ Narcisci:
Indusit cæsar cui claudius omnia:cuius
Paruit imperiis uxorem occidere iussus.

¶ Nullū numen habes.i.nullā potentiā.Nā numē dicit᷑ ꝓprie dei potētia:ut legēdū sit habes:& nō abest:Nam ser
mo est ad fortunā.¶ Si sit prudētia.i.si hō usu rōnis guberneт᷑.Nā prudētia uirtus ē q̄ in delectu cōsistit bonoꝝ &
maloꝝ:ut ondat fœlicioris uitæ uiā inuenisse Diogenē p prudētiā.¶ Nos faci te deā.Adeo inqt nos cæci sumus:
ut si qd nobis uel bn̄:uel secus cesserit:fortunæ numini assignemus:nec id putemus accidisse:aut prudētia:aut igno
rātia nostra.¶ Mēsura ta.uerba sunt ad auaꝝ.Si tū inqt uult scire auarus q̄tū sibi sit appetēdū:id appetat:ꝙ necessa
riū tantū sit:ut ostēdat illū:q rebus necessariis cōtētus nō sit:nullo mō beatū eē posse quū assiduo cupiditatis fluctu
agitet᷑.¶ Eadē:dicam.¶ Inquātū.i. tantū sufficit
q̄tū sitis:& fames:& frigora poscunt.i.uictus:& ue
stitus.¶ Epicure ti.Epicurus licet summū bonū po
Epicu-rus neret in uoluptate:tū tenui uictu cōtētus fuit.Nā
ut scri.Laertius:aqua tm̄ & cibario pane contētū
se eē testat᷑.¶ Paruis hor.Nam athenis:ut docet
Pli.li.xix.hortos habuit quos prius instituit:uñ &
hortoꝝ magister ē appellatus.Nā usq; ad eū mo
ris non fuerat ī oppidis hēri rura.¶ Penates so.i.
ipse Socrates & deinceps secta socratica:qui rebus
naturæ necessariis uixerunt contenti.¶ Cœperūt
apprehenderunt.¶ Ante.Nā Socrates ante Epi-
curꝝ fuit.¶ Nunquam aliud na.Diluit ea:que sibi
obiici poterant ab Auaro ea.s.que proposuerit ad
suadēdam frugalitatē eē ex preceptis philosophi
cis:que doceat mediocritatem omnibus in rebus
eē tenēdā.Ait ergo poeta:id etiā naturam dicere
ꝙ & philosophia dicit:nec nunquā naturā a phi-
losophia discrepare:que.n.philosophi dn̄t a natu
ra omnia prompta sunt:ea.n.nobis oīum uirtutū
ueluti igniculo:& semina dedit:ut q naturā:hoc
est prīa illa naturæ semina secutus fuerit:nunq̄ ab
errauerit.Est.n.natura ut docet Ci.i lib đ na.deo.
uis quedā:siue ratio ciēs motus in corpibus neces-
sarios.¶ Videor te clau.fortasse inquit uideor te
efficacibus exemplis ad nimiā te cogere frugalita
tē.Idq; tibi minime est gratū.¶ Acribus exēplis:
efficacibus:q̄ tibi protuli:& Epicuri:& Socratis ad bn̄:hōesteq; uiuēdū.hoīes.n.melius exēplis instituūt᷑.¶ Claude
re cogere.¶ Misce ergo cū indignatōe:dicunt᷑ hæc a poeta:si p̄cepta inquit mea:& exēpla tibi grata non sunt:se-
quere ergo affectus & mores humanos:qui sunt:ut hæc bona tpalia oī studio sequant᷑:& diuitias cōparemus.Sic &
Persi.indignatus in auaꝝ:quē insatiabilē uidet:exclamat.Vende aīam lucro:mercare:atq; excute solers.Oē latus
mūdi ne sit te ditior alter.¶ Misce:tracta:agita.¶ De mo.no.scdm mores nostros:& affectus humanos q illuc oīo
tendere uidentur:ut opes cōparentur.¶ Effici summā:cōpara tibi quadringenta sestertia:quā summā.qui habebat
eques erat Romanus:& in.xiiii.gradu theatri poterat sedere:de qua re plura diuersis locis:sed maxime diximus il
lic.Si libitū uano:qui nos distinxit othoni.¶ Lex othonis:legem enim tulerat Roscius otho:ut diximus superius:
neqs in quattuordecim gradib.sederet nisi qui summam quadringentorū sestercium haberet.¶ Hæc quoq;.i.si hæc
summa adhuc tibi satis non est sume:tibi summa quorū equitū:& id si paꝝ tibi uidetur sume trium.Sed hoc te uo
lo scire:illum nulla diuitiaꝝ magnitudine expleri posse:qui rebus necessariis non sit contentus:iuxta illud Claudia
ni li.i.in Ruffinum.Semper inops quicunque cupit.¶ Et rugam trahit:metaphora sumpta a sacco:qui quū plenus
non sit rugam trahit.Imitatio est Persii.Iam decies iam mihi quarto:iam redit in rugā.¶ Extēditq; labellū:sump
tum ab iis:q tanq̄ famelici labra oris extēdūt ad cibū capiēdū.¶ Fac tertia:si adhuc octingentis sestertiis non es cō
tentus sume mille & ducēta:ut sit sūma triū eqtum.¶ Sed(ut dixit)hæc cū stomacho sunt legenda.¶ Si nō ipleui
gre.hæc cū inferiorib.cōiūgunt᷑:ut sit sensus.Si adhuc nō potuit te his diuitiis saciare:ut adhuc alias uelis:nec fortu
na unq̄ Chrœsi:nec regna psica:nec diuitiæ Narcisci sufficient aīo tuo.i.nulla opum magnitudo poterit aīum tuū
explere:bn̄ autē aīum dixit:aīus.n.hoīes diuites:non arca facit:& ita ostēdit auarū insaciabilē pēitus eē.¶ Gremiū:
perstat in metaphora uestis.¶ Vltra.i.si adhuc plura q̄ris.¶ Fortuna chr.Hic ē ille Chrœsus lydoꝝ rex.De quo plu
ra diximus in.x.saty.illic.Regem transeo ponti:& Chrœsum.¶ Regna psica.Diuitiæ psice:reges.n.persaꝝ:quales
fuere Xerxes:& Cyrus mira extitere potentia:opibusque amplissimis.¶ Diuitiæ Narcissi:libertoꝝ duos precipue
suspexit Claudius Cæsar Narcissum:& pallantem decreto quoque senatus non premiis modo ingentibus:sed & q̄
storiis:p̄toriisque ornamētis ornari libenter passus est:tātum p̄terea acquirere:& rapere:ut querēte eo quondam de
fisci exiguitate:non absurde sit dictum abundaturum:si a duobus libertis in cōsortium reciperetur.De iis Trāquil.
& tacitus meminerunt.¶ Indulsit oīa:concessit:& permisit oīa.Nam ut dixi:multis rapinis locupletati sunt.¶ Cu
ius imperiis.s.Narcisci ut sit ordo.Cuius imperiis Claudius paruit iussus occidere.Mesalinam uxorem:ut ostendat
tanta autoritate narcissum fuisse apud imperatorem:ut quodāmodo uideretur ipsi principi imperare.Nam ei autor
fuit ut uxorem interficeret depræhensam in adulterio cum Silio:cui daturus erat uēiam:nisi narcissus cædem ei ma
turauisset:immissis centurionibus:& tribuno cuius ictu & transfixa est in hortis Lucillianis.

Immanes ritus egyptus improba seruat

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra.XV.

Quis nescit Volusi Bithinice q̄lia demēs
Aegyptus portenta colat? crocodi
lon adorat
Pars hęc: illa pauet saturam serpentibus ibim.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci:
Dimidio magicę resonant ubi mennone chordę:
Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis.
Illic ceruleos, hic piscem fluminis: illic

Quis nescit Volusi. Hæc satyra Volusium Bithinicum amicum suum alloquitur detestans nō sine quadam miseratione odium mutuū: & feritatem ægyptiorū: quos ait tanta animorū dissensione inter sese seuire: ut calcata omni humanitate in mutuā perniciē ruant: unguibusque: & dētibus se lacerent: & absumant causamq; tanti odii ostendit esse ex diuersa superstitione: & multiplici deorū cultu: simulq; ridet eorum superstitionē: qui animalia bruta colant: & homines necēt: & comedant. Satyra inscribitur de feritate ægyptiorū. ¶ Qualia portenta. Nam ægyptii uniuersi colunt quedā animalia: quēadmodū ex terrestrib. tria bouē: canē: felē. Ex uolatilibus accipitrem atque ibī. Ex aquatilibus duo lepidotū piscē: & oxyrynchum. Sunt alia q̄ quisque seorsum colit: ut Saitæ & thebani ouē. Latū uero: qui piscis quidam est in nilo Latopolitā. Cepū Babylonii: qui sunt iuxta mēphim. Caprā & Hircum Mēdesi. Murē Araneum athribitæ. Aquilā thebani. Item alii aliud. Itaque ægyptiorū mentibus adeo superstitio hæc īhæsit ut premente aliquando ægyptios sane plures ab humana carne ob inopiā cibi non abstinerēt: alia lia sacra intacta relinquerent. De quo cultu sic meminit & Ci. in. v. Tus. Aegyptiorū morē qs ignorat: quorū ibutæ mentes prauitatis erroribus q̄uis carnificinam prius subierint q̄ ibim: aut aspidem: aut felē: aut carnē: aut crocodilū uiolent. Quorū etiam si īprudentes quippiam fecerint: penā nullā recusent: unde Quū quidā etiā romanus felam per īprudētiā occidisset: ad domū eius a plebe cōcursum est: neque ab regiis ad id missis principib. neque Romanorum timore a pœna homines absterreri potuerunt. ¶ Demens: bene demens: ut que bruta tanq̄ deos adoret: in homines impie sæuiat: & ita auget inuidiam feritatis eorum: q; uilissimis animalibus summam religionem: & cultum diuinum exhibeant: & homines crudelissime necēt. ¶ Aegyptus: prima pars asiæ ægyptus ē inter Catabathmon & arabas æthiopiam contingit ad meridiem refugit terra expers imbrium mire tamē fertilis. Aegyptus
¶ Crocodilon. animal est quadrupes spē lacertæ: & in terra & in flumine pariter ualet: linguam non habet: maxillam mouet superiorem: oua si mula anserinis edit: ad sexdecim cubitorū longitudinem crescit: ut alii tradunt quādiu uiuit: crocodilos primus romā. M. Scaurus inuexit. De eo multa scribunt Pli. Stra. Diodo. Soli. Herodo. & Apu.
¶ Pars hæc. i. illi: qui apud meridiem lacum habitant. Nam ab iis: autore Diodoro collit̄ Crocodilus: colitur etiā a combitis: ut paulopost dicemus. Sed quum Crocodilus hominem interimat: edatque mirātur multi quare colat̄. Sed hæc uidetur ratio: quia toti patriæ securitatem non solum nilus afferre uidetur: sed & qui in eo sunt Crocodili: quos Arabiæ: libyæque latrones ueriti non audent flumen transire populatum. ¶ Ibim saturam serpentibus: ibis auis est peculiaris ægypti circa ripas nili ea serpentium populatur oua: gratissimāq; ex his escam nidis suis defert. Sicque prouentus fœtuum noxiorū rarescunt. Serpentes deuorāt: quo merito sacræ sunt: & illesæ. ¶ Cercopitheci. Cercopithecus simia caudata est: κερκοσ enim caudā significat & πιθηκοσ simiam. Nam ut scribit Plini. simiæ inter se caudis distinguuntur. Cercopithecos ait esse nigris capitibus: piloque asini: iuxta nilū scribit Soli. multos simios nasci: & Cecropithecos adorari in arabia ad Mēnonium. Nitet: splendet. s. illic. ¶ Vbi resonant dimidio mēnone. Thebas intelligit urbem ægypti: que postea dispolis appellata est: centum portarum fuit. Ad quā comertia arabes undique gentium subuehunt: hinc regio thebaica dicta Strabōis tempore uicatim habitabatur: ita ut pars altera in arabia esset altera pars in ulteriore ripa: ubi Mēnonium erat. i. sepultura Mēnonis: illic duo erant: colossi ex integris lapidibus inter se propinqui: quorum alter mutilatus erat: & dimidiatus ruina superioris partis. In cuius basi exaudiebatur quottidie sonitus quidam ignota causa. Strabo ait lib. vii. se illic affuisse cum Heliogallo: & sonitum esse factum: sed se ignorare causam: & autorem: nec posse credere id ex compositione lapidum nullo impulsore fieri: de hoc etiam Pli. sic meminit lib. xxxvi. Non absimilis illi narratur in thebis delubro serapis: ut puto Mēnonis statua dicatus: quem quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicūt. i. crepitum facere. ¶ Dimidio mēnone. i. dimidiata: & mutilata statua menonis. ¶ Resonant: crepant. ¶ Chordæ magicæ. i. sonitus: qui putatur fieri ante magica: nulla alia extante causa. ¶ Vetus thebe: contra usum more poetico numero singulari declinauit Thebas in ægypto condidit Busiris: quorum mœnia complexa erant centum quadraginta stadia centum portas: siue: ut alii aiunt: centum anulas habent: totidem olim principum domos: solitasque singulas: ubi negocium exegerat dena armatorū milia effundere. De quibus Pli. Stra. Diodo. Soli. Home. & Mella. ¶ Centū obruta portis. Nas euersa erat ut scribit Strabo. Centum portis: procentum portarum quas: ut diximus: habuit: que in Boetia fuerunt septem tantum habuerunt: unde Home. Quis centum portæ portarum quāq; ducenti. Sublimes ī equis homines: & curribus errant. ¶ Illic ceruleos: in alia inquit parte ægypti tota oppida uenerantur pisces marinos: ut lepidorū: & oxyrynchum. ¶ Hic piscem fluminis idest apud Latopolitanos: qui ut diximus: Latū piscem nili colunt: aut Babylonios: qui ceptum piscem adorant. ¶ Oppida tota: uniuersa: ut diximus: ægyptus: canem: bouē: & felē colit: sed tanto cultu canē: ut autore Herodoto tota domus: in q̄ cāis extinguatur: acta lamentatione: toto corpore radat̄: q; indicium est maximi apud illos luctus. Hocq; id facere uidentur: q; canis cū uenatibus: tū custodiæ domesticæ aptus est propterea deum: qui apud eos anubis uocatur: capite fingunt canino: significantes custodem corporis osiridis at

Crocodilus
Ibis
Cercopithecus
Thebæ ægyptie
Mennonis statua

que Isidis fuisse.unde Oui.li.ix.met.loquens de comitibus Isidis sic inquit.Cum qua latrator Anubis.De eo multa Diodo.& Hero.❡ Nemo dia.Hoc dictum ex stomacho colunt inquit canem:quo utitur Diana in uenetionibus: ipsam uero deam negligunt.Scri.tamen Hero.li.ii.Bubasti coli ab ægyptiis:que apud græcos Diana appellatur:I

bubastis Diana unde

urbe Bubasti templo omnium maxime memorabili:& aspectu iucundissimo:unde Oui.li.ix.met.Sanctaque bubastis : uariisque coloribus apis:dicta autem Diana:autore Ci.in li.de na.deo.ꝙ noctu quasi diem efficeret.Porrũ & cepe.Tradit Diod.ægyptios utilitatis causa abstinere alios faba:lente alios:nõnullos caseo:alios cepis & porris.

Oppida tota canem uenerantur:nemo dianã
Porrum & cepe nefas uiolare ac frãgere morsu.
O sanctas gentes:quibus hęc nascuntur in hortis
Numina: lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa.nephas illic fœtum iugulare capellæ:
Carnibus humanis uesci licet:attonito cum
Tale super cœnam facinus narraret Vlysses
Alcinoo:bilem aut risum fortasse quibusdam
Mouerat:ut mendax areta logus.in mare nemo
Hunc abiicit sęua dignum ueraque charybdi
Fingentem immanes lestrygonas & cyclopas?
Nam citius scyllam uel concurrentia saxa

Gelius autem ait eã causam ab sacerdotibus ægyptiis affirmari:cur pelusio te cepe non cedãt:quia solum oleorum omnium contra lunæ aucta atq; damna uices minuendi & augendi habeat cõtrarias.Pli.li.ix.c.v.Cepasque inter deos iureiurando habet ægyptus.❡ O sa.gẽ.Acclamatio p derisum in stultam superstitionem ægyptiorum:qui olera:& bruta:ut numina colant : & non edant: carnibus uero humanis uescantur . ❡ Animalib. la.Ouẽ.n.ut diximus.Saitæ & thebani colũt:hac ratione:ꝙ bis pariat:& lanicio uelamenta corpi: lacte uero & caseo alimẽta prestet.❡ Fetũ ca.Capra & hircus apud Mendesios colunt.❡ Carnibus hu.hinc exit omnis poetæ indignatio:comedunt inquit carnes humanas tanq̃ fas sit.❡ Attonito:quũ Vlysses post euersum Ilion:quum in patriam rediret:septem annis p mare agitatus: naufragium fecit in littore Corcireo:nudumq; inuenit frondibus opertũ Nausica filia Alcinoi regis:quẽ ueste dõatum ad patrem produxit:is super cœnã Alcinoo:& cæteris conuiuis narrabat cursum:& errores suos:& ut primum peruẽisset ad Ciconas populos in thraciam:deinde ad lothophagos in aphricam:ad læstrigonas:ubi socium absumpsit Antiphates:ad cyclopas in Siciliam:e quibus unus fuisset polyphemus Neptuni filius:cuius fabula superius enarrauimus.Sensus ergo est.Vlysses quum Alcinoo regi super cœnam narraret tale scelus.i.homines fuisse absumptos ab Antiphate & polyphemo: qui aderant:partim ut rem fabulosam ridebant:quasi qui ridicula censerent:partim indignabantur : nã Vlyssem: ut mendacem aretalogum habebant.❡ Bilẽ mo.i.cholerã:& indignationem.Bilis enim latinum est : cholera uero græcum.

Aretalogus

❡ Aretalogus:is dicitur:qui fingendis mendaciis auditores mouet ab arte uerborum . Nam αρετη significat uirtutem : & λογοσ uerba.Et tranqui.scri.Augustum post cœnam aretalogis delectatũ:& Porphyrio ait in.i.sermone Crispinum philosophum quendam loquacissimum:aretalogũ appellatum fuisse:quoniam carmina garrula scripserit.❡ In mare nemo.Sensus est:& ordo.Sic aliquis nondum ebrius:& qui minimũ temetũ duxerat ex urna corcyrea subaudi dixit.Nemo abiicit hunc in mare.q.d.eũ dignum esse:qui abiiciatur:ut mẽdacissimus:legendũq; est cum indignatiõe.

Charybdis Scylla

❡ Dignum sæua charibdi:ac si dicat dignum:qui emergatur atrocissimo pelago:quale est inter Scyllam:& charybdim.❡ Veraq;:hoc est non fabulosa:a qua oĩno deuoraretur.Nam fabulæ tradunt charybdim mulierem fuisse uoracissimã:que quũ boues Herculi furata fuisset:ab eo in mare fuerit proiecta:ubi nũc ẽt ueteres exercet rapinas:unde nomen mari datũ est:poeta ergo:quũ sciat illud fabulosum esse:quod de charybdi narratur:ait ulyssem dignum esse uera non ficta charybdi:a qua absumat̃:& deuoret̃:quando tã mendax sit.Constat aũt charybdim & Scyllam scopulos esse inter Siciliam & Italiã:ubi mare periculosum ẽ nautis:ꝙ cõtrarius fluctuũ cursus collisionem facit:& rapta quæq; absorbet: & reiicit.Virg.Dextrũ scylla latus leuum implacata charybdis:obsidet Scopulos & saxa fuisse docet:idem in tertio.Et pater anchises:nimirum hæc illa charybdis.Hos helenus scopulos:hæc saxa horrẽda canebat.Mella uero sic scribit.Scylla saxum est:charybdis mare : utrunq; noxium appulsis.❡ Fingentem:hinc ostẽdit mendacẽ eẽ ulyssem:& quæ de læstrigonib.narrant:& cyclopibus esse ficta: ꝙ homines.s.comederent.❡ Læstrigones:formiæ in agro campano iuxta caietam sedes fuit læstrigonum : autor est Pli.❡ Cyclopes.Cyclopes sedes suas habuere in Sicilia(ut diximus in superioribus).❡ Nam citius Scyllam:tã inquit illud a ueritate resilit:ꝙ læstrigones:& cyclopes comedant hoĩes: ut citius credam illud esse uerum : quod de Scylla nobis narrat:& Symplegadibus:& uentis utre inclusis.Sicq; ostendit:tam hæc q̃ illa fabulosa esse atq; hæc omnia p̃stat ut fabulosa ut ostendat que ipse dicturus est esse uerissima.❡ Scyllam fingunt Scyllam nympham filiam Phorci & Cretheidos dilectam fuisse a Glanco quem circe deperibat & quum is in Scyllam pronior esset irata Circe fontem in qno nympha lauari solebat uenenis infecit:in quem illa descendisset:pubetenus in uarias mutata est formas:quæ horrens deformitatem suam:in mare se præcipitauit: Canes uero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur:quia ipsa loca plena sunt monstris marinis:& saxorum asperitas illic imitatur latratus canum.Virgil.Et

Symplegades Cyaneæ cyane

caeruleis canibus resonantia saxa.❡ Concurrentia saxa:idest ꝙ Symplegades inter se concurrant : & collidantur. Finxerunt enim insulas duas esse in bosphoro thracio instabiles:quæ non sine periculo transeuntium cõcurrerent. Cuius rei hæc est ratio:ꝙ hæ paruo discretæ interuallo:ex aduerso intrantibus geminae cernebantur:paulumque deflexa acie coeuntium speciem praebebãt. Dictae autẽ græce Symplegades:ꝙ latine concurrentes signata:dictae etiam Cyaneae:idest nigræ κυανον enim nigrum significat.Cyane etiam nomen est fontis in Sicilia apud Syracusas: iuxta quem Pluto rapuit proserpinam: cui nomen a Cyane proserpine comite inditum scribit Claudianus.

¶ Vtres:scribit Home. Aeolũ regẽ uẽtorũ Vlyssin tradidisse utrẽ:ĩ quo ĩclusi erãt oẽs uẽti aduersi:liberũ ãt reliqsse Zephyrũ:q nauigãti secũdus erat:sociosq; suos ratos ĩesse thesaurũ:dormiẽte Vlysse soluisse utrẽ:& orta tẽpestate relatũ ad Aeolũ:quo tpe:ut narrat Alcinoo apd Homerũ:cogitauit de nece sibi cõsciscẽda. ¶ Helpenora: Narrat Vlysses apud Home. Helpenora una cũ qbusdã aliis sociis a Circe cõuersos fuisse ĩ sues: sumptis qbusdã poculis:ita tñ:ut mẽtẽ retinuerit humanã:& humi comedẽtes casus suos deflẽtes iacuerit. Sed oẽs tñ restituti fuerũt ĩ pristinã formã a Circe pcussu tenuis uirgæ:ĩpetrãte Vlysse. Cæterũ Helpẽor:postq̃ ĩpetratus fuit:dũ pperãter seqt̃ Vlyssem e scalis lõgis decidẽs:collũ sibi fregit:qđ ipse apud inferos pcũctãti Vlissi refert:rogatq;:ne se ĩsepultũ relinquat:uñ Mar. ad casum eius allusit:quũ diceret de philostrato. Pene imitatus obit sæuis he penora satis. Preceps p lõgos dũ ruit usq; gradus. Et licet Home:tradat socios Vlyssis mutatos in sues. Papinius tñ in syluis dissentiẽs ait in lupos cõuersos fuisse:cedant uitreæ iuga perfida circes. Dulichiis ululata lupis.

Helpenor

Cyanes:plenos & tempestatibus utres
Crediderim: aut tenui pcussum uerbere circes:
Et cũ remigibus grunisse helpenora porcis.
Tam uacui capitis populum phæaca putauit.
Sic aliquis merito nõdum ebrius:& minimũ q
De corcyrea temetum duxerat urna.
Solus eni hoc ithacus nullo sub teste canebat.
Nos miranda quidẽ:sed nuper consule Vinco
Gesta sup calidæ referemus mænia Copti.
Nos uulgi scelus:& cũctis grauiora cothurnis.
Nam scælus a pyrrha, q̃q̃ oĩa syrmata uoluas,
Nullus apđ tragicos populus facit:accipe nr̃o
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Inter finitimos uetus:atq; antiqua simultas:
Immortale odium:& nunquã sanabile uulnus
Ardet adhuc Combos: & Tẽtira:sũmus utrincq;
Inde furor uulgo:quod numina uicinorum
Odit uterq; locus:quum solos credat habẽdos
Esse deos:quos ipse colit:sed tempore festo

¶ Tã uacui capitis:existimauit inqt pheacas tã modici cerebri:qb. facile oĩa persuaderet. Estq; dcm̃ quũ sũma ĩdignatõe: ut sint uerba ipsius Corcyrei ĩdignãtis tã aptis figmẽtis deludi:pt h̃ ẽt tribui poetæ dãnãti tã apta mẽdacia. ¶ Pheacha:h̃ ẽ corcyrẽsem. Nã ĩsula appellata ẽ corcyra a uirgĩe Corcyra rapta a neptũo:ex iis natus ẽ pheacus:a quo pheaces sunt denoĩati: ex Pheacho Alcinous: q Vlyssem in Ithacã duxit:de hoc ẽt añ in.v. saty. ¶ Temetũ duxerat.i.parũ biberat:emẽdandus ẽ uersus:ut legas Temetũ duxerat: nõ aũt deduxerat:quũ p̃ma & secũda syllaba pducat̃ in temeto qđ docet & dõatus in andria Terẽtii illic. Sane pol.temulenta est mulier. Et Plau.in Aulularia. Qui qa Temeti nihil allatum intelligo:uersus ẽ n.senarius. Et Ora.in epistolis:Pullos:oua: cadũ temeti:nẽpe modo isto.ubi Porphyrio docet: p̃mã syllabã lõgã eẽ. Temetũ:ueteres:autor Pli.temetũ appellauer̃ uinũ dcm̃ ab eo:qa teneat m̃tẽ uñ & tumulẽtia nolata. ¶ Sub nullo teste uerba s̃t poetæ. Poterat ĩgt narrar̃ Vlysses q̃ uellet:qa nullũ adhibebat testẽ:q diceret se mõstrũ uidisse:utpote:qui solus amissis sociis naufragiũ euaserat sicq; cũ sequẽt:b.cõiũgit:ut sit sẽsus. Quæ ab Vlysse dcã fuerũt testib. carent:sed q̃ nos narraturi sumus uera sunt:& gesta cõsule uĩco:ut q̃ sciri possint falsa ne sint:an uera. ¶ Cõsule uinco:ut uera uideret̃ historia posuit nomẽ cõsulis:uinci ruffini eqtis Romãi mẽtionẽ facit:Cor. Taci.q lege cornelia de falsis dãnatus ẽ a Nerõe. De uĩco itẽ Tranqllus ĩ Nerõe sic meminit. Duabus cõiuratiõib. puulgatis:q̃rum prior:maiorq; pisoniana Romæ. Posterior uinciana Bñuẽti cõflata:atq; detecta ẽ. Et ita dicimus uinciana a uinco:queadmodũ Brutiana a Bruto:& Luculliana a luello:de hocq; absurdũ ñ est ĩtelligi.ait.n. Nup gesta:nã nup de lõgo tpe: ut disseruimus ĩ pr̃la satyra:di:ut id ẽt tẽporib. Nerõis accidere potuerit:qđ mõ narrat factũ ĩ ægypto: legẽdũ igit̃ ẽ uinco:nõ iunco:quod ĩ aliis codicibus legit̃. ¶ Super mœnia.i.ultra urbẽ Copton:nã erãt ĩ extrema pte ægypti. ¶ Copti. Coptus cõmũis est ciuitas arabũ & ægyptiorũ:quo omne tributũ ĩdicũ arabicũ:& æthiopicum:qđ arabico sinu aduehebat̃:deferebãt:uelut in cõe emptorium: autor est Strabo. ¶ Calidæ:propter situm regionis calidũ. ¶ Scelus uulgi:qđ a uulgo:& plebe ægyptia cõmissum ẽ. ¶ Et grauiora:subaudi a supiore referemus. ¶ Cunctis cothurnis:q̃ sint ea:q̃ in tragœdiis tractant̃:in qbus nõ cõstat ab ullo populo hominẽ fuisse comesum: queadmodũ factũ est ab hoc:de quo narraturus sum. ¶ Cothurnis:calciamenta sunt tragœdorũ:lis ẽt utebant̃ mulieres:uñ illud ante. Nullis adiuta cothurnis. ¶ Nam scelus a pyrrha. Sensus ẽ:post humanũ genus reparatũ a Deucaliõe & pyrrha:nullũ apud tragicos inuenies populũ:q scælus hoc cõmiserit:ut hoĩem.s.comedierit:queadmodũ fecit populus ægyptius. Nã in tragœdiis unum tm̃ leges aut paucos hoc scælus cõmisisse ut.s.hoĩem occiderint:apposuerintq; in cœnis:ordo autem est. Nullus populus apud tragicos facit scelus.i.cõmittit hoc scelus:ut comedat hominẽ. ¶ A pyrrha.i.post pyrram:hoc ẽ post reparationem hũani generis:qđ a pyrrha:& eius marito Deucalione est testauratũ. ¶ Oĩa syri.oẽs tragœdias leges:& pcurras:sic.n.codices uolui dicunt̃:quum assidua lectiõe ptractant̃. Syrma genus uestis est tragicæ:de qua alibi ante. ¶ Produxerit:protulerit:quasi imitandũ.ut sit aperta scæleris uituperatio. ¶ Inter finitimos. Hic incipit narratio facinoris. ¶ Simul.odium occultum:subaudi est. ¶ Vulnus: metaphoricos & q; corporis est ad aĩum transfert.i.ĩdignatio & ira:que nullo remedio potest extingui. ¶ Ardet adhuc:etiam tempore nostro odio flagrat:adhuc inquit antiqua illa aĩorũ dissensio remansit: nec adhuc extincta ẽ. ¶ Cõbos ciuitas egypti:ĩ q̃ Crocodilus colit̃:ut tradit Helianus timẽt.n.migr̃ in modũ Combitæ hãc ferã.quam tẽtiritæ maxĩe puestigãt & occidũt colẽtes ĩpi accipitrẽ: unde ĩ eorum odiũ Cõbitæ accipitrẽ crucifigũt. Hinc ait poeta utrinq; uulgo tanti furoris & odii cãm existere cultũ diuersorũ numinũ. ¶ Tẽtira:ciuitas inferioris ægypti

Corcyra
Pheaces
Temetum
Vincus
Coptus
Cõbos
Tentira

Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus:ac ducibus:ne
Lætum:hilaremq; diem:ne magnæ gaudia cœnę
Sentirent positis & templa:& compita mensis.
Peruigilíq; thoro:quem nocte ac luce iacentem
Septimus interea sol inuenit.horrida sane
Aegyptus: sed luxuriæ(quantum ipse notaui)
Barbara famoso non cædit turba canopo.
Adde quod & facilis uictoria de madidis:&
Blæsis:atq; mero titubantibus:inde uirorum
Saltatus nigro tibicine:qualiacunq;
Vnguenta:& flores:multæq; in fronte coronæ.
Hinc ieiunum odium:sed iurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus.hæc tuba rixæ:
De hinc clamore pari concurritur:& uice teli
Sæuit nuda manus.paucæ sine uulnere malę:
Vix cuiquam:aut nulli toto certamine nasus
Integer.aspiceres iam cuncta per agmina uultus
Dimidios:alias facies:& hiantia ruptis
Ossa genis:plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen:& pueriles
Exercere acies:quod nulla cadauera calcent.
Et sane, quod tot rixantis milia turbę
Sic uiuunt omnes.ergo acrior impetus:& iam
Saxa inclinatis per humum quęsita lacertis
Incipiunt torquere:domestica seditione
Tęla:nec hunc lapidem:qualis & turnus:& aiax
Et quo Tytides percussit pondere coxam
Aeneę:sed quem ualeant emittere dextrę

ut scri. Stra. Pli. uero ait:Insulā eē Nilo circūdatā:ex qua hoies sint:q crocodilos nō timeant imo soli aduersum ire audeāt:& inscēdentes eqtum mō in terrā agant captiuos. In aphrica eādem uim aduersus serpētes habēt Psylli: lege & Strabonē li.xvii. A tētira fit tentirita. Oui. syllabam ꝑduxit. Saltus Tentira petēti. ❡ Sūmus furor.s.est.

Occasio ❡ Occasio:oportunitas:est.n.occasio autore Cic. in ꝓma Rheto. ueteꝝ pars tp̄is habēs in se alicuius rei idoneā faciēdæ:aut nō faciēdæ oportunitatem. ❡ Visa:subaudi est.ordo aūt est. Occasio uisa est rapienda ꝓmoribus: ac ducibus inimicoꝝ tp̄e festo alterius populi:ut sit sensus Primores: & Duces inimicoꝝ putauerūt occasiōem dimicādi rapiēdam tp̄e festo alterius pp̄li:quum ad tēpla paratis epulis conuiuant. ❡ Peruigiliq; thoro. subaudi a superiore posito. Nam antiq in lectis epulabunt. Virgi. Inde thoro pi æneas sic orsus ab alto. Ora. Sæpe trib. uideas. lectis cænare qter nos. ❡ Peruigili:hoc ē:in quo puigilāt. ❡ Septimus sol:septimus dies. Nā hilaritatem illā cōuiuii septē dieb. perpetuis celebrant. ❡ Horrida sane ægyptus. Hæc inqt pars ægypti:in q̄ Cōbos ē & Tentira:nimiꝝ est incultis morib. & incopta: sed tñ non minus in lasciuiam profusa:q̄ q̄ est ad

Canopi Canopū:nā Canopi Serapidis est tēplū:quo naui

Luxuria gat per fossam q̄ die ac nocte plena est nauiculis mulieꝝ & uiroꝝ impudēter canētium ac saltantiū cū oī dissolutōe. Cuius rei meminit & Oui. in ꝓmo tristiū sic. Nō ut alexādri clarā delatus in urbem. Delicias uideā nile iocose tuas. Statius itē ī syluis. Curue terapnei lasciuiat ora canopi. Canopus autē ciuitas ē ægypti cētum ac uiginti stadiis distās ab Alexādria pedestri itinere uadētibus:dicta a de noīe ut diximus: in ꝓma satyra Canopi:q Menelai classem gubernabat & ibi mortuus est. ❡ Barbara ripa:alii codices hn̄t Barbara turba .i.imittis:& aspera ❡ Famoso:infami:pp impudicas:ut diximus uiroꝝ & mulieꝝ saltatōes:& cantus. ❡ Facilis uictoria:subaudi est. ❡ Madidis ebriis:unde superius:madidis cantat: q̄ sostratus alis. ❡ Blesis:balbutiētib. & in sermōe titubātib.

Blesus Hoc.n.efficit temulētia:ut lingua oberret: & uacillet:qđ multis rōnibus accidere docet Aristo. ī ꝓblematis. ❡ Inde:ab altera parte dissidentium seqt̃ enī. Hinc ieiunū odiū.i.ex altera parte. Aut qđ magis placet. Inde:hoc est ex ebrietate est saltatus ut sit sensus. Saltāt qa ebrii sunt:uñ est illud Ciceronis. Nemo saltat sobrius:nisi idē insanus. ❡ Saltatus uiroꝝ:subaudi est. ❡ Nigro tibicine: æthiope.s. ❡ Vnguenta:subaudi sunt. ❡ Qualiacūq;. Innuit unguēta ægyptioꝝ nō esse ea bonitate:q̄ fieri solēt:qa rudes:& agrestes sint. ❡ Hic ex ista lætitia:& saltatōe aut ex altera pte. ❡ Ie-

Ieiunū odium iunū odiū:rabidū:atrox:& insaciabile: q̄si qđ nullo mō possit expleri sumptū a ieiunātib. q quodā mō sunt insaciabiles cōtracta nimia fame. ❡ Iurgia ꝓma.i.uerboꝝ cōtētōes. Sensus ē:antequā mutuo se adoriant:iurgis se lacessunt: sicq; exasperati pugnā ieunt ut exponas:pria pro primū:ut sit nomē positū pro aduerbio. ❡ Animis ardētibus: als ira æstuantib. ❡ Hæc tuba: subaudi sunt.i.hæc iurgia sunt tuba:& tanq̄ excitamētū. ❡ Rixæ:rixa:ut diximus supius illic. Si rixa ē:ubi tu pulsas:ego uapulo tm̄ est in factis. Altercatio ī uerbis. ❡ Vice:loco. ❡ Paucæ:subaudi sunt. ❡ Alias facies: a pristinis. ❡ Hiantia:detecta. ❡ Ludere se credūt ipsi:licet inqt acerrime iter se sæuiāt:nisi tñ aliquē interimunt:putāt rē iocularē agi. ❡ Et sanæ:ordo ē. Et ꝙ oēs sic uiuāt:appositiue tot milia turbæ sane rixantis. Idest ꝙ nullus rixantiū iterficiat:sed oēs sint sani. ❡ Ergo acrior ipetus:subaudi ē:aut fit. ❡ Tela domestica:contorquēt inqt saxa:q̄ domi solent eē in promptu agētibus seditionē:ē āt appositio. ❡ Nec hūc lapidē:idest nec talē lapidē torquēt. ❡ Qualis: accusatiuus ē pluralis. ❡ Turnus.s.torsit.nā turnus:ut scribit Virgilius ī duodecimo ī æneā singulari certamine secum pugnantē ingēs saxū iecit. Tale ē carmen. Vix illud lecti bis sex ceruice subirent:Qualia nūc hominū ꝓducit corpora tellus. ❡ Et aiax:nā & aiax:autore Homero ī septimo Iliados igens saxū cōtorsit in Hectorē. ❡ Quo .i.quali. ❡ Titides.i.diomedes filius Tydei & Argiæ Adrasti:q ut autor est idem in quinto Iliados: in Aeneā misit saxum quantū septem hoies tollerent:eo nisi uenus mater affuissent:interemptus fuisset. ❡ Sed quē:pro quale.

¶ Dissimiles illis.s.dextris Turni: Aiacis: & diomedis. ¶ Nostro tpe:quasi quo iam oïa sunt deteriora. ¶ Nam genus:non est inqt mir hoïes in dies fieri imbecilliores. Nam usq ab ætate Homeri genus humanum decresce bat. Hoc aũt ait:qa homerus sæpe in iliade cõquerit:corpora mortalium fieri minora. Cuius autoritatem secutus Pli.in.vii.ait.Cuncto mortalium generi minorẽ staturam in dies fieri:Rarosq esse parẽtibus pceriores. ¶ Aspe xit:tam malos:& pusillos. ¶ Ridet:q pusilli sint. ¶ Odit:qd mali. ¶ A diuerticulo:a digressione : q feci comme morando hæc de Turno:Aiace:& Diomede:ut sit sensus:a digressiõe discedamus .i. digressionẽ omittamus. & fabulam ceptam repetamus:ut.s.mutuũ ĩter ægy ptios odiũ narremus.

Illis dissimiles:& nostro tempore natę.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat:atque pusillos.
Ergo deus quicunque aspexit:ridet:& odit.
A diuerticulo repetatur fabula.postquam
Subsidiis aucti pars altera promere ferrum
Audet:& infestis pugnam instaurare sagittis,
Terga fugę celeri prętantibus omnibus instant:
Qui uicina colunt umbrosę Tentira palmę.
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Pręcipitans:capiturq:ast illum in plurima sectum
Frusta:ac particulas:ut multis mortuus unus
Sufficeret: totum corrosis ossibus edit
Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno:
Aut uerubus: longum usq adeo:tardumq putauit
Expectare focos: contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet:quod non uiolauerit ignem:
Quem summa cœli raptum de parte Prometheus
Donauit terris.elemento gratulor:& te
Exultare reor.sed qui mordere cadauer
Sustinuit,nihil unquam hac carne libentius edit.
Nam scelere in tanto ne quęras:& dubites an
Prima uoluptatem gula senserit, ultimus autem
Qui stetit absumpto iam toto corpore:ductis
Per terram digitis aliquid de sanguine gustat.
Vascones(fama est)alimentis talibus usi
Produxere animas:sed res diuersa:sed illic
Fortunę inuidia est:bellorumque ultima:casus
Extremi:longæ dira obsidionis egestas.
Huius enim:quod nunc agitur:miserabile debet

Est aũt diuerticulũ : ubi iter de uia flectit. Terẽtius in Eunucho. Vbi ad ipm ueni diuerticulũ. Est.n.uocabulũ deductu a diuer to:q a uia diuertamus. Diuertere ẽt capit p ho
spitari:uñ & diuersoriũ p quolibet hospitio:quo — Diuerti
significato accipit ẽt diuerticulũ. Valerius libro — culum
qrto capite de abstinentia. Fertilissime deliciarũ — Diuerso
totius græciæ urbes necessaria totius nauigatiõis — rium
diuerticula erãt. ¶ Altera ps.i.cõbitæ:sensus est: ubi a cõbitis plium ĩstauratũ est: tẽtiritæ insequũ tur oẽs cõuersos in fugã:in q trepidatione qdam lapsus interficit. ¶ Qui uicina:ordo est : illi qui colũt tẽtira uicina umbrosæ palmæ instãt.i.urgẽt & pmũt. ¶ Palmæ: nam illic plurima palma prouenit:uñ Pli.loquẽs de palma ita scribit. Quedã in Syria : & ægypto in binos diuidunt se trũcos. ¶ Ast illum in plurima sectum frusta:ordo ẽ. Ast uictrix turba cedit illũ sectũ in plurima frusta : & particulas ita sectum: ut unus mortuus sufficeret multis. ¶ Hinc gaudere libet: scelus poeta his uer bis aggrauat:est.n.sensus: tã crudele inqt fuit hominẽ crudũ comedere:ut mihi ẽt letari libeat:q
sceleri scelus non addiderunt.i. q ignẽ rem tam
sacrã coquẽdo mortuũ non polluerũt. ¶ Prome — Prome-
theus:filius fuit Iapeti ex Asia nympha:quẽ mi- — theus
ræ prudẽtiæ fuisse cõstat:uñ & pmetheus dictus est απο της προμηθειας.i.a prouidẽtia: eum antiqtas finxit:quũ Iuppiter mortalib. ignem eri puisset:indigne ferẽs: se deceptũ a prometheo in portiõe carnis imolatæ : cõsuetum insidiari sua cã ereptũ mortalib.ignem restituere cogitasse. Itaq cæteris remotis deuenisse ad Iouis ignem eoq subrepto:& in ferulã cõiecto currentẽ iactãtemq ferulã:ne spiritus interclusus uaporis extigueret: ad hoïes detulisse. Quare deorũ ĩdignatiõe pandorã ĩmissam terris pœnæ cã. Nã per eam mulierem patefacto dolio eripuisse oïum pestiũ genera qbus hoïes laborarẽt. ¶ Elemento.i.igni : quem elemẽtum appellat: q ex cœlesti elemẽto raptus fuerit.i.igne illo cœlesti. ¶ Et te.s. o Volusi.
¶ Qui sustinuit rõnem reddit:qre tam libẽter comederit. Est aũt ordo & sensus. Nã ille:q stetit ultimus:absumpto iã toto corpore: gustat aliqd de sangule ductis digitis per terrã:h dico:ne qras:& ne dubites in tãto scelere:an pma gula senserit uoluptatẽ : sicq
oñdit talẽ cibũ suauem oïbus illis fuisse. ¶ Vascones ppli sunt ulterioris hispaniæ: quæ in gallicum & Britãnicũ — Vascon
uergit oceanũ q olim a Sertorio obsessi:cæteris deficiẽtibus alimẽtis morsu in cadauera suorũ iniecerũt:ne.s.fidẽ suã in Po.Ro.uiolarẽt:quo tpe Pompeius:& Qui.Metellus aduersus Sertorium bella gerebãt. De his Apianus .L.Florus & Plutarchus. ¶ Fama est:oẽs codices:quos uiderim hñt:ut fama est:sed ut tollẽdum est: uersus aũr nõ staret:& ita corrigẽdus est. ¶ Sed res diuersa:idest dissimilis est. Nam uascones id urgente necessitate fecerũt: qd olno ueniam meretur:at ægyptii solo quodam detestabili odio:& feritate. ¶ Sed illic. Sensus est:id totum:quod uascones crudele fecerunt:fortunæ est imputãdum:quæ piis inuidere consueuit:unde Statius. Inuida fata piis: & sors ingentibus ausis. ¶ Bellorumque ult.idest extrema necessitas:qualis sæpe est in rebus bellicis : ut ultima accipias.numero plurali:& subaudi sunt. ¶ Dira:magna. Virg. An sua cuique deus fit dira cupido? ¶ Casus extremi: scilicet sunt:idest extrema:& insuperabilis calamitas:quæ omnia factum excusant. ¶ Lõge ob. qua oppressi sunt a sertorio. ¶ Huius enim:exemplum inquit huius cibi quod nunc agitur.i. de quo loquimur : dignum est misera

tione:qũ impellente necessitate aliter non potuit fieri.i.si acciderit:ut aliquam:urgente necessitate comedant car nes humanas;ut fecerunt uascones:digni oĩno sunt uenia:& miseratione. ❡ Huius cibi.i.talis cibi. ❡ Quod ꝑ quale. ❡ Miserabile.i.dignum:cuius misereamur. ❡ Sicut modo:sensus est & ordo .i. quemadmodum gens dicta mihi modo.i.uascones lacerabant quicquid cogebat furor uacui uentris post omnes herbas : & post cuncta aĩalia .i post absumptionem herbarum & animalium lacerabant inquit membra aliena.i.carnes humanas fame.i. ĩstin ctu famis.hostibus ipsis miserantibus pallorem. ❡ Esse parati & sua.i. parati etiam in carnes suas morsus inicere :

Exemplum esse cibi sicut modo dicta mihi gens
Post oẽs herbas : post cuncta animalia : quicquid
Cogebat uacui uentris furor:hostibus ipsis
Pallorem:ac maciem:& tẽues miserãtibus artus,
Membra aliena fame lacerabant : esse parati
Et sua . qsnam hoĩum ueniam dare : quisq; deorũ
Viribus abnuerit dira:atq; immania passis?
Et quibus ipsorum poterant ignoscere manes:
Quorũ corporibus uescebant̃ .melius nos
Zenonis præcepta monẽt: nec.n.oĩa:quædam
Pro uita facienda putat:sed cantaber unde
Stoicus: antiqui præsertim ætate Metelli?
Nũc totus graias:nr̃asq; habet orbis athenas.
Gallia causidicos docuit facunda britannos.
De conducẽdo loquitur iam rhetore thule.
Nobilis ille tamẽ populus:quẽ diximus:& par
Virtute:atque fide:sed maior clade saguntus
Tale quid excusat:mœotide sæuior ara.

Esse enim est ab edo non a sum . ❡ Quis nã hominum:nemo inquit est nec hominum : nec deorum qui in huiusmodi delicto uasconib. nõ ignoscat:quibus etiam manes cadauerum absumptorum possent ignoscere. ❡ Immania passis: prudẽter excusat tale factum:quando oĩa extrema passi sunt. ❡ Viribus.i.uiris tam fortibus. ❡ Manes.an

Manes

tiq aĩas : que a corporibus discessissent manes uocauere : de quibns ex sñia Apulei plura diximus alibi. ❡ Sed melius nos Zenonis precepta philosophi stoici docent pro tuenda uita non oĩa esse agẽda.sed ea dũtaxat: quæ ab honesto non resiliant:ut ostendat id a uasconibus non fuisse faciendum uel in extrema fortuna. Ait ergo poeta præcepta Zenonis Stoici(nam stoicæ sectæ fuit princeps)monere humano generi non id faciendum pro conseruatiõe uitæ quod fecerũt uascões: quũ oĩno pugnẽt cum hoste. ❡ Oĩa:cum distinctione legendum:ut sit non putat oĩa facienda pro uita: sed quædam tñ hoc est quæ inhonesti nihil habeant. ❡ Pro uita:pro conseruatione uitæ. ❡ Sed cantaber unde:stoicus? ❡ Cantabri : populi sunt

Cãtabri Vascões

hispaniæ: in quoꝝ regionibus sunt uascones : est ergo sensus. Precepta stoica optima sunt: sed unde.Stoicus uasco fuit.i. unde Vascones habuerũt præcepta philosophiæ.q.d.talia præcepta: ut barbari ignorauerũt: & propterea comederũt carnes humanas . ❡ Antiqui metelli. nã quo tempoꝛ uascões : ut diximus a sertorio obsidebant̃ Quin. Metellus:auctore Apiano: bella aduersus sertorium gerebat.Antiq ergo ad differentiam recentioꝝ.multi.n. ab eo fuere metelli:est.n. hic ille Quin.Metellus:qui aduersus iugurtham bellum gessit:de quo multa Salust. ❡ Nũc totus graias:nostra inqt ætate omnes scimus disciplinas:& græcas:& latinas:ita ut nulla extet excusatio:si hominem comedamus. ❡ Athenas.i.disciplinas philosophicas atticas:& nostras.i.latinas & romanas.Athenis autem omnium disciplinarum floruere studia: unde Ci.pro.L.Flacco.Adsuut athenienses:unde humanitas:doctrina:religio.fruges:iura:leges ortæ: atq; in omnes terras distributæ putantur. ❡ Gallia causidicos: in gallia præclari fuer̃

Statius tolosãus uatiẽus

rhetores: Statius Tolosanus de quo Eusebius de temporibus.Vatienus præterea Lugduni:ut diximus illic: aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram:exercebatur ars oratoria: edito certamine a Caligula græce latinæq; facũdiæ. Est ergo sensus:studia inquit liberalium artium iam ad gentes Barbaras peruenere : quatinus filii Britannorum sub gallica disciplina rhetoricen discunt.Nam & supra in.vii.satyra docuit iu gallia peritos existere causidicos: & magnis affici præmiis illic:nutricula causidicoꝝ Gallia.Britannia autem insula est gallici oceani . ❡ Thu

Thule

